CLASSICORUM AUCTORUM E VATICANIS CODICIBUS EDITORUM:...

Digitized by Google

4ª = 7678

4v - I - 3.

Digitized by Google

UNIVERSIDAD COMPLUTENSE
5325537119

CLASSICORUM AUCTORUM

E VATICANIS CODICIBUS EDITORUM

TOMUS VIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

FA
15095
Th 47

CLASSICORUM AUCTORUM

E VATICANIS CODICIBUS EDITORUM

TOMUS VIII.

THESAURUS NOVUS LATINITATIS, SIVE
LEXICON VETUS E MEMBRANIS
NUNC PRIMUM ERUTUM.

CURANTE

A. M.

ROMAE
TYPIS COLLEGII URBANI
M·DCCC·XXXVI·

Digitized by Google

Digitized by Google

EDITORIS PRAEFATIO.

Inter multa, quae in italicis manu scriptorum codicum bibliothecis conspexi lexica latinitatis, nullum adeo mihi placuit, quam vaticanum quoddam, in antiquis membranis accurate scriptum, opus apprime integrum et inlibatum, ut ne verbum quidem, raro in codicibus exemplo, desideretur. Equidem hunc codicem, quum ante hos annos in vaticana bibliotheca idemtidem lectitarem, mirabar sane inauditam latinitatis copiam, veterum exemplorum multitudinem, derivationum sive analogiae spontaneam quamdam facilitatem. Neque rursus omnia probabam; siquidem in graecis (nondum eius linguae usu apud occidentales instaurato) parum scitus est auctor; in exponendis etymologiis quandoque vaniloquus; in interpretandis denique veterum librorum locis haud semper incorrupto iudicio praeditus. His aequa lance diu dilibratis, speravi demum non paenitendam fortasse utilitatem atque incrementum latinae linguae me adlaturum, si tam redundans tamque insperatum vocabulorum horreum haud diutius claustris obserari paterer. Etenim, ut ali-

Digitized by Google

bi interdum dixi, quamquam homines doctissimi, iam inde a renatis litteris, et certe post Ambrosium Calepinum, conquirendis infinita lectione vocabulis, eorumque sensibus adnotandis, operam impenderunt; plerique tamen codicum veterum et inconsultorum subsidio destituti, eorum praesertim quos eiusdem artis homines id est lexicographi olim conscripserant, multa necessario non viderunt, quae tamen iamdiu in recondito latinitatis penu congregata fuerant. Reapse glossariis paucis, sive graecis sive latinis, per Stephanum, Vulcanium, Meursium, Gothofredum, Labbeum aliosque editis, quis nescit magnam utrique linguae adiectionem accidisse? Attamen siquis graeca et latina lexica, partim nomine auctorum praedita, partim vero anonyma, in membranis priscis inspiciat, mirum quantum graecanicorum et latialium vocabulorum numerum, post Cangii etiam, Carpentarii, Scotti, Martinii, Vossii, Gesneri, et praestantissimae patavinae scholae immortales labores, latitare adhuc comperiet! Quorum ego glossariorum in permultis codicibus adhuc superstitum vicem dolens, bibliothecarum apprime praesides valde hortor, ut illorum divulgationem ad officii sui stationisque gloriam pertinere putent.

Iam ut ad lexicon meum veniam, tum ipse auctor tum codex ad duodecimum circiter chri-

Digitized by Google

stianorum temporum saeculum pertinere mihi videntur; etenim scripturae genus, id aevum ferme sapit; auctor autem, quum inter cetera testimonia Marbodum quoque appellet, quem anno Christi MCXXIII. obiisse scimus, hac aetate vetustior esse nequit. Neque tamen admodum miror, recentis memoriae scriptorem a lexicographo nostro fuisse laudatum; tanta enim Marbodi apud aequales suos gloria fuit, ut eum summo in pretio haberent, primisque antiquitatis luminibus exaequarent. Ceteroquin bene merentis hominis, qui hoc lexicon elaboravit, nomen in titulo non adscribitur: quamquam autem in calce voluminis librarius ait: *scriba fui Thomae, conduxit enim pretio me*; non idcirco auctor operis Thomas convincitur; nam codicis fortasse dominus, sine patria potestate, Thomas fuit.

Quod si nomen lexicographi nostri latet, professio certe apprime patet; etenim se scholarcham fuisse, perspicue declarat primo in prologo, cum se divae Grammaticae praecipuum adseclam, ceterisque discipulis praecepta illius eventilantem narrat. Porro ad eiusdem patriam quod adtinet, vix dubito quin in Gallia vel in Anglia natus versatusque sit: nam exotica vocabula, quae mox enumerabimus, ad gallicanam pleraque, nonnulla ad anglicam linguam per-

tinent. Iam praeter quam quod p. 1. *celticam* appellat Grammaticam, definitio illa p. 93: *celticus est auctorabilis seu nobilis*, gentilem amorem denotat. Item p. 66. suam auctor oblique patriam, ni fallor, his verbis innuit: *bigens ille est, qui ex duabus gentibus natus, sicut ex patre franco et matre anglica*; delectus nempe exempli civem de patria, Gallia nimirum vel Anglia, cogitantem exhibet. Insuper de Hibernia, veluti auctori proxima, haec leguntur p. 28. *amphibalus* * *vestis circumvillosa qua utuntur Hibernienses*. Denique ipsum codicem ex gallicanis bibliothecis (quas transmarinorum monachorum in Galliam migrationes saepe ditarunt) Romam ad nos venisse, certissimis indiciis comperi. Est igitur lexici nostri auctor ex iis eruditis hominibus, qui Galliae vel Angliae scholas, tot saeculis, inde scilicet ab Ausonii Adelmique temporibus, primo sub publicis professoribus, deinde sub doctis monachis, florentissimas magisterio suo tenuerunt.

* cod. *amphiballus*.

Dicet aliquis; num tu duodecimi vix saeculi hominem priscae ubique latinitatis magistrum putas? Haud hercle tanto in errore versor: ipsemet enim auctor primo in prologo p. 4. institutum suum diserte declarat tradendi copiam uberem latinitatis, non veterum solum, verum etiam modernorum vulgari fama praestantium, adstipulatione

Digitized by Google

firmatam. Rursus in prologo posteriore tertiae litterae p. 137. ait: *nihil reliqui in exponendis partibus, quae vel antiqua vel moderna approbat censura.* Denique in prologo quintae litterae auditor quidam sic nostro magistro plaudit: *videntur mihi in lepidissima tuae adstipulationis serie, affluentia omnium antiquorum ingenia consonare; quodque ratum et efficax inter consularem moderni temporis gregem versatur, continua tuae disputationis assertione pariter inmisceri.* Habemus igitur Grammaticum in veterum classicorum lectionibus valde versatum, sed tamen ne sequioris temporis quidem neotericorum, siqui fama eloquentiae cluebant, negligentem. Et praecipuos quidem, immo et plerosque, auctores in ipsorum lucubrationibus legebat noster; alios tamen sine dubio a grammaticis, ab Isidoro puta, tantum hausit. Quis enim Accium, Afranium, Caecilium, Ennium, Livium poëtam, Lucilium, Naevium, Pisonem, tam neoterici hominis manibus tritos credat? Me vero utinam occupationes meae quotidianae non prohibuissent, quominus laudatos a nostro locos, in iis saltem qui supersunt libris, omnes conquirerem! Quod etsi in nonnullis feci, in multis nequaquam licuit: quare uberem emendationum segetem superventuram auguror: praesertim quia testimoniorum lectio vel auctoris

nostri vel codicis vitio non semel laborat; quin tamen omnia ad vulgatos textus, pravo critices officio, revocanda sint.

Quod siquis tantam insolitae latinitatis ubertatem miratur, is auctoris verba reputet, cum Grammaticae studiosis loquentis in prologo sextae litterae: *quibus certissime repromitto, si in latialis scientiae ediscenda arte nestoreos repleverint annos, semper aut lectitando, aut auscultando, aliquid novi percipient, quod numquam vel raro perceperunt.* De latinorum vocabulorum plurimo numero, quibus lexica augeri possunt, legendis praesertim tot inconsultis adhuc scriptis ecclesiasticis, totque ineditis varii argumenti codicibus, nihil iam apud doctos disputare interest. Certe vel unus Virgilius grammaticus (cum sua gallicana schola) lexicographo nostro p. 427. ut reor cognitus, et a me editus, proferendis non parum latinitatis finibus, per varia temporum regionumque spatia non videtur inutilis. Sed tamen heic decet quaerere, num tot vocabula, praesertim ex derivationibus orta, quae noster sine testibus recitat primum in tractatibus, deinde auget in repetitionibus, auctoritatem partim veterum, partim vero inferiorum saltem saeculorum obtineant? Ego ut quod sentio, modeste dicam, valde arbitror multa ex his, quamquam ecclesiastico vel igno-

Digitized by Google

to de fonte sumpta, ad latinum ius pertinere: ipse enim auctor, cum vocabula prorsus insueta scribit, ea diserte extra usum esse fatetur. Nihilominus aegre mihi persuadeo, universam illam inauditarum vocum copiam, qua liber hic obruitur, genuino et avito natali genitam, et non potius partem eius saltem ex analogia et derivatione esse procusam: qua super re maiorum cupide criticorum iudicium expecto. Iam si quis philologicam lexici huius editionem post meam molietur, eum in primis accuratum alphabeticumque vocabulorum omnium indicem conficere velim: in quo instruendo opere multa emendanda sentiet: nam praeter quam quod ne in repetitionibus quidem ordinem alphabeti auctor tenuit, multa more saeculi sui perperam scripsit, puta *e* pro *ae* vel *oe*; *i* pro *y*; *f* pro *ph*; et adspiratam *h* saepenumero omisit: quare et accidit, ut derivationes interdum prorsus distorserit, inscitia praesertim graecitatis et orthographiae, et vocabula sub alienis elementis scripserit, v. gr. p. 140. vocabulum *castrimargia* sub *c* collocavit, quod scribi oportebat *gastrimargia* sub *g*. Et quidem tota littera *y* sub *h* potius concludi debuit. Ego vero cacographiam quidem saepe correxi, verba tamen de sedibus suis minime commovi. Locos demum insigniores aliquot diligentius curabit criticus, veluti p. 77. vocabula perpendet

plurima, quibus ferarum volucrumque voces latina proprietate appellari dicuntur. Tum pp. 174. 176. 196. 197. 262. 276. navium, artificum, pomorum, vasorum, vermium, appellationes secum reputabit. Sed cur haec memoro? quum in singulis prope libri huius paginis vir philologus cum fructu spatiari queat.

Auctorum interim in lexico laudatorum catalogum festinanter contexui; in quo complura sunt notabilia; veluti *coqui* (seu *coci*) titulus, sive agnomen, Martiali poëtae additum; quod tamen antea non erat incognitum; Homerus latinus, qui est pseudo-Pindarus; sicuti Iosephi iudaei textus ab interprete Rufino est; historiae nonnullae, ac poëtae prosaeve anonymae: Constantini imperatoris fragmentum: Platonis, Aristotelis, Galeni, Iohannis chrysostomi, Gregorii nazianzeni, et LXX. seniorum latinae veteres interpretationes: pontificum rom. et conciliorum decreta sive epistolae; passiones martyrum et complurium sanctorum virorum vitae; quae aeque postrema scripta, quicquid alii sentiant, me quidem tum ob antiquitatis saporem, tum propter argumenti pietatem, valde delectant.

Reliquum est, ut exoticorum quoque lexici nostri vocabulorum, saltem praecipuorum, catalogum scribam, quae latinae linguae proprieta-

Digitized by Google

tem nullo modo servant, peregrinoque prorsus tinnitu resonant, quae tamen ego cum Menagii originibus gallicis italicisque obiter conferens, et cum Cangii lexico, nihil fere non aliquando auditum, vel in aliis barbari aevi scriptis minime obvium, esse videbam: praeter quam quod ipse auctor moderna haec esse vocabula, et saepe quidem gallicana, plerumque dicit. Sic ergo se habent.

Acer (acier) gallice, genus durissimi ferri p. 88. Menag. orig. gall.

Anduilla, abdomen p. 55.

Baril gallice, cadus p. 99. Menag. Italice *barile*.

Bevere, gallice, id est fiber p. 97.

Botes et bota, crepidae p. 1. et 140. gall.

Brob (broth) anglice, ius, id est carnis elixatura p. 281.

Broca, subula p. 524. Menag.

Bustula, pyxis, p. 477. Italice *bussola*.

Causa p. 352. monedula, *gazza*.

Crever, crepare, p. 93. Menag. et Cang.

Cuana, callus aprugnus p. 130.

Cuilta, gallice, pulvinus p. 94, a latino *culcitra*.

Felgiae, gallice, filix, p. 208. Italice *felce*.

Feltre, centrones (κέντρωνες) vel qui faciunt centrones, p. 144. Italice *feltro*.

Freses (fraises) gallice, fragum, p. 222. 242. Menag.

Fustanium, fuscotinctum, p. 213. Menag. et Cang. Italice *fustagno*.

Grattare, scabere p. 560. Lex Burgund. apud Menag. orig. ital.

Gisarme, gallice, gesa, genus teli p. 251. Menag.

Hairum, gallice ardea p. 31. Italice *airone*.

Hicemasa, avis quaedam, p. 484.

Lalmonas, ferulas p. 2.

Lovarium p. 430. Cang. voc. *lobia*.

Moizellus vel moillus pp. 597. 622.

Mulot, gurgulio pi cis, p.

152. Menag.

Meda (meathe) anglice, hydromelum p. 291.

Mesga, serum, p. 521. Cang.

Orner, toral, p. 1. (ornatus)

Parlatorium monachorum p. 273. Cang.

Pluvicinare, pluitare, p. 483. Cang. Italice *piovicinare*.

Rosel. (roseau) canna p. 85. 98. 41.

Rusce, gall. apes vel alvearia p. 34. Cangius voc. *ruscha*.

Scambiare, alternare, p. 362. Cang. voc. *cambiare*.

Smerillum, gall. alietus avis, p. 10. Cangius voc. *smeriliones*, apud quem corrige *alieti* pro *ubleti*.

Specium, veru, p. 622. Italice *spiedo*. Et quidem confirmatur Pacuvii lectio apud Forcellinum.

Stubio, gall. rhombus piscis, p. 508. Cang.

Vagulus (bague) anulus p. 622.

Vantare, iactare, p. 283. Glossae latinae apud Voss. Cang.

Uvastellus, gall. placenta, p. 314.

Widercoc, p. 59. Cangius scribit *videcoqs*. Gallice *becasse*.

EMENDATIONES ALIQUOT.

Pag. 9. v. 6. a fin. corr. *coherceo*. P. 89. v. 14. corr. *componitur*. P. 144. v. ult. corr. *celeriuscule*. P. 146. v. 5. corr. *cachinnones* P. 199. v. 11. corr. *ephoebion*. P. 231. v. 6. et 8. a fin. corr. *physic*. P. 258. v. 11. dele *VII*. P. 267. v. 1. et 2. a fin. corr. *presbyt*. P. 352. v. 8. corr. *minutal*. P. 389. v. 6. corr. *Volsci*. Ibi autem, et alibi, notioni vocabuli *aboriginum* nemo fidem adiunget. P. 461. v. 2. a fin. corr. *privera*, seu *privira*. P. 510. v. 3. corr. *epilogio*, ut est p 4. P. 534. v. 16. corr. *inconpita*. P. 560. v. 1. corr. *scabere*. P. 689. marg. corr. *tinguitare*, nempe a *tinguo* pro *tingo*.

Digitized by Google

THESAURUS NOVUS

LATINITATIS.

INCIPIT PROLOGUS.

Cum in nocte hiemali multae lucubrationis [a] pervigilio, plurimoque in lychnis olivo depasto usque ad conticinium [b] ferme nictassem [c], in letheum tandem soporem squarroso [d] me lectisternio, utpote perrara farragine, hirtisque sagis receptantibus defetiscentes artus conqueri [e]. Dumque oppiraro [f] praedulcis sompni suavio affatim [g] saginarer, ecce phalanga turmatim subeuntium domate quo decumbebam fragorosa crepidarum [h] plosione perstrepebat. Quo ilicet experrectus crepitaculo, semhiulcos meticulose retegens ocellos, toralque [i] involucro prae vultu clanculo corrugatum obiectans, exili rimula, quid rerum gereretur limis [k] perspicabar. Nec nox ea illimis [l] nigellisve tenebrarum peplis obducta, sed praelustri rutilantis Cynthiae coruscamine rimatim [m] sese ingerebat perspicua. Quaedam igitur celtica [n] efficatique [o] speciminis [p] femina, quaeque grammatica, uti ab ipsa postmodo percepi,

---

GLOSSAE.

(a) *Lucernae.* (b) *Gallicinium.* (c) *Vigilassem.* (d) *Squallido.* (e) *Caput inclinavi.* (f) *Parum.* (g) *Assidue.* (h) *Botes.* (i) *Orner.* (k) *Subtilis.* (l) *Obscuris.* (m) *Per rimas.* (n) *Auctorabilis.* (o) *Perfecti.* (p) *Pulchritudinis.

dicebatur, in praelibati [a] cunei prima fronte reverenda maiestate incedens, laeva quidem pinacem quam venustam ex hebeno bracteisque aurulentis artite [b] expolitam, sed dextera aliquantillae prolixitatis trinodem gestabat corrigiam, ex qua scabra [c] puberum ingenia linguarumque vituligines [d] levi sensim attritione [e] purgabat. Dominam autem praeambulam vates gravastelli [f] cygnino [g] capellicio candidantes, penulasque laciales induciati [h], pedibus quam decenter cothurnatis comi processu assectabantur. Quorum sodalicio cirrati [i] pubecae [k] diacula [l] disertitudine facundatam [m] stipatim [n] admiscebantur, qui se ab ipsis tenellae infantiae crepundiis in authenticis [o] matris grammaticae assidelis [p] ubertim alumpnatos [q] profitebantur; alii manibus ad volas percellendas [r] ferulas [s] orbiculatas; alii vero ad tergora sulcanda vibices [t] acerrimas praetendebant, ut liquidis clareret evidentiis paedagogali [u] eos excellentia [v] esse decusiatos [x]. Nec mora virago memorata gemmatum conscendit suggestum, quem ex populari [y] eius famulatio [z] duae praeministrae me conspicante in loco ediciori praestruxerant, gravique auctoritate manu protensa residendi cunctis allubentiam [aa] indixit, et ipsa pariter cum eis assedit. Videns humi cleonatarum [bb]

GLOSSAE.

(*a*) *Praedicti.* (*b*) *Ingeniose.* (*c*) *Pigra.* (*d*) *Impedimenta.* (*e*) *Verberatu.* (*f*) *Graves.* (*g*) *Albo.* (*h*) *Camisias latinas induti.* (*i*) *Artati.* (*k*) *Pueri.* (*l*) *Loquaci.* (*m*) *Facundificam.* (*n*) *Dense.* (*o*) *Auctorabilibus.* (*p*) *Sociis.* (*q*) *Nutritos.* (*r*) *Verberandas.* (*s*) *Lalmonas.* (*t*) *Virgas.* (*u*) *Magistrali.* (*v*) *Auctoritate.* (*x*) *Honoratos.* (*y*) *Vili.* (*z*) *Societate.* (*aa*) *Licentiam.* (*bb*) *Magistrorum.*

Digitized by Google

ocellos mediocricule obstippos [a], auresque ad audiendum inpendio [b] accommodas, dum quid rerum gestiat [c] imperatrix sua concionando promulget. Tunc illa: Grammatica inquit, dicor: nostis commilitones qui mecum in curiis estis rudimentis apprime nutricati, eo quod grammae lineae, et grammata litterae * nuncupentur, mihi quod sit indultum litterarum formas propriis ductibus lineare, a priscis quidem viris trivia- * cod. *lineae.*
tim [d] celebrata speciali praerogativa, reliquis vernantius [e] sororibus per orbis climata efflorebam. Nunc autem inter huiuscemodi temporis stirpitus [f] repudiata mortales, publicitus ab omnibus floccipendor, quia qui me pernosse desudet, vix inter tot milia, vel unum reperies. Ubi, quod plorabunda deploro, sub hac tempestate litteratus? ubi partibus latialibus [g] affluenter imbutus? Nonne omnes prodigi alecones [h], pernoctes attabernales [i] iuges lenociniorum [k] sunt mancipes, ardentius diludia quam gymnasium [l], affectuosius anerve ocium quam egregiae indolis colunt exercicium? Me fronte pervicaci, tamquam gerroneam [m] naucipendentes, perexiles tantum de induviis netus [n] taediose sumpsere, pertusasque [o] eas ac dilancinatas [p], me autem spretam omnino liquere. Quoniam igitur adeo desipiscentes, adeo inertici [q] esse approbantur, ne per delumbem [r] eorumdem abholear scientiam, in hac vo-

---

GLOSSAE.

(*a*) *Inclinatos.* (*b*) *Inpendiose, attente.* (*c*) *Cupiat.* (*d*) *Publice.* (*e*) *Pulcrius.* (*f*) *Omnino.* (*g*) *Latinis.* (*h*) *Lusores.* (*i*) *Potatores.* (*k*) *Lecacitatum.* (*l*) *Studium.* (*m*) *Inutilem.* (*n*) *De vestibus fila.* (*o*) *Foraminatas.* (*p*) *Depannatas.* (*q*) *Inertes.* (*r*) *Debilem.*

lo contione partes latinas normaliter et digressim [a] propalare, quo dumtaxat intellectu [b] acceptas, vel ex qua dirivandi scaturigine esse constat elicitas. Quas tandem per singulos alphabeti apices serio [c] et enucleatim enodatas cuiusdam mei sequestri [d] (ad me autem oculo connivente adnutabat) famelicis [e] memoriae faucibus libet instillare; quatinus isto scientiae meae opulentiam socordibus illis effusim eventilante, me nedum ad plenum agnovisse animadvertant; quam quia ex parte agnoverunt, iam totam sibi diripuisse opinantur. Assertionem quoque meam veterum et modernorum, quos in hoc dogmate [f] fama vulgaris praeclues asseverat, libet *testimonio* astipulare [g]: non quod sanctionem meam discipulorum sit necesse suppetiis fulciri; sed ut auctoritatem in manu habeant, qui ignotam sibi dictionem, quamquam aliis tritam, vix sine auctoritate recipiunt. Huic imperatricis epilogio [h] omnes consensim [i] allubescentes [k], sapide [l] et consulte deliberatum esse acclamabant, piumque laborem residibus ob inscitiam iuvenculis potissimum profuturum. Nec mora: domina lacernam qua indusiabatur praedivite murice fucatam, auroso et spintherculo [m] quam decenter nodatam, quo ad loquendum esset paratior, effibulabat [n], brachiolisque strictim venustissimis supparis [o] ambitis [p], per patulam ipsius pallae portam porrectis, talia rotatili [q] sermone

---

GLOSSAE.

(a) *Regulariter et divisim.* (b) *Significatione.* (c) *Ordine.* (d) *Socii.* (e) *Famulentis.* (f) *Doctrina.* (g) *Confirmare.* (h) *Prologo.* (i) *Consentienter.* (k) *Faventes.* (l) *Sapienter.* (m) *Firmaculo.* (n) *Extra fibulam ponebat.* (o) *Rebrachiatariis.* (p) *Circuitis.* (q) *Volubili.*

verba dictabat: Innotescendum [a] est in primis, partes laciales aliquando secundum litteram tantum, aliquando secundum sensum tantum, aliquando autem secundum litteram et sensum, nonnunquam vero per antiphrasim [b], aut per syncopam dirivari; super quibus superfluum duxi in praesentiarum exempla apponere, quia in dirivando necesse est eadem saepius replicare. Nunc autem quia de prima littera primitus est disserendum, animadvertendum est, eam A nuncupari ad illius vocis aequipollentiam [c], quam mater instante eam partu gravidante querulose [d] depromit, quam et sub hiatu vocis congruo, ut ait Marcianus noster, solo spiritu per palatum exprimimus. Ab hoc itaque verbo, quod est amo, inchoare disposui. Cumque paululum ocellis in humum defixis obticuisset; sic tandem coepit ex alto.

EXPLICIT PROLOGUS (*).

GLOSSAE.

(a) *Manifestandum.* (b) *Contrarium.* (c) *Aequivalentiam.* (d) *Questuose.*

(*) Ex hoc prologo satis cognoscimus, genera quaedam fuisse extraneae latinitatis, cuius usus procul urbe romana, et praesertim trans Alpes in Gallia insulisque Britannicis, frequentabatur. Eius abnormis latinitatis veluti regulas tradit Virgilius gallicanus grammaticus, specimen vero latissimum hisperica (seu scotica) famina exhibent, confirmat etiam Attonis vercellensis polypticum primae editionis; quae ego cuncta scripta typis edidi, ut latinitatis historiam criticam amplificarem. Hoc est, inquam, peregrinum loquendi genus; quod glossis in codice nescio quis priscus illustrandum putavit; ipse autem auctor statim post prologum deserit in thesauro, quem romano seu communi stilo conscribit.

INCIPIT LITTERA

A

Amo, amas, amavi, amatum, verbum activum; inde hic amator, ris; unde amatorius, a, um, et hic amatorculus, li, diminutivum, idest parvus amator. Unde Plautus in Poenulo: vix, inquit, aegreque amatorculos invenimus. Et haec amatrix, cis; unde haec amatricula, lae, et hic et hoc amans, tis, quod comparatur amantior, amantissimus; unde amanter, amantius, amantissime, adverbia. Item ab amo, amatus, a, tum; unde amantim * adverbium id est amanter; et hic et haec amabilis, et hoc amabile; unde amabiliter, adverbium; et componitur inamabilis, et hic amasius, amasii ·i· ille qui inmoderate amat; vel etiam qui intemperate amatur; unde Plautus in Cassia: miserum hodie ego hunc habeo amasium. Et unde amasiolus, li, diminutivum. Dicitur item hic amasio, amasionis, quod idem significat; unde Prudentius in libro hymnorum: amasionum, inquit, comprimuntur fraudibus. Et inde hic amasiunculus, li. Item ab amo amicus, a, cum, quasi amoris custos, quod comparatur amicior, amicissimus, cuius comparativum Augustinus de civitate Dei sic posuit in nono libro: quasi possint propinquiores, et amiciores diis bonis reconciliare; unde et Plautus in Poenulo: nihil homine amico opportuno amicicius. Et inde amice, amicius, amicissime adverbia, et haec amicitia, ae, et amicor, ris, verbum deponens; unde verbalia amicator, amicatus, amicabilis, et amicabiliter adverbium; et componitur inimi-

* al. *amatim.*

cor, inimicaris; unde verbalia; amicus quoque componitur inimicus. Item ab amo hic amor, huius amoris; unde amorosus, a, um, et amorose adverbium, et hoc amamen, nis, et hoc amamentum, ti, ambo pro amore; et amasco, cis verbum inchoativum ·i· amare incipio, teste Prisciano; et amaturio, is, verbum desiderativum, ·i· amare desidero; unde et Priscianus ait, illud in exemplum ponens: esurio, micturio, parturio, amaturio etc., et per compositionem hic polydamas, mae ·i· multicuba, et multigamus, qui plures scilicet habet uxores; unde et Persius: nec mihi Polydamas, et Troiades Labeonem praetulerint. Nam πολὺ indeclinabile significat plures; unde et polysyllaba plurimarum syllabarum dicimus. Item ab amo, secundum Varronem, amoenus, a. um; sic enim ait in quodam libro: amoenum est quod solum amorem praestet, et ad se amandum alliciat; et illud comparatur, amoenior, amoenissimus; unde amoene, amoenius, amoenissime adverbia; et haec amoenitas, amoenitatis; et haec amoenitudo, amoenitudinis, et hoc amoenium, ii ·i· locus pulcher et delectabilis, quod et pro amoenitate ponitur. Amoenus componitur inamoenus. Amo componitur adamo, as; id est rursus amo. Deamo, as ·i· valde amo, et ab istis verbalia.

Arceo, es, arcui, arctum, tu, verbum activum; inde arctus, a, tum, quod comparatur arctior, arctissimus; unde arcte, arctius, arctissime adverbia, et arctim ·i· strictim adverbium. Et arcesco, cis ·i· constringere, verbum inchoativum; et a supino arctu, u littera mutata in o, fit arto, as, verbum activum; unde artator, artatus, artator, artabilis; et hoc artavum, vi ·i· cultellum; et componitur coarto, as, et

inde verbalia. Item ab arceo, haec arca, ae; unde et arcula, ae, et hic arcularius, rii, qui facit arcas, et arcarius, arcaria, um, et arcanus, na, um ·i· secretus, et hoc archivum, vi ·i· librarium; unde Martianus Capella: utpote librariae superum, archivique custodes. Hinc et Iosephus in nono annalium librorum ait: haec in archivis tyriis de Salmanasar conscripta sunt. Item ab arceo, hic artus, tus; unde artuosus, sa, sum ·i· membratus; et hic articulus, li ·i· digitus, et artuatim ·i· membratim; et haec artesis, scilicet artuum morbus; unde Prudentius in libro hymnorum: nodosa quos podagra distorquet, et artesis; unde arteticus a, um ·i· ille qui quamlibet habet infirmitatem in artubus ex consueto; vel ut medici volunt, qui quamdam nodositatem in membrorum patitur iuncturis; unde Macer de viribus herbarum: arteticos, inquit, ischiasimque iuvat; et artuo, as, quod non est in usu; sed componitur exartuo, as ·i· dividere; et inde exartuatus, a, um, et haec exartuatio; et deartuo, as, similiter pro dividere; et inde deartuatus, a, um; unde Plautus in Captivis: ego erumnatus, et deartuatus sum miser. Et deartuatio, nis. Item ab arceo haec arx arcis, pro turre; unde haec arcicula, lae, et hic arcubius, bii ·i· ille qui cubat in arce, et hic arcus, us; unde hic arculus, li, diminutivum; et hic arquites, tis ·i· sagittarius cum arcu equitans, sicut Turci; et arcuo, as, verbum activum ·i· curvare; unde arcuatus, a, um, et arcuatio, et arcuatim ·i· curvatim, cameratim. Arcus componitur arcutenens, et arcipotens. Item ab arceo haec ars artis; unde et articula, lae; et hic et haec articularis, et hoc articulare quod pertinet ad artem; et artitus, a, um,

Digitized by Google

bonis artibus instructus ; unde artite adverbium •i• ingeniose. Et plur. arteriae, rum •i• quaedam venae per quas vox elicitur ; et hoc artemum, mi, •i• parvum velum, quo in dulcibus utimur aquis ; invenitur autem et hic artemo, nis, in eodem sensu ; unde in actibus apostolorum legitur : levato artemone secundum aurae flatum tendebant ad litus. Ars componitur hic et haec iners, ertis, quod comparatur inertior, inertissimus ; unde inerte, inertius, inertissime adverbia, et haec inertia, ae, et inerticus, a, um •i• ignavus, remissus. Componitur etiam hic et haec artifex is ; unde artificiosus, a, um, et artificiose adverbium, et hic et haec artificialis, et hoc artificiale ; unde artificialiter adverbium, et hoc artificium, cii, et haec artificina, nae •i• locus ubi artes exercentur. Componitur quoque ars cum tribus aliis partibus, et dicitur haec artocrea, creae •i• quilibet cibus artificiose compositus ; unde Persius : vae, inquit, nisi convives oleum, artocreasque popello : hic artocopus, pi, pistor quod est artifex panis ; nam artos dicitur panis ; unde Iuvenalis : salva sit artocopi reverentia ; haec artopta, tae •i• vas artificialiter compositum et operatum ; unde Plautus in Aularia : ego artoptam huic ex proximo utendam peto. Arceo componitur exarceo, ces ; unde exercitus, a, um, et hic exercitus, us, unde hoc exercitium, tii, et exercito, as, verbum activum, et inde verbalia. Item arceo componitur coherces, es ; unde cohercitus, a, um, et hic et haec cohercibilis, et hoc cohercibile, et cohercibiliter adverbium : et hic carcer, is, eo, quod reos cohercet ; unde hic carcerarius, rii, et hic et haec carceralis, et hoc le. Et incarcero, as per compositionem unde verbalia.

Alo, is, alui, verbum activ. cuius supina faciunt altum, tu. Inde hic altor, is, et altrix, cis; unde haec altricula, lae, et hic et haec altilis, et hoc le ·i· res quae ad hoc alitur, ut pinguior occidatur, ut porci, et volucres domesticae; unde in evangelio: tauri mei, et altilia occisa sunt. Item ab alo altus, a. um ·i· nutritus; unde hic altellus, li ·i· Romulus, eo quod a lupa mirabiliter sit altus, et haec alitudo, is ·i· corporis pinguedo, et hic alumpnus, ni ·i· nutritus; et inde alumpnulus, li, diminut. et alumpnatus, a, um ·i· nutritus; unde Marcianus: secretis sanctioribus alumpnatae. Item ab alo hoc alimen, nis ·i· nutrimentum: unde hoc alimentum, ti, et haec alimonia, ae; unde pluraliter alimones, onum ·i· nutritores, et haec alicaria, ae ·i· meretrix, quae quaestus gratia curiam sequitur, et ibi alitur; et hic alietus, ti ·i· avis quae gallice vocatur smerillum; unde Ovidius methamorphoseos in octavo: et modo factus avis fulvus alietus in alis. Item ab alo haec ala; unde alatus a, um, et hic ales, alitis ·i· avis, et haec alaris, is ·i· turma equitalis; et alo, as, quod non est in usu, sed tantum inde dicitur, haec aloës, is, pro quodam unguento, et hoc alabastrum, tri ·i· vas unguentarium, et hic halatus, us ·i· odor; unde Marcianus: halatu pasci foverique docuerat. Alo componitur exhalo, as ·i· foras emittere; et inde verbalia. Ala componitur aliger, a, um, et hic, et haec alipes, edis ·i· velox, quasi alas habens in pede. Item ab alo haec alcedo, onis ·i· avis quaedam, quae ceteris avibus sedulius pullos alat; unde Plautus in Poenulo: cum ibi alcedo pullos educit suos; et haec alnus, ni, secundum Rabanum, eo quod aquis alatur; unde hoc alnetum, ti, locus ubi

alni crescunt, et haec aluta, ae ·i· pellis sutarii, quae tanata dicitur, gallice corveis; unde Iuvenalis: apposita nigrae lunam subtexit alutae; et inde hic alutarius, ii ·i· ille pelliparius, qui vel operatur tanatas pelles, vel qui eas tanat. Item ab alo hic aliptes, tis ·i· plagarum curator, qui eas medicabilibus fomentis alit ·i· sanat. Alo componitur coalo, is; unde coalesco, cis, verbum inchoativum.

Aqua, ae; inde haec aquula, lae, parva aqua; et aquosus, a, um ·i· aqua plenus, et aquativus, a, um, et hic, et haec aquatilis et hoc aquatile, et hic aqualis, is ·i· vas aquatile grossum et latum; unde Plautus: date isti sellam ubi assideat, et aqualim cum aqua; quod aliquando accipitur pro grosso ventre; et tunc inde venit hic aqualiculus, li ·i· ventriculus; unde Persius: pinguis aqualiculus propenso sesquipede extat. Item ab aqua hic aquarius, rii, pro signo quodam; et hic aquariolus, li ·i· socius meretricis, qui crebro defert aquam ad eam venustandam; et hoc aqualium, lii, ·i· summa pars capitis, imo aqualium dictum, quia prius suscipit aquam depluentem, quam totum corpus. Item ab aqua, per compositionem adaquo, as, verbum activ. ·i· aquam ducere; et inde adaquator, adaquatus, adaquatio, adaquabilis, et hoc aquagium, gii ·i· aquaeductus, quia per illum agitur aqua; et hoc aqualicium, cii ·i· guttarium, quia per illud aqua elicitur ·i· foras emittitur. Item ab aqua secundum quosdam, hic et haec aquila generis promiscui; unde aquilinus, a, um, et aquilus, a um ·i· incurvus, quod tractum est a curvatis unguibus aquilae. Aqua componitur aquaeuomus, et aquaebibus, bi, qui saepe bibit aquam.

Amicio, is, amictum, tu ·i· cooperire verbum

activ. unde Ovidius methamorph. in quinto: ille sibi ablatis fulvis amicitur in alis; et inde amictus, a, um ·i· coopertus, et hic amictus, tus, et hoc amictorium, rii, ambo pro quolibet vestimento, et hoc amiculum, li ·i· mitra virginalis, unde Marcianus: amiculo virgo virginem contexit. Item ab amicio amictuo, as, frequentativum; unde amictuatus, amictuatio. Et componitur circumamictuo, as; et inde verbalia. Dicitur autem circuamictuo, as, per syncopam. Amicio componitur coamicio, cis; unde coamictus, a, um, et haec coamictio, is, circuamictio, is; unde circuamictus, a, um, et haec circuamictio, is.

Acuo, is, acui, cutum, tu, verbum activ; inde acutus, a, um, quod comparatur acutior, acutissimus; unde acute, acutius, acutissime adverbia. Et hoc acumen, nis; unde acumineus, a, um ·i· acutus. Et hic acus, us, quia nihil est paene nisi acumen; unde hic aculeus, lei, pro quodam tormento. Dicitur etiam hoc acus, aceris ·i· purgamentum tritici; unde Varro ait: acus substernendum est gallinis parturientibus; et inde dicitur aceratus, a, um ·i· sordidus ad instar aceris. Item ab acuo haec acies, ei, quod et pro acumine, et pro turma accipitur equitali; et inde dicitur haec aciecula, lae, et acutim adverbium ·i· acute, et haec acutela, lae ·i· acumen: et hic acupedius, ii ·i· velox, quasi acutis pedibus currens. Et haec ascia, ae per compositionem ·i· dolabra, quasi acute scidens; unde haec asciola, ae, diminut. Dicitur autem et hic ascis, is, pro securi, qua caementarii utuntur; et inde hinc asciculus ·i· diminut. unde Gregorius nazianzenus; scio, inquit, aliud esse altare, super quod asciculus non ascendit; et ascio, as, verbum activ. ·i· do-

Digitized by Google

lare ; unde asciatus , et asciatio , et asciatim adverbium •i• dolatim, caesim, carptim. Et componitur exascio, as, similiter pro dolare ; unde exasciator , exasciatus ; unde Plautus in Aularia : iam hoc opus exasciatum est ; et haec exasciatio , is. Item ab acuo per compositionem haec meraca , cae •i• potio medicinalis acuta et utilis, et dicitur meraca , cae , quasi mentem exacuens. Acuo componitur exacuo , is , et praeacuo , is , et ab istis verbalia.

Annus , ni ; inde annuus , a , um , et annuatim adverbium , et annosus , a , um ; et inde haec annositas , tis , et hic et haec annalis , et hoc le ; anniculus , a , um •i• eiusdem anni ; unde in Exodo legimus de agni immolatione ; erit agnus sine macula masculus anniculus. Item ab hoc nomine quod est annus , haec annaria , ae •i• lex de anno facta ; et haec anus , eo quod multos habeat annos ; unde et hic et haec anilis , et hoc le ; et inde aniliter adverbium ; et haec anicula , ae , unde aniculosus , a , um •i• anilis , vel ridiculosus ad similitudinem verborum anuum. Dicimus quoque anus , ni •i• culus ; unde in primo regum libro : posuerunt super plaustrum capsellam , et similitudinem anorum ; et inde venit , hic anatés , is •i• morbus qui solet ano evenire , sicut contigit Philistaeis , et hic anulus , i , propter rotunditatem ; unde hic anellus , li , diminut. et anulatus , a , um •i• anulum habens ; unde Plautus in Poenulo : incedunt cum anulatis auribus. Item ab hoc nomine, quod est annus, haec annona. Terentius : tum annona cara est ; et annotinus , a , um •i• eiusdem anni ; unde Iosephus in III. annalium libro : arietem autem cum agno annotino in holocaustum offerebant ; et hic , et haec annualis , et hoc le •i• annuus ;

unde Iosephus in sexto decimo libro : cum augmentis annualibus exigebat ; et inde annualiter adverbium ; et per compositionem hoc anniversarium , ii. Item ab hoc nomine , quod est annus, per compositionem bimus, a , um ·i· duorum annorum , quasi bis annuus , et inde bimulus , a , um diminut. , et hic bimatus , tus ·i· duorum annorum spatium, trimus , a, um ·i· trium annorum, quasi ter annuus; et inde hic trimatus, us ·i· trium annorum spatium , et trimulus , a , um diminut. , quadrimus a , um ·i· quattuor annorum ; unde Horatius in odis : deprome quadrimum sabina merum diota ; et inde hic quadrimatus , us ·i· spatium quattuor annorum ; et quadrimulus , a , um diminut. Annus componitur , hic et haec biennis , et hoc ne ; unde hoc biennium , nii. Triennis ; unde hoc triennium , nii. Quadrennis ; unde hoc quadrennium , nii. Quinquennis ; unde hoc quinquennium , nii. Sexennis ; unde hoc sexennium , nii. Septennis ; unde hoc septennium , nii. Octennis ; unde hoc octennium , nii. Novennis ; unde hoc novennium , nii. Decennis ; unde hoc decennium , nii. Componitur etiam undecennis, et duodecennis; sed raro inveniuntur.

Acer , acris , acre. Comparatur acerrimus ; unde acriter , acrius , acerrime adverbia , et haec acritudo , nis , et haec acredo , nis , idem quod acritudo , et haec acrimonia , ae ·i· vivacitas , animositas , fortitudo ; unde Cicero ait : in qua re significat Glabrionis patris vim et acrimoniam ; et inde acrimoniosus , a , um ·i· fortis et constans ; unde acrimoniose adverbium. Item ab hoc nomine , quod est acer , acerbus , a , um , quod comparatur acerbior , acerbissimus ; unde acerbe , acerbius , acerbissime adverbia , et haec acerbitas , tis , et

Digitized by Google

acerbo, as, quod non est in usu; sed componitur exacerbo, as, verb. activ., et inde verbalia exacerbator, exacerbatus, exacerbatio. Item ab hoc nomine, quod est acer, acredula, ac •i• quaedam modica avis quae aliter dicitur luscinia; et plur. acroamata, um •i• proprie scenicorum carmina; et acer, ri, pro quodam ligno; et inde acernus, a, um; unde Horatius in sermonibus: acernam gausape purpureo mensam pertexit. Et secundum litteram hic acervus dicitur ab acer; unde hic acervulus, li, diminut., et acervosus, a, um, et acervo, as, verb. activ. •i• cumulare; et inde verbalia, et acervatim adverbium •i• cumulatim, glomeratim: et componitur coacervo, as, et exacervo, as, et ab istis verbalia. Item ab hoc nomine, quod est acer, hoc acetum, ti, eo quod acre sit, asperique saporis; unde hoc acetulum, li, diminut. et acesco, is, verb. inchoat., unde Horatius in epistolarum libro: sincerum nisi vas, quodcumque infundis acescit. Et componitur exacesco, is, et hoc acetabulum, li, vas aceto plenum, vel ad acetum recipiendum paratum, quod et hoc acetarium dicitur: et hic acinus, ni •i• botrus; unde Paulinus: exprimit humentes acinos, sucumque liquentem; et inde hoc acinatium, tii •i• cossae uvarum quae post expressionem proiciuntur. Acer componitur quamacer, et praeacer, ambo pro valde acer.

Ango, gis, anxi, verb. activ. •i• constringere, et caret supinis; unde hic et haec, et hoc angens, tis; et inde angenter adv. •i• constringenter; unde Iosephus in sexto decimo: ignis erat conflagrationem in corpore angenter prodens; et anxius, a, um, quod comparatur anxior, anxissimus; unde anxie, anxius, anxissime adv. et haec anxietas, tis; et anxior, aris,

verbum deponens ; unde anxiatus , anxiatio , anxiatim adv. ·i· anxie ; et haec axungia ·i· unctus porci , vel alterius rei ; unde Macer in libro de viribus herbarum : si porcina vetus axungia iungitur illi. Invenitur etiam axiunga in eodem sensu. Item ab ango hic angiportus , us ·i· stricta via ; unde Terentius in Eunucho : in angiportum desertum me conieci ; et hic angulus , li ; unde angulosus , a , um , et angulose adverbium ; et angulatus , a , um ; unde angulatim adverbium. Et ab ango anguis , eo quod angulosus , et nunquam rectus sit ; inde anguilla , et componitur anguicomus , et angustus , a , um ·i· strictus , quod comparatur angustior , angustissimus ; unde anguste , angustius , angustissime adverbia , et haec angustia , ae , et angustio , as , verb. activ. unde verbalia. Et componitur coangustio , as , et coangusto , as , per substractionem unius litterae , et ab istis verbalia. Angulus quoque componitur triangulus ; unde triangulatus. Quadrangulus ; unde quadrangulatus a , um. Item ab ango hic angor , ris ·i· anxietas , tis , et haec anxa , ae , ·i· auris per quod vas subtollitur ; unde et anxatum dicimus vas quod tales habet aures ; et hic anger , ris , ·i· spatharius , ris , eo quod angeretur ·i· strictim spatham teneat ; et haec angina , ae ·i· tumor faucium , vel inflatio gutturis ; unde Macer in libro de viribus herbarum : subvenit anginae melli nitroque iugata. Item ab ango , haec ancora , rae ; unde per compositionem exancoro , as , verb. activ. ·i· navim solvere ; et inde verbalia : et hic anachoreta , ae , quasi cor angens * ieiuniis et afflictionibus ; et inde anachoresis , is , ·i· vita anachoretalis ; et haec angaria , ·i· compulsio ; unde angario , as ·i· compellere , sicut legimus in evangelio : et angariaverunt Simonem

* *absurde.*

quendam, ut tolleret crucem Iesu; et inde angariatus, angariatio, et hic angarius, ii ·i· bedellus, et exactor; unde Iosephus in tertio decimo: nec post iumenta Iudaeorum violentiis angariorum subiaceant. Ango componitur coango, is.

Animus, mi; inde animosus, a, um ·i· audax; et comparatur animosior, animosissimus; unde animose, animosius, animosissime, et haec animositas, is, et animo, as; unde animatus, a, um, et haec animatio, nis, et haec anima, ae; unde haec animula, lae, et hic et haec animalis, et hoc le; sic Apostolus dicit: animalis homo non percipit ea etc. Et hoc aul *, lis. Dicitur autem anomalus, a, um ·i· irregularis; unde Marcianus Capella: ille pigritior paululum simularet anomalum. Animo componitur exanimo, as. Animus componitur hic et haec aequanimis ·i· temperatus; unde aequanimiter adverbium, et haec aequanimitas, atis. Magnanimis; unde magnanimiter adverbium; et haec magnanimitas, atis. Exanimis; unde exanimiter adverbium; et haec exanimitas, tis. Unanimis; unde unanimiter adv., et haec unanimitas, tis. Pusillanimis; unde pusillanimiter adv., et haec pusillanimitas, tis. Longanimis; unde longanimiter adv., et haec longanimitas, tis. Sciendum autem, quod licet supradictae compositiones tertiae proferantur declinationis, inveniuntur tamen esse et secundae; dicitur enim aequanimus, magnanimus, longanimus, et sic de ceteris.

* Scriptura incerta *al*, *aul*, *alis*.

Arguo, is, ui, utum, verb. activ. ·i· convincere, constringere; inde argutus, a, um, quod comparatur argutior, argutissimus; unde argute, argutius, argutissime adv., et argutia, ae, ·i· dissertitudo, et argutim adv. ·i· argute, diserte; et arguto, as, verb.

activ. •i• impugnare, diserte se defendere; unde argutatus, a, um, et haec argutatio, is, et hoc argumentum, ti •i• rei dubiae probamentum; unde argumentor, aris, verb. depon. •i• probare, ratiocinari; et inde verbalia. Arguo componitur, coarguo, is, et redarguo, is, et ab istis verbalia.

Algeo, es, alsi, verb. neutrum, et caret supino •i• frigere; unde algidus, a, um, quod comparatur algidior, algidissimus; unde algide, algidius, algidissime adv. et haec algiditas, is, et hic algor, ris •i• frigus, et hic algus, us, similiter frigus; unde Plautus in Rudente: vel tu suda, et peri algu. Item ab algeo algosus, a, um •i• frigorosus; et haec alga, ae, vortex quod mare proicit; unde et dicitur mare alguinosum, eo quod algas ex se proiciat; et algesco, is, quod componitur exalgesco, et algeo similiter componitur exalgeo, es.

Audio, is, vi, tum, tu. verb. activ. Inde hic auditor, is, et a participio audiens, audienter adv., et haec audientia, ae, et auditus, a, um; unde hic auditus, us, et hoc auditorium, ii •i• locus ubi consilia et responsa audiuntur, et hic et haec audibilis, et hoc le; unde audibiliter adv. et componitur inaudibilis; auditus quoque componitur inauditus. Item ab audio haec auris, is; unde haec auricula, lae, et hic auricularis, is, minimus digitus, eo quod ex eo aurem purgemus; et auricus, a, um •i• res pertinens ad aures, sicut dicimus auricos pilos, qui crescunt in aure; et hic auriga, ae, quod et hic aureax, acis dicitur: et haec aurea, eae •i• frenum eo quod circa aures ponatur; sic quoque haec oria dicimus pro freno, eo quod ori imponatur: et auritus, a, um •i• magnas

aures habens. Auris componitur haec inauris, is ·i· anulus, qui in aure perforata gestabatur; unde Plautus in Poenulo; incedunt, inquit, cum anulatis auribus. Audio componitur exaudio, is; unde exauditor, exauditus, exauditio, exaudibilis, et exaudibiliter adv. Subaudio; unde subauditor, subauditus, et subauditio. Obedio, is; unde hic et haec et hoc obediens, is; quod comparatur obedientior, obedientissimus; unde obedienter, obedientius, obedientissime, et haec obedientia, ae, et haec obeditio, is. Invenitur etiam obaudio, is, pro obedio, sed raro; et inde verbalia.

Aro, as, avi, atum, tu. verb. activ. Inde hic arator, is; unde hic aratorculus, li ·i· parvus arator, et aratorius, a, um, et aratus, a, um; unde haec aratio, is; et inde haec aratiuncula, ae, et hic et haec et hoc arabile, quod componitur inarabilis, et haec aratura, ae, et hoc aratrum, tri; unde hoc aratellum, li, dimin. sicut a terebro terebellum, et a cerebro cerebellum. Item ab aro haec ara, ae, quae ut orationi bene conveniret, solet area institui; et inde arula ae dimin., et hic ariolus, li, divinator; unde ariolor, ris ·i· divinare, verb. depon. et inde verbalia ariolator, ariolatus, ariolatio: et haec arra, dicitur ab ara, eo quod res, quae ibi narratur, adeo rata debet esse quasi testibus aris esset facta; et inde haec arrabonis, is ·i· vadimonium; unde Terentius in tertia comoedia: ea relicta huic arraboni est. Arra componitur arro, as, et subarro, as et ab istis verbalia. Ara componitur hic aruspex, cis ·i· divinator, quasi ararum inspector; unde Iuvenalis: varicosus fiet aruspex: unde aruspicor, aris, verb. depon. ·i divinare; unde aruspicator, aruspicatus, aruspicatio, et hoc aruspicium, cii

·i· divinatio, et haec aruspicina, ae ·i· domus aruspicum, vel locus ubi divinant. Sciendum autem quod ara dicitur pro altari, et pro domuscula, in qua porci cubant; unde quidam ait: est ara porcorum brevis, et non ara deorum. Hocque innotescendum quod, secundum Isidorum, aries dicitur ab ara; unde et exemplum Virgilii adducit in medium qui ait: mactatur ad aras; et inde hic arietulus, li, dimin., et arietinus, a, um. Aries vero, et pro vervece dicitur, et pro quodam instrumento unde muri quatiuntur; unde arietare dicimus, cum illo instrumento percutere. Aro componitur exaro, as, et obaro, as, et ab istis verbalia.

Aurum, ri; inde aureus, a, um; unde aureolus, a, um, dimin., et aurulentus, a, um ·i· aureus, unde aurulente adv. et hoc aurichalcum, ci ·i· quoddam genus metalli, et ex diversis metallis conflatum; inde in apocalypsi de filio hominis: et pedes eius similes aurichalco. Item ab hoc nomine quod est aurum, haec arugo, nis ·i· morbus regius. Et auro, as; unde auratus, a, um. Et componitur haec aurifodina, nae ·i· locus ubi foditur aurum, et hic auricidius, ii ·i· aurifex qui scindit aurum; et hoc aurilegium ·i· thesaurus, ubi legitur ·i· colligitur aurum; thesaurus ·i· positio auri; nam thesis graece, dicitur positio latine. Inauro, as; unde inauratus, a, um, et haec inauratio, nis; deauro, as; unde deauratus, a, um, et haec deauratio, nis. Aurum componitur aurifaber, bri, et hoc aurifex, cis; unde hoc aurificium, ·i· ipsum opus, ex auro, et haec aurificina, ae ·i· fabrica aurificum, et hic thesaurus, ri ·i· theca auri, vel aliter; unde thesaurarius, ii, et thesaurizo, as; unde verbalia.

Aveo, es, avi ·i· cupere, verb. neut. et caret su-

Digitized by Google

pino ; unde Lucanus : omnia Caesar avet ; inde avidus , a , um ; unde avidulus , a , um ·i· aliquantulum avidus. Et comparatur avidior , avidissimus ; unde avide , avidius , avidissime adv. et haec aviditas , tis , et haec avena , nae , eo quod avide surgat ; et inde haec avenula , lae , dimin. , et avenco , as , verb. activ. ·i· avenas eradicare, et averrunco , as , similiter avenas evellere ; nam runcare dicitur evellere ; unde Persius ponens participium ait : runcantem populo marcentes pandere vulvas. Item ab aveo , avarus , a , um , quod comparatur avarior, avarissimus ; unde avare, avarius, avarissime adv. et haec avaritia , ae ; et hic avus , vi ; unde hic avunculus , li , et avitus , a , um , et haec avia , ae ·i· matris meae mater ; unde Persius : ecce avia , aut metuens divum matertera. Avus componitur proavus , ·i· pater avi , quasi prope avum ; abavus ·i· proavi pater , quasi longe ab avo ; atavus , abavi pater ; tritavus , atavi pater ; tetravus , quartus ab avo , quod est ultimum cognationis nomen. Item ab aveo haec avis , is , eo quod escarum sit cupida ; et inde haec avicula , ae , et hic avicularius , rii , qui aves capit. Et componitur hic auceps , is ·i· aves capiens ; unde Cato : fistula dulce canit , volucrem dum decipit auceps ; et inde aucupor , aris ·i· aves capere ; unde aucupator , aucupatus , aucupatio , et hic et haec aucupalis , et hoc le , et hoc aucupium , ii ·i· fortunium , bonus eventus. Componitur et avis hic avigerulus , li , qui aves gerit ad vendendum , ex hic auspex , cis ·i· divinator , ab inspiciendis avibus dictus ; et inde auspicor , aris ·i· divinare , verb. depon ; unde auspicator , auspicatus , auspicatio , et hoc auspicium , cii ·i· divinatio , et bonus eventus , et auspicato adv. ·i· opportune ; unde Terentius in Andria : haud auspicato huc me appuli.

Albeo, es, bui, verbum neutrum et caret supino; inde albesco, cis, verb. inchoat., et albus, a, um, quod comparatur albior, albissimus; unde albe, albius, albissime adv., et haec albedo, is, et haec albicies, ei, et hic albor, oris, ambo pro albedine, et haec albugo, ginis ·i· glaucitas oculorum. Item ab albeo alburnus, a, um ·i· albus, et albidus, a, um, quod comparatur albidior, albidissimus; unde albide, albidius, albidissime adv., et haec albeditas, tis, et albido, as, et albico, as, verb. activ. ·i· album facere, et ab istis verbalia. Dicimus quoque albo, as, quod non est in usu; sed componitur dealbo, as, et inde dealbatus, dealbatio. Albeo componitur coalbeo, es.

Astrum, tri; inde hic, et haec astralis, et hoc astrale, et astrosus, a, um ·i· lunaticus, et haec Astraea, ae ·i· spes, quae apud antiquos pro Dea esse reputabatur; unde Ovidius metamorph. in primo: caede madentes ultima caelestum terras Astraea reliquit; et astraeus, a, um ·i· res pertinens ad astrum. Et componitur astronomus, mi ·i· astra nominans; unde astronomia, ae, ipsa ars, et astronomicus, a, um; unde astronomice adv. Componitur quoque astrum astripotens, et astrologice adverbium.

Areo, es, ui, verbum neutrum, et caret supino: inde aridus, a, um, quod comparatur aridior, aridissimus; unde aride, aridius, aridissime adv. et haec ariditas, is, et aresco, is, quod componitur inaresco, is, et exaresco, is. Item ab areo haec area, ae; unde haec areola, ae. Et per compositionem arapagatus, a, um ·i· ab area effossus; unde Plautus in Aularia: aurum mihi intus arapagatum est; et haec arena, ae; unde haec arenula, et arenosa, et arenarius, a, um:

et secundum Macrobium de Saturnalibus, hic laridus, di, dicitur ab areo, eo quod sit large aridus; et inde hoc laridarium, ii. Item ab areo haec arista, ae; unde aristella, ae, dimin., et aristatus, a, um; sicut dicimus aristatos pisces, qui plures habent aristas; et aristophorum, ri, vas ad prandia deferenda aptum: et secundum Rabanum, hoc hordeum dicitur ab areo, eo quod omnibus frugibus citius areat; unde hordeicius, a, um, vel hordeaceus, et hoc hordeolum, li dimin. Et haec arundo, nis, quia cito aret; unde arundineus, a, um, et hoc arundinetum, ti ·i· locus ubi arundines crescunt; unde in libro Sapientiae de iustis: tamquam scintillae in arundineto discurrent. Areo componitur inareo, es, et exareo, es.

Ater, a, rum ·i· niger, et comparatur atrior, aterrimus; unde atre, atrius, aterrime adv., et hoc atramen, nis ·i· nigredo; unde hoc atramentum, ti, et hoc atramentarium, rii ·i· scriptorium; unde propheta: ecce vir habens atramentarium scriptoris ad renes; et inde hoc atramentariolum, li. Item ab hoc nomine, quod est ater, hoc atrium, rii; unde hoc atriolum, li, et hic atriensis, is ·i· ianitor; et atratus, a, um ·i· atris vestibus indutus, quod et atramus, a, um dicitur. Et hic et haec et hoc atrox, cis, quod comparatur atrocior, atrocissimus; unde atrociter, atrocius, atrocissime adv. et haec atrocitas, is. Ater componitur subater, a, um ·i· aliquantulum ater; et plur. quinquatres, trum, ·i· quinque atri dies, in quibus multa mala Romanis evenerunt; unde Horatius in epistolarum libro: ac potius festis puer ut quinquatribus.

Aula, ae ·i· domus regia; inde haec aulula, ae, dimin., et aulicus, a, um, et aulanus, a, um ·i· pa-

latinus, sicut a monte montanus, et a praedio praedianus, et hoc aulaeum, ei ·i· cortina; unde Claudius Claudianus: pars aulaea tenent altis praetexere ramis: et hic, et haec aularis, et hoc aulare. Sciendum autem quod aula dicitur aliquando pro scrinio, in quo res reponuntur; unde Plautus in Aularia eamdem comoediam, in qua hoc scripsit, Aulariam vocavit, eo quod in ea de aula ·i· de quadam capsella auro plena faciat mentionem. Aulae quoque plurali numero dicuntur fistulae organorum, per quas elicitur melodia; et inde aulidus, a, um ·i· dulcis ad instar soni organici; unde Marcianus Capella: aulidaeque dulcedinis cantus intonuit. Et componitur haec hydraula, ae ·i· sonus organi; vel ut alii volunt, quoddam genus organorum; unde Marcianus: nec hydraularum organica deerat plenitudo; et inde hydraulicus, a, um.

Arbor, ris; inde haec arborcula, ae, et arboreus, a, um, et arborinus, a, um, et hoc arbustum, ti ·i· locus ubi arbores crescunt maiores; et inde arbuteus, a, um, et haec arbutus, us, quod de minori virgulto dicitur; et inde arbutetum, ti ·i· locus ubi arbutus crescit, et arbuteus, a, um ·i· de arbutu existens; unde Statius in libro Thebaidos: arbutei sub cortice libri clausa tepent.

Archos graece, princeps latine; inde haec archia, ae ·i· principatus; et per compositionem hic archimandrita, ae ·i· princeps ovium; nam mandros dicitur ovis. Et hic cosmarcha, ae ·i· princeps mundi, sicut Romanorum fuit dux; nam cosmos vocatur mundus, et inde cosmarchia, ae ·i· eius principatus. Et hic archetypus, pi ·i· princeps figurarum; unde Iuvenalis: et iubet archetypos pluteum servare Cleanthes. Item

Digitized by Google

ab archos hic pentacontarchus, chi ·i· princeps, et magister super L. homines; unde in libro Machabaeorum primo: constituit Iudas duces populi, centuriones, et pentacontarchos; et hic monarcha, ae, princeps unius civitatis; nam monos scimus esse unus, et inde haec monarchia, ae, et tetrarchare ·i· principari; unde Horatius in libro epistolarum: tetrarchare volens accedes siccus ad unctum. Item ab archos, hic genearcha, ae ·i· princeps, et caput totius generis, et hic ministrarches, is ·i· princeps ministerii; unde Prudentius in libro hymnorum: ipse ex omnibus ministrarches incedit; et hic hierarcha, chae ·i· princeps sacer, sicut episcopus, et hierarchia, ae ·i· ipsa potestas. Et hic toparcha, ae ·i· princeps super totum; unde Iosephus in octavo: quae dono Arabiae toparchae, regesque mittebant; et inde toparchia, ae ·i· eius potestas. Et componitur archos comarchus, chi ·i· princeps super comites, et demarchus, chi, ·i· princeps super decem; unde Plautus in Gurgulione: nec comarchus, nec demarchus, nec cum tanta gloria; et multis modis qui alibi dicentur.

Armus, mi ·i· scapula; inde secundum Rabanum hic armelaus ·i· vestis humeros tantum tegens, sicut scapulare monachorum, et hoc armillum li ·i· vas vinarium aptum ad portandum in humeris, et haec armilla ·i· torques, dextrocherium. Item ab hoc nomine, quod est armus, armo, as verb. activ., et inde armatus, a, um, et haec armatio, is; et haec armatura, ae, et hoc armamentum, ti: et hoc armentum, ti, quod de maioribus dicitur animalibus; unde hic armentarius, rii, qui custodit armenta, et hoc armentarium, rii, quod pro toto pecorum grege dicitur; un-

de hoc armentariolum, li, dimin. et hoc armarium, rii ·i· locus ubi ponuntur arma, quod modo pro librorum accipimus repositorio, quia libri catholici arma sunt christianorum; unde hoc armariolum, li, et hoc armamentarium, rii, vel armorum vel generaliter cuiuslibet rei repositorium. Armo componitur coarmo, as, et exarmo, as, et ab istis verbalia. Arma componitur armipotens, is, et armiger, a, um, et hic et haec exermis, et hoc exerme ·i· extra arma, et hic et haec inermis, et hoc inerme, quod et inermus, a, um reperitur; unde Virgilius: tunc studio effusae matres, et vulgus inermum. Componitur quoque arma, hic armilustris ·i· locus metuendus, qui ab armatis saepius illustratur, vel ludus cum armatis factus.

Anclo, as, avi, are, atum, tu ·i· haurire verbum activum; unde Livius: florem anclabant Liberi ex carchesiis; et inde verbalia anclator, anclatus, anclatio, anclabilis, et anclabiliter adv., et haec anclia, ae ·i· rota hauritoria, vel sentina, quod in libro Adelmi, quem de virginitate scripsit invenies, et haec anclabris, is ·i· mensa in divinis officiis aptata, cuius vasa etiam anclabria nuncupamus. Anclo componitur exanclo, as, similiter pro haurire; unde exanclator, exanclatus; unde Marcianus Capella: ab ipsius cecaumenis exanclata fomitibus; et haec exanclatio, is, et hic haec exanclabilis, et hoc le, et exanclabiliter adv.

Augeo, es, auxi, auctum, tu, verbum activum ·i· amplificare; inde auctor, ris, quod est communis generis; quando auctorem significat; quando vero actionem, masculini; et inde haec auctoritas, tis, et auctorizo, as; unde auctorizatus, a, um, et haec auctorizatio, is, et hic et haec auctorizabilis, et hoc le;

unde auctorizabiliter adv. et auctoro, as; unde auctoratus, a, um, et haec auctoratio, is. Et componitur exauctoro, as ·i· extra auctoritatem facere; vel ut quibusdam placet delere; et in de exauctorator, et exauctoratus; unde Quintilianus de causis: exauctoratas manus armis, agresti labore subegit. In hoc autem loco exauctoratus ponitur pro extra auctoritatem positus; in alio vero pro deletus; unde Macrobius de Saturnalibus: exauctorata tamen a sequenti aetate. Item ab augeo auctus, a, um, et augesco, cis verb. inchoat. et hoc augmentum, ti; unde aumentor, aris, verbum deponens, et inde aumentator, aumentatus, a, um, et authenticus, a, um, ·i· nobilis. Item ab augeo, augustus, a, um ·i· nobilis, et hoc autarium, rii ·i· cibus qui mensae vacuatae superadditur, et haec auxilla, ae ·i· olla; unde haec auxillula, ae dimin. et auctim adv. ·i· crescenter: et autionare ·i· res strenue agere; unde autionator dicitur pro imperatore, et hic autionarius, rii, mercator qui res auget. Ab ultimo supino huius verbi augeo, u mutata in o, fit aucto, as, frequentativum ·i· frequenter augere, a quo auctito, as. Augeo componitur adaugeo, es; unde Plautus in Aularia. Utinam me dii adauxerint ad suspendium! et adauctatus, a, um, et haec adauctio, is, et hoc adauma, atis ·i· augmentum, quod in passione Christophori martyris invenies, et augesco, cis verb. inch. incipio augeri.

Am praepositio significat circum, et iungitur cum multis partibus, ut hic, ambio, is ·i· circuire; unde ambitus, a, um ·i· circumdatus: et amburo, is; unde ambustus, a, um ·i· circumustus; et hoc amphitheatrum, ri ·i· locus gladiatorum circumtritus; et hic * * Ita cod.

amphitrites, is, mare a circumterendo littore dictum; unde Ovidius Metamorphoseos in primo: nec brachia longo margine terrarum porrexerat amphitrites. Item ab am hic amphiballus, li •i• vestis circumvillosa qua utuntur Hibernienses; et haec amphitapa, pae •i• tapetum circumvillosum, et ambusilla, lae •i• venter, et amterminus, a, um •i• ille qui habitat iuxta terminos; et pluraliter amsegetes, tum •i• segetes iuxta viam, et haec ambubaia, iae •i• mulier circa balnea frequens; unde Horatius in Sermonibus: ambubaiarum collegia: hinc et perplures aliae *voces* possunt derivari; sed alibi melius enodabuntur.

Ago, is, egi, ctum, ctu, verbum activum; unde actor, ris, et actus, a, um, et actio, is; unde haec actiuncula, ae, et hic actus, us, et actito, as, verb. freq.; unde verbalia, et activus, va, um, et hic et haec actualis, et hoc le; unde actualiter adv. et actutum similiter adv. •i• cito, quod in Terentio reperies. Item ab ago hic agolus, li •i• baculus pastoralis ab agitando pecore dictus, et hic et haec agilis, et hoc le, quod comparatur agilior, agilissimus; unde agile, agilius, agilissime adv. et haec agilitas, is: et agito, as verb. freq. unde agitator, agitatus, agitatio, agitabilis. Et componitur exagito, as, et coagito, as, et subagito, as, quod et subigito dicitur •i• subducere; unde Terentius in tertia comoedia: haec quidem contumelia est amicum ad te recipere, et eius amicam subigitare; et ab istis verbalia. Item ab ago, hic agoranomus, mi •i• princeps quasi per acteronem * nominatus et divulgatus; unde Plautus in Gurgulione: nec tyrannus quisquam, nec agoranomus; et hic agon, nis •i• certamen; et inde haec agonia, ae •i• pugna,

* In repetitionibus *acceronem.*

Digitized by Google

vel certamen. Hic antagonista, ae ·i· recertator, qui ante commisit certamen, et hic agonizeta, ae ·i· victor; unde Iosephus in sexto decimo: pro qua munificentia perpetuus agonizeta nominatus est; et inde agonizo, as ·i· certare, verb. neut.; unde agonizator, agonizatus, et agonizatio, et agonisticus, a, um dicitur ab agone ·i· victoriosus, et bellicosus; unde Augustinus in commentario super psalterium: et certe, inquit, reddetis rationes quare monachos agonisticos appelletis. Item ab ago haec agina, ae ·i· foramen, in quo trutina se vertit; et hic agenator, oris ·i· actor, qui rem suam agiliter agit; et haec agiographa ·i· sacra scripturae. Et secundum Rabanum hoc agmen, nis dicitur ab ago; et haec aegis, dis ·i· scutum, eo quod agitatur ante hominem *; unde Ovidius Metamorph. in sexto: defenditur aegide pectus. Item ab ago haec agea, eae ·i· locus in navi per quem ad remos acceditur; unde Ennius: multa foro ponens, ageaque longa repletur. Et hic agagula, ae ·i· lenocinator; et pluraliter agenei, ageneorum ·i· victimae quae pro rebus agendis offerebantur; et Agenoria, ae ·i· Dea agendi, cuius festa agonalia vocantur; unde Macrobius de Saturnalibus: scias agonaliorum repertorem esse Numam Pompilium. Ago componitur abigo, is ·i· fugare; unde abactus, a, um ·i· fugatus, et dispersus, et haec abactio, is, et hic abigeus, ei ·i· fur iumentorum, eo quod iumenta abigat aliorsum. Componitur quoque ago, ambigo, is, ·i· dubitare; unde ambactus, a, um ·i· circumactus, sicut solet esse quisquis dubitat, et haec ambactio, is, et pluraliter ambages, gum, dubiae scilicet locutiones; unde ambiguus, a, um, et haec ambiguitas, tis, et ambigiosus, a, um ·i· dubitabilis; un-

* *inepte.*

de ambigiose adv. et ambago, nis, idem scilicet quod ambages. Item ago componitur cogo, is; unde coactio, is, et coactim adv. •i• urgenter; et hoc coagulum, li; unde coagulo, as, verb. activ.; unde verbalia. Et cogito, as verb. neut. dicitur a cogo; unde cogitatus, a, um, et haec cogitatio, is; et inde haec cogitatiuncula, ae dimin. et hic cogitatus, us, et hoc cogitamen, nis. Et componitur recogito, as, et excogito, as, et praecogito, as; et ab istis verbalia. Item ago componitur prodigo, is •i• vastare, dilapidare; unde Plautus in Aularia: festo die si quid prodegeris, profecto egere liceat, nisi peperceris; et inde prodigus, a, um •i• diffusus, ultra modum largus. Et hoc prodigium, gii •i• monstrum turpe, et ad vastandum paratum; unde hoc prodigiolum, li, et prodigiosus, a, um; unde prodigiose adv., et hic et haec prodigialis, et hoc le; unde prodigialiter adv. Item ago componitur exigo, is; unde hic exactor, ris, et exactus, a, um, et haec exactio, nis. Redigo, is; unde redactus, a, um, et haec redactio, nis. Adigo, is; unde adactus, a, um, et haec adactio, is. Subigo, is; unde subactus, a, um. Perago, is; unde peractus, a, um, et haec peractio, is. Transigo, is; unde transactus, a, um, et haec transactio, is. Inigo, is •i• pecus a pastu agere. Componitur etiam perago, is, quasi pedem ago; sed de isto verbo latius in sequentibus loquar. Sciendum autem quod omnia composita ab ago faciunt in egi praeteritum; supina vero in actum.

Alea, ae; inde haec aleola, ae dimin. et hoc aleatorium, rii •i• locus ubi aleae reponuntur et ubi luditur, et hic aleo, nis •i• ille qui assidue cum aleis ludit; unde Naevius: pessimorum pessime, audax, ga-

neo, lustro, aleo; et hic aleator, ris ·i· ille qui perfectus est in ludo alearum.

Ardeo, es, arsi, verb. activ. et caret supino. Item hic et haec et hoc ardens, is, quod comparatur ardentior, ardentissimus; unde ardenter, ardentius, ardentissime adv. et hic ardor, ris, et hic ardelio, nis, ·i· lecator. Et ardesco, is, quod componitur redardesco, is; unde Ovidius in libro de Remediis: flamma redardescit, quae modo nulla fuit. Item ab ardeo arseverse verbum defectivum, ·i· averte ignem; unde Afranius: inscribat quis in ostio arseverse. Et haec arseda, dae ·i· stella quadriiugis. Et hoc arsineum, ei ·i· vestimentum muliebre ardentis coloris. Et arduus, a, um, eo quod ardua semper ardent a sole; et inde haec ardea, eae ·i· quaedam avis ardua petens, quae gallice dicitur hairum; unde Ovidius Metamorph. in nono: ipsa suis deplangitur ardea pennis. Item ab ardeo per compositionem cardiacus, a, um ·i· cordis pulsum patiens, et dicitur cardiacus quasi cor ardens; unde Iuvenalis: cardiaco cyathum nunquam missurus amico. Ardeo componitur exardeo, es, et inardeo, es. Sic etiam ardesco componitur inardesco, is, et exardesco, is.

Ager. gri; inde hic agercillus, li, et hic agellus, li, diminutiva: et hic agellarius, rii ·i· rusticus, et hic et haec agrestis, et hoc te, et agrarius, a, um; unde haec agraria, ae ·i· lex de agro, vel precium quod pro agro accipitur; unde Anianus in expositione super Matthaeum: et agrum locat ut agrariam suscipiat. Item ab hoc nomine, quod est ager, agro, as, quod non est in usu, sed cómponitur peragro, as; unde peragrator, peragratus, peragratio, et peregre adv.

·i· ad peregrinandum, sicut in evangelio legitur, quod homo quidam peregre profectus est; et inde peregrinus, a, um, quasi pergens longius; et peregrinor, aris, verb. depon. ·i· exulare; et inde peregrinator, peregrinans, peregrinatio. Item ab hoc nomine, quod est ager, hic agger, eri *; unde hic aggerulus, li. Et aggero, as, verb. activ. et componitur coaggero, as, et exaggero, as, et ab istis verbalia. Ager componitur hic agricola, ae; unde agricultura, rae, et agricolarius, rii, et agricultor, ris. Sciendum autem quod pluribus modis dicuntur agri; est ager alluvius qui est iuxta aquam; est ager compascuus, qui communis est ad pascendum; est ager arcifinius, cuius termini arcentur obiectu fluminum et lapidum; est ager novalis, qui continuis annis novatur; est ager uliginosus, qui crassus est et humidus.

* Ita cod.

Apostolus, li ·i· missus; inde hic apostolatus, us, et apostolicus, a, um, et hic et haec apostolaris, et hoc re. Et per antiphrasin hic apostata, ae ·i· renuntiatus, vel perversus; unde apostatare, apostaticus, a, um ·i· perversus, et apostatare ·i· pervertere; unde in libro Sapientiae: vinum apostatare facit etiam sapientes; et inde verbalia. Apostolus componitur coapostolus.

Alius, a, aliud; inde alienus, a, um; unde alieno, as, verb. activ. et inde alienatus, a, um, et haec alienatio, is. Et componitur abalieno, as; unde et abalienatus, et abalienatio, is. Item ab hoc nomine, quod est alius, alibi, alicubi, aliorsum, aliquorsum, alio, aliquo, alioquin, alias, aliter, aliunde, alicunde adv. ·i· de aliqua parte; unde Terentius in Phormione: alicunde nihil est dictu facilius. Alius componitur aliquis, aliquantus, aliquot, de quibus in sequentibus latius disputabo.

Alter, a, um; inde alteratus, a, um, et haec alteritas, tis, et alternus, a, um; unde alterno, as, verb. activ. ·i· inmutuare; et inde alternator, alternatus, alternatio, et alternatim ·i· mutuatim adv., et altrinsecus adv. ·i· e contra; unde Prudentius in libro hymnorum: respondit ille altrinsecus. Item ab hoc nomine, quod est alter, alterco, as, verb. activ. ·i· contrastare, litigare; et inde altercator, altercatus, altercatio. Et componitur coalterco, as; unde verbalia. Aliter componitur hic et haec artiplex, cis ·i· animo duplex, et sequater a, um, et alteruter, a, um; et inde alterutrum adverbium ·i· mutuo; unde Iacobus: confitemini alterutrum peccata vestra. Invenitur etiam alterutrim in eodem sensu.

Ambulo, as, verbum neutrum et inde verbalia; et hoc ambulacrum, cri ·i· locus ad ambulandum spatiosus, quod etiam pro porticu dictum reperitur; et hoc ambulatorium, rii pro loco apto ad ambulandum; et hic imbulus, li ·i· porticus lata et spatiosa, et dicitur imbulus ·i· inambulus ·i· locus ad ambulandum spatiosus. Ambulo componitur deambulo, as; unde deambulatus, deambulatio, et hoc deambulatorium, rii. Praeambulo, as; unde praeambulatus, et praeambulatio, et praeambulus, a, um ·i· ante ambulans; unde Marcianus Capella: Philologia ambita, et Marte praeambula corrogatur. Componitur quoque ambulo, perambulo, as, et coambulo, as, et obambulo, as ·i· circumambulare; melius autem dicitur pro spatiari; unde Ovidius metamorph. in secundo: in teneris formosus obambulat herbis. Componitur redeambulo, as ·i· redire, remeare; unde Plautus in Captivis: bene ambula, et redeambula; et ab istis omnibus verbalia.

Digitized by Google

Ante praepcsitio; inde hic et haec anterior, et hoc anterius, et antiquus, a, um, quod comparatur antiquior, antiquissimus; unde antique, antiquius, antiquissime, et antiquitus adv. Et haec antitheta, ae ·i· opposita locutio; unde Persius: crimina rasis librat in antithetis. Item ab ante haec antela, ae ·i· cingulum illud quod est ante pectus equi, sicut postella dicitur illud quod posterius tenditur sub cauda; et hoc antarium, rii ·i· proelium ante urbem factum, quod et aliter anteurbanum dicitur; et haec anteritas, tis ·i· antiquitas; et plur. antipagmata, orum ·i· valvarum ornamenta. Item ab ante hic antistes, tis ·i· sacerdos, quasi antistans pro populo; et hoc antisticium ·i· sacerdotium vel dominium; et haec antistita, ae ·i· sacerdotissa; unde Cicero: nobiles, inquit, mulieres, atque illius fani antistitae, rem ad magisterium deferunt. Item ab ante plur. antres, extremi scilicet ordines vinearum: et notandum quod ante dicitur pro contra; unde etiam multis partibus iungitur; ut hic Antichristus ·i· contra Christum. Antipodes, ·i· populus subterraneus ·i· contra nos habens pedes; et haec antiphona, ae ·i· contra psalmum sonans; nam phonos dicitur sonus; unde et paraphonista dicimus pro cantore, quasi parans phonos ·i· sonos.

Alvus, us; inde alveolus, li; et plur. alvearia, orum, scilicet vasa, in quibus apes delitescunt, quae gallice dicuntur ruscae. Et notandum quod alvus, et venter, et uterus non eundem habent sensum, licet pro eodem accipiantur: alvus namque dicitur receptaculum illud, in quo sordes sunt; unde Salustius: simulans sibi alvum purgari; venter vero est pars eius interior, sicut propheta ait: ventrem meum doleo; uterus autem proprie ad sexum refertur femineum.

Altus, a, um; comparatur altior, altissimus; unde alte, altius, altissime adv., et haec altitudo, nis, et hoc altare, is; unde hoc altariolum, li dimin. et hoc altar, ris ·i· altare; unde Prudentius in libro hymnorum: ossibus altar est impositum. Item ab hoc nomine, quod est altus, alto, as, quod non est in usu; sed componitur exalto, as; unde exaltatus, a, um, et haec exaltatio, is. Inalto, as; unde inaltatus, a, um, et haec inaltatio, nis. Altus componitur altisonus, a, um, et altigradus, a, um, et altiloquus, a, um, et hic altitonans, tis.

Agnus, ni; inde agninus, a, um, et hic agnellus, li, diminutivum, et inde haec agnella, ae. Sciendum autem quod agni, et oves sortiuntur diversa vocabula. Dicitur namque haec arna, ae ·i· agna; unde arninus, a, um ·i· agninus: et haec adasia, ae, ·i· ovis, vetula; et haec apica, cae ·i· ovis, quae habet glabrum ventrem; et hic avilla, ae ·i· agnus recentis partus.

Assis, is, obolus. Et componitur tressis, is, quod pro tribus accipitur obolis; unde Persius: num * tressis agaso Vapalipus *. Componitur quoque semissis ·i· dimidius obolus, et quadressis ·i· quatuor oboli, vel pretium quattuor obolorum: quinquessis ·i· quinque asses; unde Apuleius: semissem quinarius, denarius quinquessem valebat. Componitur etiam assis sexessis ·i· sex asses; septussis. ·i· septem asses; octussis ·i· octo asses; unde Horatius in sermonibus: quanti emptae? parvo. Quanti ergo? octussibus. Centussis ·i· centum asses; unde Persius: et centum Graecos curto centusse licetur. Notandum autem, quod ista tria, quae ex-

* Ita cod.

* Ita cod

tremius protuli, in ussis; cetera vero composita ab asse, in essis diffiniuntur.

Auxilior, aris, tus sum, verbum deponens; inde hic auxiliator, ris; unde auxiliatorius, a, um, et hic et haec auxiliabilis, et hoc le; unde auxiliabiliter adv., et auxiliarius, a, um, et hoc auxiliamen, nis, et hoc auxilium, lii. Auxilior componitur coauxilior, aris.

Amnis, is ·i· aqua; inde amniculus, li diminutivum, et amnicus, a, um, et hic amnenses, is ·i· quaelibet villa prope amnem sita. Et per compositionem haec interenna, ae ·i· chorda, quae frequenter est inter amnes, sicut in piscaturis, et in navibus, et haec antenna, ae ·i· chorda capitalis in navibus quae sursum dirigit velum, et dicitur antenna eo quod ante se habeat aquas; unde Ovidius Tristium: non tulit antennas aura secunda meas. Amnis componitur hic amnicola, ae.

Amarus, a, um; comparatur amarior, amarissimus; unde amare, amarius, amarissime adv. et haec amaritudo, is, et amarulentus, a, um; et amarico, as, verbum activum, et inde amaricatus, amaricatio, amaricabilis, amaricabiliter adv. et amariculosus, a, um ·i· amarus; unde amaricose adv.; amaracium, unguentum; amaracina optima unguenta; amarina genus virgulti; et amaresco, is, verbum inchoativum; et hic amaracus, quod pro quadam herba; unde Virg. ubi mollis amaracus illum. Et haec amurca, cae ·i· faex olei proprie; sed aliquando pro alterius liquoris accipitur faece; ut idem Virg. et nitro prius et nigra perfundere amurca. Amarus componitur quamamarus, et peramarus, ambo pro valde amarus.

Adra graece petra dicitur ; inde haec Adria , ae ·i· mare quoddam , eo quod fit magis petrosum quam alia maria ; unde Ovidius Tristium : scribentem mediis Adria vidit aquis ; et inde adriacus , a , um ·i· petrosus. Et haec Adrastia , ae ·i· sors , quia semper alicui dura videtur ; unde Marcianus Capella : quaedam femina quae Adrastia dicebatur.

Aptus , a , um ; comparatur aptior , aptissimus ; unde apte , aptius , aptissime adv. et haec aptitudo , is , et apto , as , v. a. quod componitur coapto , as , et praeapto , as , et ab istis verbalia. Aptus componitur ineptus , a , um , quod comparatur ineptior , ineptissimus ; inde inepte , ineptissime adv. et haec ineptia , ae ; unde haec ineptiola , ae diminutivum ; unde et inepto , as verbum activum ·i· infatuare.

Apes , is ; inde hoc apiarium rii ·i· locus ubi apes mellificant ; et haec apecula , ae diminutivum , quod etiam haec apicula , ae invenitur ; Plautus : haec nam apicularum opera comesta non feramur ; et hic apiaster , tri ·i· apium magister , et diminutivum ab ape ; sicut catulaster a catulo , parasitaster a parasito , calvaster a calvo.

Adulor , aris , atus sum verbum deponens ; inde hic adulator , oris ; unde hic adulatorculus , li ·i· parvus adulator , et adulatorius , a , um , et haec adulatio , is , et hic adulter , ri ; unde haec adultera , rae ; unde adulterinus , a , um , et haec adulteratio , nis.

Afros graece dicitur spuma ; inde Aphrodita , ae ·i· Venus ; unde Marcianus Capella : omnes vero illecebras circa sensus cunctos apposuit Aphrodita ; et inde hic aprilis , is ·i· mensis Veneri dicatus quasi aphrodilis ; unde dicitur apricus , a , um ·i· delectabilis , et

iocosus ; unde Persius : nostra ut floraria possint aprici meminisse senes.

Asper , a , um ; comparatur asperior , asperrimus ; unde aspere , asperius , asperrime adv. et haec asperitas tis , et hic aspergus , gi ·i· quoddam genus magni piscis quasi aspere agens se , quod in Macrobio de Saturnalibus reperies ; et hic aspargus , gi ·i· quoddam genus minuti piscis ; unde Iuvenalis : et quibus undique septa aspargis. Item ab hoc nomine , quod est asper , haec aspis , dis ; unde haec aspidula , lae , et aspero , as, quod non est non usu , sed componitur exaspero , as , et inaspero , as ; unde verbalia ; et exasperasco , is , et inasperasco , is verba inchoativa.

Aper , ri ; inde hic aperculus , li , dim. , et hic apercularius , rii ·i· effractor domus , et aprinus , a , um , et aprugnus , a , um ·i· apricus , a , um ; unde Macrobius in Saturnalibus : in summa caena fuerunt sinciput , aprugnum , et patina piscium. Aper componitur volutabrum ·i· volutio aprorum. Et sciendum quod aper secundum quosdam dicitur ab aperiendo.

Ancilla , ae ; inde haec ancillula , lae , et hic , et haec ancillaris , et hoc re , et anculo , as ·i· administrare verbum activum ; unde anculator , anculatus , anculatio , et ancus , a , um ·i· curvus , quod proprie dicitur de eis qui habent adunca brachia. Anculo componitur coanculo , as , et inde verbalia.

Apex , cis ·i· summitas , et aliquando dicitur pro littera ; unde Dominus in evangelio : unus apex non praeteribit a lege , donec omnia fiant ; et inde hic apiculus , li , quod et pro littera , et pro ligamine quo phylacteria dependent , et pro filo accipitur ; et inde tunc apicio , is ·i· ligare verbum activum ; unde apicitus , a , um ·i· ligatus.

Digitized by Google

Arvum, vi; unde hoc arviolum, li, et hic, et haec arvalis, et hoc le, et haec arvina, ae ·i· pinguedo; unde haec arvinula, ae, diminutivum, et arvinosus, a, um ·i· crassus. Arvum componitur ambarvalis ·i· hostia quaedam cum qua arva ambiebant, et amburbialis ·i· hostia cum qua urbem ambiebant.

Amplus, a, um; comparatur amplior, amplissimus; unde ample, amplius, amplissime adv. et haec amplitudo, nis, et amplo, as, et ab istis verbalia; et hoc exemplar, ris. Componitur etiam amplifico, as; unde verbalia.

Argilla, ae; inde argillosus, a, um, et argesto, as ·i· percutere, verbum activum, et inde verbalia. Et secundum quosdam hoc argentum, ti; unde hic argentarius, rii ·i· ille qui cudit argentum; et argenteus, a, um, unde argenteolus, a, um diminutivum; et hic argyrites, is ·i· quidam lapis argenteum habens colorem; et argento, as, quod non est in usu; sed componitur deargento, as; unde deargentatus, et deargentatio.

Adipiscor, ceris, adeptus sum: verbum deponens ·i· adquirere; et inde adeptus, a, um, et hic adeps, pis ·i· pinguedo; unde hic adipiculus, li diminutivum, et adipinus, a, um. Item adipiscor, adepticius, a, um. Et sciendum quod dicimus quoque indipiscor ·i· adquirere; et inde indeptus, a, um ·i· adquisitus, indepticius, a, um.

Arbitror, aris, verbum deponens; inde arbitratus, arbitratio, et hoc arbitrium, rii, et hic arbiter, tri; unde haec arbitra, rae; unde Macrobius de Saturnalibus: Iuno, inquit, aëris est arbitra.

Aër, ris; unde aërius, a, um, et aërinus. Et se-

cundum Rabanum, haec aranea esse dicitur ab aëre, eo quod ex aëre nutriatur, et haec aura, rae, eo quod levis sit motus, et haec Iris, is, eo quod ab aëre descendat ad terram.

Ace graece, cura dicitur; inde accidiosus, a, um ·i· tristis; et inde accidiose adv. et haec accidia, ae ·i· tristitia; unde accidiola, ae diminutivum et accidior, aris ·i· tristari; unde verbalia.

Alapa, ae ·i· colaphus; unde hic alopus, pi ·i· ille qui alapas patiendo victum acquirit, et alapo, as, et alapalizo, as, ambo pro alapas dare, et ab istis verbalia.

Ambo componitur ambidens, is ·i· ovis habens dentem in superiori, et alium in inferiori parte; et hoc ambigarium, rii ·i· ex ambabus partibus; et haec ambegna, nae ·i· ovis quae cum duobus agnis immolatur.

Ador indeclinabile ·i· frumentum; inde adorinus, a, um, et haec adoria, ae ·i· gloria, quia gloriosum eum putabant, qui multum ador habebat.

Astutus, a, um; comparatur astutior, astutissimus; unde astute, adv. et astutius, astutissime adv. et haec astutia, ae, et hic astus, us, et astutum indeclinabile.

Angelus, li, ·i· missus; inde angelicus, a, um, et angelice adv. et componitur archangelus; unde archangelicus.

Ambrosia, ae ·i· herba quaedam praedulcis saporis; et ideo quoque pro nectare dicitur; unde ambrosius, a, um ·i· dulcis; et hic ambro, onis ·i· lecator; unde quidam: cum labris inquit lurconibus, et buccis ambronibus; lurcones quoque dicuntur avidi voratores.

Auster, tri; inde et haec australis, is, et austrare ·i· humectare; et austerus, a, um, quod comparatur austerior, austerissimus; unde austere, austerius austerissime adv., et haec austeritas, tis.

Anglia, æ nomen patriae; inde anglus, a, um, et anglicus, a, um, et anglice adv., et anglisso, as ·i· anglice loqui, sic enim formantur verba de nominibus patriarum; unde Plautus: non atticissat, inquit, sed sicilissat.

Abhominor, aris, verbum deponens; inde abhominatus, a, um, et haec abhominatio, nis, et abhominium nii ·i· execratio, et hoc abhominarium, rii ·i· liber ubi abhominationes scribuntur.

PROLOGUS.

Ubi argutis derivandi ratiociniis talia tandem Grammatica depromisisset (1), pauculoque ad respirandum intercurrente silentio, propter assidentes sic est iterato affata poëtas : Has, o consodales, qui praecipuo amoris glutino anectimini, super primo elemento particulas examussim defloravi, perlevia gravibus secundum derivandi modum, per articulos et declinationes intermiscens, ne quid ad imperfectos informandos abesse videretur. Verum quoniam saepenumero partes per scripturarum campos, graves et obscurae minusque derivativae reperiuntur, iuvat easdem quascumque per primam inchoantem litteram seriatim seorsum reponere, et enucleatim exponere, quatinus si deambulaturo earumdem intellectu quispiam haesitaverit, ibi prompte compendiosam inveniant solutionem. Obscuriores quoque de illis, quas paulo ante enodavi, si vestri consulti censura consentiat, libet partes breviter sine derivatione replicare, et inde unum corpus cum praelibatis annumerare; ut qui illarum enodatione indiguerint, celerrime quod quaerunt inveniant. Placet ne decretum? Placet, inquiunt, o domina, quia quicquid iniungis, ad imperfectorum maxime proficit rudimentum.

(1) *Deprompsisset.*

REPETITIONES (*)

A

Amatorculus, parvus amator.
Amatricula, parva amatrix, dilecticula.
Amatim, amanter, amabiliter, diligenter.
Amorosus, amore plenus, dilectuosus.
Amasius qui inmoderate amat, vel amatur.
Amasiolus, parvus amasius, amasiunculus.
Amasco, amare incipio.
Amaturio, amare desidero.
Amasio, amasius.
Amoenium, locus amoenitatem continens.
Arctus, quando mobile est, dicitur strictus.
Arctim, strictim, restrictim, pressim.
Arcesco, arceo.
Artare, pressare, constringere.
Artavum, cultellum.
Archivum, librarium.
Arcarius, qui facit arcas.
Arcubus, qui cubat in arce.
Arquites, sagittarius, qui et ferentarius dicitur.
Arcuare, curvare, quod etiam lunare dicitur. Ovidius: lunavitque genu sinuosum fortiter arcum.
Arcuatus, curvatus, cameratus, lunatus, uncatus.
Arcuatim, curvatim, cameratim.
Artuosus, membratus, membrosus
Artuare, dividere, exossare, particulari, diminuere.
Artuatim, membratim, caesim, divisim, particulatim.
Artesis, artuum morbus.
Arteticus, articulorum morbus, vel ille qui habet infirmitatem in articulis.
Artitus, bonis artibus instructus.
Artite, ingeniose.
Artemo, velum parvum; dicitur quoque artemum.
Arteriae, venae per quas vox elicitur.
Artificina, domus ubi diversae artes exercentur.
Artox malitiosus, versipellis, fraudulentus.

(*) Has repetitiones exemplis quoque confirmat saepenumero in codice Auctor; ego tamen exempla illa omisi, quae iam in latiore tractatu extabant, novis tantummodo retentis.

Digitized by Google

Artocrea, quilibet cibus artificiose compositus.

Artocopus artifex panis.

Artopta vas artificiose operatum.

Altricula, parva nutrix.

Altus aliquando pro nutritus, aliquando pro sublimi.

Altellus, Romulus, eo quod a lupa sit altus.

Altile animal quod ad hoc alitur, ut pinguius efficiatur.

Altilis, eo quod facile nutriatur.

Alifanus, parvus scyphus, quasi alens infantes. Unde Horatius in sermonibus: invertunt alifanis vinaria.

Alimen, nutrimentum, fomes, fomentum.

Alimonia, alimentum, educamen, educamentum, alumnatum.

* *halare.*

Alimones, nutritores, educatores, fotores.

Alitudo, pinguedo, corpulentia, carnulentia.

Alietus avis, quae gallice vocatur smerillum.

Aloës, quoddam unguentum.

Aloa in India gignitur arbor odorifera.

Alopicia fluor capillorum; alopicium Graeci vulpeculam vocant.

Alabastrum, vas unguentarium, eo quod aptum sit ad unguenta alenda.

Alicaria, meretrix quae a scurris alebatur in curia.

Alumnus et pro nutrito et pro nutritore accipitur.

Alumnulus, parvus alumnus.

Alumnare, nutrire, fovere, alere, educare, nutricare.

Alumnatus, nutritus.

Alatus, alas habens, aliger.

Alaris, turma equitalis.

Ales, avis, volucris.

Aliptes, plagarum curator. Iuvenalis: grammaticus, rhetor, geometer, pictor, aliptes.

Alucinatio, lucis alienatio.

Alumen, quod ceteris coloribus praebet alimentum.

Alutarius, corvesarius, pelliparius, sutarius.

Aluta, pellis tanata, quae dicitur corveis.

Alare *, odorare, flagrare, renidere, fragare.

Alatus, us, odoratus, quod in Marciano reperies.

Alcedo, avis modica, quae luscinia dicitur et philomela.

Aquula, parva aqua.

Aquatilis, aquaticus, aquosus.

Aquariolus, socius meretricis, eo quod crebro ferat aquam ad eam mundandam.

Aqualis, vas aquarium grossum.

Aqualiculus, ventriculus.

Aqualium, pars summa capitis,

Digitized by Google

eo quod aquas prius suscipiat.
Adaquare, ad aquam ducere.
Aquelicium, guttarium, impluvium, imbrex, imbricium, aquagium.
Aquagium, aquaeductus, quia per illud aqua agitur.
Amicire, cooperire.
Amictus, coopertus, tectus, opertus, amictuatus.
Amictorium, coopertorium, et tegumentum.
Amictuare, cooperire, contegere, amicire.
Amictuatus, coopertus.
Amiculum, mitra virginalis.
Alipes, velox, celer, citus, currax, volucer, citatus, pernix, acupedius, praepes, acceleratus, ocissimus, maturus.
Acutela, acumen, acies.
Acus purgamentum frumenti.
Aceratus, sordidus, sicut est acus, 'i' purgamentum frumenti.
Acupedius, cursor, quasi acutis pedibus currens.
Ascia, dolabra, securis, asciculus.
Asciola, parva dolabra.
Asciare, dolare.
Asciculus, securis caementariorum.
Asciatim, dolatim, caesim carptim, divisim.
Annosus, vetus, vetulus, veternus, veternosus, avitus, senior, antiquus, antiquarius.
Annaria, lex de anno.
Anniculus, eiusdem anni.
Anicula, parva anus.
Aniculose, ridiculose, fabulose.
Aniculosus ridiculosus, fabulosus.
Annualis, annalis.
Annualiter, annuatim.
Anus secundae declinationis dicitur pro culo.
Anates, morbus qui solet ano evenire.
Annotinus, de anno praeterito.
Anulatus, anulos gestans.
Autumare, putare, opinari, arbitrari, aestimare, conicere.
Acutim, acute.
Acredo, acritudo, asperitas, asperitudo, acrimonia, acerbitas, acerbiositas.
Acredula, modica avis, quae et luscinia dicitur.
Acromata *, scenicorum carmina.
Acrimonia, asperitas, fortitudo.
Acrimoniosus, fortis, animosus, virtuosus.
Acrimoniose, animose, fortiter, virtuose.
Amicior, amantior, dilectior, diligentior.
Amicinum, pediculus utris.
Amictes, fustes aucupales, quae

* Sic erat in ms. etiam p. 15.

amiciuntur i. cooperiuntur pulvere.

* Ita cod. Annona, victus equorum *. Terentius: turbae litigant in foro, cum annona cara est.

Arcuma, vehiculum unius hominis.

Acervulus, parvus acervus.

Acervatim, cumulatim, glomeratim, accumulatim.

Acer, pro ligno dicitur.

Acernus, de illo ligno factus.

Acervosus, acervis plenus.

Acescere, in acetum convertere, asperare.

Acetulum, parvum acetum.

Acetabulum, vas ad acetum recipiendum paratum.

Acetarium, vas quod acetum recipit.

Acinus, botrus, uva.

Acinatium, vinatium, mustacium, faex uvarum.

Acerra, cumulus, vel arca turis. Ovidius Metamorph.: muneribusque datis, et acerra turis adorant.

Angere, constringere, angustare, angustiare, arcere, artare, anxiare.

Angenter, constringenter, anxie, anxiose, anxianter.

Angor, dolor, anxietas, angustia, anxiositas.

Ansa, auris vasis per quam facilius tollitur. Virgilius: et molli circum ansas amplexus acanto.

Ansatus, ansas habens.

Anger, cruciator, vel spatharius qui angit i. stringit spatham.

Angina, tumor faucium.

Angulatim, de angulo in angulum.

Angulosus, angulis plenus, flexuosus, sinuosus.

Anxiatim, anxie, angenter.

Angeronia, quaedam Dea ita dicta, quod videatur angores pellere.

Axungia, unctus porci.

Angiportus, stricta via.

Angaria, compulsio, servitus

Angariare, compellere.

Angariatus, compulsus.

Angarius, exactor, bedellus.

Anachoreta, qui stricte vivit.

Anachoresis, vita anachoretarum.

Animosus, audax, virtuosus, acrimoniosus.

Animicula, parva anima.

Anomalus, irregularis.

Arguere, convincere, argutare, constringere.

Argutus, in loquendo argutus.

Argutim, argute, efficaciter, diserte.

Argutia, disertitudo.

Argutare, verbis impugnare.

Argumentum, rei dubiae probamentum.

Alga, quicquid mare proicit. Prudentius in hymnis: divinitatis vis in algis vilibus.

Algere, frigere, frigescere.
Alsosus, frigorosus, algidus.
Algus quartae declinationis dicitur pro frigore, vel etiam valde.
Auditorium, locus ubi responsa audiuntur.
Auricularis, minimus digitus.
Auricus, res pertinens ad aures, ut pilos auricos dicimus qui sunt in aure.
Auritus, magnas habens aures.
Aureax, auriga.
Auria, frenum quod ponitur circa aures; sic quoque oria dicimus frenum.
Arrabo, nis, vadimonium.
Arula, parva ara.
Ariolari, divinare, incantare, aruspicari, auspicari.
Ariolus, divinator, incantator.
Aruspicari, divinare.
Aruspicium divinatio.
Aruspicina, domus vel locus quilibet ubi divinatur.
Aruspex, divinator, ararum inspector.
Aratorculus, parvus arator.
Aratellum, parvum aratrum.
Arietare, est ariete muros percutere.
Aurulentus, aureolus, aurosus, aureus.
Arugo, morbus regius, vel pestis ex corruptione aëris.
Aurificina, fabrica ubi tunditur *aurum*.
Aurichalcum, genus metalli ex diversis metallis conflatum.
Avere, cupere.
Avencare, avenas avellere.
Avitus, res pertinens ad avum.
Avia, matris meae mater.
Abavus, proavi pater. Horatius: Maecenas atavis edite regibus.
Avicularius, qui aves vendit.
Auceps, qui aves capit.
Aucupari, aves capere.
Aucupium, fortunium, bonus eventus.
Aucupalis res, ad aucupandum apta.
Avigerulus, qui aves gerit ad vendendum.
Auspex, qui aves inspicit in divinando.
Auspicari, divinare.
Auspicium, divinatio.
Auspicato, optime, fortunate.
Albicies, albedo.
Albor, albedo.
Albo indeclinabile, liber ubi sanctorum nomina inscribuntur.
Albugo, glaucitas oculorum.
Alburnus, albus.
Albidus, albus.
Albidulus, aliquantulum albus.
Albicare, albescere.
Albidare, album facere.
Albefia, genus scuti.
Albanae plurali numero, pristinae nuces.
Axioma, concatenatio loquen-

di, sicut sophismata. Marcianus: excolicum praestruxit axioma.

Astronomus, astra nominans.

Astronomia, ipsa ars astronomorum.

Astrosus, lunaticus, nocturnus.

Astraea, spes.

Aridulus, aliquantulum aridus.

Areola, parva area.

Arenarium, locus arenis plenus.

Astus, cautela, astutia, calliditas, ingeniositas, strenuitas, industria, sutela.

Arapagatus, ab arca effossus.

Aristella, parva arista.

Aristatus, aristis plenus.

Aristophorum, vas ad prandia deferenda, vel ubi reliquiae ciborum reponuntur.

Arundinetum, locus ubi arundines crescunt.

Atramem, nigredo, atramentum.

Atramentum, eo quod atrum faciat liquorem in quo ponitur.

Atramentarium, scriptorium.

Atramentariolum, parvum scriptorum pluteum, pluviatium.

Atriolum, parvum atrium.

Atriensis, ianitor, ostiarius, exclusarius, patigitrarius, ianuaris.

Atratus vel atramus, atris vestibus indutus.

Aula dicitur pro regia domo, et pro scrinio in quo res ponitur. Plautus: quadrilibrem aulam auro honustam ego habeo. Unde et comoedia, in qua hoc scripsit dicitur Aularia. Aulae quoque plurali numero sunt fistulae organorum.

Aulidus, dulcis, ut sonus organi.

Aulula, parva aula, quae regia dicitur.

Aulanus, aulicus, palatinus, curialis.

Aulaeum, cortina.

Arborcula, parva arbor.

Arbustum, ubi maiores arbores crescunt.

Arbuteus, quod de arbutu existit.

Archia, principatus, honor, fascis.

Archimandrita, princeps ovium.

Archetypus princeps figurarum.

Armelaus, vestis humeros tantum tegens.

Armillum, vas vinarium, hemina, oenophorum, flasco, lagena.

Armilla, torques, dextrocherium, brachillae *.

Armentum, de maioribus dicitur animalibus.

* *brachiale?*

Digitized by Google

Armentarius, armenti custos.
Anclare, haurire.
Anclatus, haustus.
Anclabilis, hauribilis.
Anclia, rota hauritoria.
Anclabris, mensa in divinis officiis aptata.
Aumentare, accrescere, adaugere, accumulare.
Aumentatim, augenter, accumulatim, auctim.
Authenticus, nobilis, celticus, praecluis, egregius, inclytus.
Augustus, illustris, insignis, praelustris, egrex, exgrex, heroicus, segregarius.
Autarium, cibus qui vacuatae mensae superadditur.
Autim i. augenter.
Adauma, aumentum, quod in passione Christophori martyris reperies.
Adaugere, augere. Plautus in Aularia: utinam me Dii adauxint ad suspendium!
Auxilla, olla, orca, seria, fidelia, urceus.
Aucionare, res strenue agere, mercari.
Aucionator, imperator, induperator.
Aucionarius, mercator, mango, institor.
Anabathrum, cortina, aulaeum.
Amburere, circum urere.
Ambustus, circumustus, ustulatus.
Amphitheatrum, locus gladiatorum.
Ambire, circuire, circumdare, illustrare, perlustrare.
Ambitus, circumdatus.
Amphiballus, vestis circumvillosa.
Amphitapa, tapetum circumvillosum.
Ambidexter, qui utraque manu utitur pro dextra.
Ambubaia, femina balnea circum frequens.
Ambusilla, venter aqualicus.
Amterminus, qui habitat iuxta terminos.
Amsegetes, segetes prope viam.
Amphitrites; mare eo quod circumstant littora.
Actutum, cito, perniciter, ocius, ilico, extemplo, protinus, velociter, curriculo, festinato, festinanter, celeriter, mox, protinam, mature, acceleranter, propere, citatim, citanter.
Agolus, baculus pastoralis, pedum, sambuca.
Actiuncula, parva actio.
Agoranomus, princeps per acclamationem * nominatus.
Actitare, frequenter agere.
Agina, foramen in quo trutina se vertit.
Agenator, actor qui rem suam agiliter agit.
Agea, locus in navi per quem ad remos habetur accessus.

* Cod. *acceronem.*

Agon, certamen, gymnia, incertatio, compugnantia.
Agonia, pugna, bellum, pugilatus, conflictus, dimicatio.
Agonista, pugil, brabeuta, agonotheta, agonizator, agonisticus, agonizeta, agonator, decertator per duellum.
Agonizeta, brabeuta, victor.
Antagonista, recertator qui ante commisit aliquod certamen.
Agonizare, certare.
Agonizeta, victor.
Agonizator, certator.
Agonisticus, victoriosus.
Agiographa, scriptura.
Agagula, lenocinator, pantomimus.
Agenoria, Dea agendi.
Agonalia, festa Agenoriae.
Agenei, victimae quae pro rebus agendis offerebantur.
Abigeus, fur iumentorum qui ipsa aliorsum fugat,
Abactus, intromissus. Statius Thebaidos: sedet intus abactis ferrea lux oculis.
Ambages, dubiae locutiones.
Ambiguosus dubitabilis.
Ambigiose, dubitanter.
Ambago, idem quod ambages.
Agaso, custos asinorum.
Agaricum, radix vitis albae.
Aleatorium, locus in quo aleis luditur.
Alearium, ubi aleae reponuntur.
Aleator, qui frequenter cum aleis ludit.
Aleo, qui sua saepius perdit ludendo in aleis.
Arseda, sella quadriiugis.
Arsineum, vestimentum muliebre.
Ardelio, lecator, gluto, helluo, mandones, epulones, ambrones, lurcones, ganeones.
Arseverse, verbum defectivum. .i. avertere ignem.
Ardea, quaedam avis, gallice hairum.
Agrarius, agrestis.
Agellus, parvus ager.
Agellarius, rusticus.
Agraria, lex de agro.
Agger, cumulus.
Aggeratum, cumulatum.
Aggerulus, parvus ager.
Agorsum, ab alia parte.
Agricolanus, agricultor.
Agricolanus, agricultor, agrarius, agricola, rusticus, ruricolanus, struarius, bubulcus.
Alluvius dicitur ager qui est iuxta aquam; compascuus, qui est communis ad pascendum; novalis, qui annuatim novatur; arcifinius, cuius termini arcentur obiectu fluminum; uligino-

Digitized by Google

sus, qui crassus est et humidus.

Apostolus, missus, delegatus, internuntius.

Apostata, renunciatus, apostaticus, perversus.

Apostatare, pervertere.

Apostasia, renuntiatio. In decretis Siricii papae adiectum est etiam christianos quosdam ad apostasiam transeuntes.

Alicubi, in aliquo loco.

Aliorsum, ad alium locum.

Aliquorsum, ad aliquem locum.

Alias, alia vice vel alibi.

Alteratus, aliter affectus.

Altercare, litigare.

Altrinsecus, extra.

Alterutrim, mutuo, mutuatim.

Alternatim, mutuo.

Alterutrum, mutuo.

Alteruter, quilibet alter.

Ambulacrum, locus vel porticus ad spatiandum factus.

Ambulatorium, idem quod ambulacrum. Imbulus, alter.

Atquin, certe, profecto, nempe, porro. Martianus: atquin ait virgines, quas Phronesis nuntiat.

Anterior, antiquior.

Anteritas, antiquitas.

Antiquitus, olim.

Antica, pars templi quae respicit ad ortum.

Antiae, sunt cinni dependentes prope aures.

Antela, pectorale quia tenditur ante equum: sic et postela dicitur corrigia quae tenditur posterius.

Antitheta, opposita locutio.

Antarium, proelium ante urbem factum.

Antipagmata, valvarum ornamenta.

Antistes, sacerdos, quasi antistans pro populo.

Antisticium, sacerdotium.

Antistita, sacerdotissa.

Antres, extremi ordines vinearum, quod in Virgilio reperies.

Anchraus, convallis.

Antidicos, adversarius.

Antiquarii, librarii.

Antichristus, contra Christum.

Antipodes, populus subterraneus, contrarios habens pedes.

Antiphona, contra psalmum sonans; nam phonos sonus dicitur.

Antiquare, in morem antiquum reducere.

Antiquarius, senex, senior.

Arcessere, vocare, kalare, nuncupare, ciere, adsciscere, accersire.

Accersire, vocare. Lucanus: totoque accersitur orbe, quo res quaeque perit.

Alveolus, parvus alveus.

Alvearia, vascula cavata in quibus apes recipiuntur.

Digitized by Google

Alvus, receptaculum in quo sordes sunt.
Altariolum, parvum altare.
Altar, altare.
Arva, agna, unde arvius .i. agninus.
Adasia, ovis vetula.
Apica, ovis quae habet glabrum ventrem, .i. absque pilis.
Avilla, agnus recentis partus.
Antenna, chorda capitalis in navi, quae dirigit velum.
Amnis, aqua, latex, hydor.
Amnicus, aquosus, laticosus,
Amniculus, parva aqua, aquula.
Amaricare, amarum facere, amarascere.
Amarulentus, amarus.
Amaracose, amare.
Amaracus, nomen herbae.
Amurca, faex olei vel cuiuslibet liquoris.
Adra, petra.
Adria, mare quoddam eo quod sit petrosum.
Adriacus, petrosus; unde et mare Adriaticum dicitur.
Adrastia, sors eo quod dura semper videatur.
Apiarium, locus ubi apes mellificant.
Apiaster, apum magister, vel apicula.
Apecula parva apes, vel apicula.
Adulari, blande seducere.
Apricus, iocundus, delectabilis, proprie autem locus sine frigore.
Aphrodita, Venus, quasi spumea, quae de aphros, .i. de spuma maris nata est.
Aspidula, parva aspis.
Almus, sanctus, sacer.
Almicies, sanctitas, sanctitudo, almitudo.
Apprime, valde, admodum, oppido, nimis, nimium, eximie, multum.
Aspargus, piscis minutus.
Aperculus, parvus aper.
Apercularius, effractor domus.
Aprugnus, aprinus.
Anculare, administrare, suppeditare, sucgillare.
Anculator, administrator.
Ancus, cernuus quod proprie de illis dicitur qui aduncа habent brachia.
Aduncus, valde curvus, subuncus, obuncus.
Apex, summitas, aliquando pro littera.
Apiculus, ligamen, quo phylacteria portantur.
Apicire, ligare, vincere, unculare, nodare.
Apicius, ligatus, vinculatus.
Arvina, pinguedo, adeps, sagina, omentum succulentum, axungia.
Arvinosus, crassus, carnulentus, esculentus.
Amburbiales, hostiae cum quibus arvum ambiebant.

Digitized by Google

Argyrites, lapis argenteum habens colorem.

Argentarius, qui custodit argentum.

Argenteolus, aliquantulum argenteus.

Arbiter, iudex: dicimus quoque haec arbitra.

Adipiscor, adquirere, quod et indipiscor dicitur.

Adepticius, quod facile adquiritur.

Acedia, tristicia, maesticia, sublestia.

Accidiosus, tristis, curiosus, maestus, sublestus.

Accidiari, tristari, maestificare.

Alopus, qui propter mercedem alapas patitur.

Alapare, alapas praebere.

Alapalizare, alapas inferre.

Ambidens, ovis habens dentem in inferiori, et alium in superiori parte.

Ambigarium, ex ambabus partibus.

Ambegna ovis, quae cum duobus agnis immolabatur.

Ador indeclinabile, frumentum, triticum.

Adorinus, triticeus.

Adoria, gloria, quia gloriosum dicebant qui multum ador habebat.

Ambrosia, pro herba dicitur, et pro nectare.

Ambrosius, nectareus, dulcis.

Ambrones, avidi, voratores.

Austrare, humectare.

Ancile, scutum rotundum. Ovidius: idque ancile vocant quod ab omni parte rotundum.

Antibiblicum, pignus quod datur pro codice.

Afflictare, affligere.

Architriclinus, qui praesidet in triclinio .i. in domo, trina convivantium sessione ordinata.

Affurcillare, concutere, a furca dictum.

Affabre, ingeniose, strenue, artite, artificiose.

Adiutare, adiuvare, adminiculari, opitulari. Terentius: at te adiutare oportet adolescentuli causa.

Agglutinare, coniungere, confoederare, convincere, copulare.

Antigraphus, cancellarius qui archigraphus dicitur.

Affulare, leviter tangere.

Allinere, domum vel aliquam rem linere .i. inglutinare.

Allitor, perlitor, collitor, oblitor, illitor, caementarius.

Allicere, illaqueare, pellicere. Piso: cuius multorum annos * unius praemio allicuit.

* *animos?*

Abstemius, abstinens a vino, quod temetum dicitur.

Ascire, vocare.

Digitized by Google

Ascitus, vocatus.

Adnutare, nutum cum manibus vel cum aliqua alia re facere.

Adnictare, nutum cum oculis facere. Livius: alii adnictat, alium tenet, alium amat.

Aborsum, ex altera parte.

Adoptare, nutrire, nutricare, educare, fovere, fotare.

Adoptaticius puer, ex adoptato natus.

Abligurire, prodige vivere, vastare. Terentius: qui abligurierat patria bona pene.

Abliguritus, vastatus, dilapidatus, consumptus, absorptus.

Abligurigo, consumptio, voracitas, dilapidatio.

Arrogare, superbire, excellere, elevare, tumere.

Assertare, affirmare, ratiocinari.

Aborigines, arbutus non plantata sed sponte crescens. Cato: ager, quod Volsci habuerunt, aboriginum plenus fuit.

Absortus deletus, consumptus, transvoratus.

Absilire, discedere. Unde Statius: absiluit nubes fulgore claro.

Abolere, delere, occerare, extirpare.

Abolitus, deletus, delitus.

Absentare, abesse, abigere; amovere.

Antruare, gratias referre.

Appluda, sorbitiuncula ex paleis facta. Naevius: non hercle est hodie appluda nequior quam tu.

Attibernalis, tabernio, socius continuae tabernae.

Ancesa, vasa circumpicta.

Abrogare, detrahere, detractare.

Allubescere, obtemperare, obedire. Marcianus: cum Stilbonte incedens copulis conubiorum allubescebat.

Allubescentia, conniventia, collibentia, assensus.

Adventare, advenire, adesse.

Accursare, maturare, ingruere, approperare.

Assitus, plantatus, insertus, insitus. Horatius: qua populus assita certis limitibus vicina refugit iurgia.

Ambitus, circuitus, vel cupiditas.

Ambitiosus, cupidus.

Arctophylax, arctos, arcturus, septentrion, cynosura, idem sunt.

Adnullare, nullius pretii facere.

Apporrectus, extensus. Ovidius Metamorph.: infantemque vident, apporrectumque draconem.

Adnihilare, nihilum facere.

Areopagus princeps virtuosae villae *. Nam ἀρετὴ virtus, et pagus dicitur villa.

Areopagita, magister virtuosae villae.

Augurium, quasi avium garrium .i. divinatio.

Avariter, cupide, sitienter, gulose. Plautus: ingurgitat in se merum avariter plenis faucibus.

Alcyona, avis oceana.

Abamita, soror avi.

Abregare, segregare, seligere. Augustinus: Dii, inquit, seliguntur ut bulbi.

Abiudicare, denegare, diffiteri.

Abdicare, abnegare, inficiari.

Acone, portus Bithyniae, unde aconita venenata.

Aconitum, genus asperrimi veneni. Iuvenalis: qui dedit ergo tribus patruis aconita.

Abnepos, filius pronepotis .i. filius filii nepotis.

Appatruus, frater avi.

Absidae, aedificii latera.

Acerrare, sacrificare, immolare, turificare, victimare.

Acantus, genus iocundi floris.

Acinari, in parvo morari, quod et tricari dicitur.

Affiliatio, adoptio, naturae imitatio.

Averruncare, multum facere verum, vel avenas avellere.

Agape, dilectio, vel orationum communio.

Abdomen, quaedam pars de porco quae dicitur anduilla. Iuvenalis: atque Bonam tenerae placant abdomine porcae.

Alarica, hasta.

Agnatus, cognatus.

Allectare, allicere, illaquecare, pellicere, illicere, inectere, irretire, inloricare, tricare, propedare.

Allutes, loca coenosa.

Alluvies, aquositas, madiditas, proluvies, colluvies, illuvies, eluvies.

Amistes, lapis quem qui gestaverit, inebriari non potest. Horatius: Bassum threicia vincat amystide.

Acroteria, ligamenta articulorum, quae etiam internodia dicimus.

Amitinus, ex sorore patris natus.

Angitudo, suspirium vel anxietas.

Ampullare, inflare, superbire. Horatius: tragica desaevit et ampullatur in arte.

Ambrosius, gulosus, ab hoc nomine quod est ambro .i. lecator. Iuvenalis: fiat pater ambrosiusque choraules.

Apocope, ablatio syllabae de fine.

* *absurde.*

* *tegulae?* Apodusium, ubi vestes abluendae ponuntur.

Apologeticus, responsivus, vel excusatorius.

Apologia, responsio. In decretis Alexandri: cleri qui alios accusant, iustam accipiant apologiam.

Archeogenia, initium generationis.

Aurorare, illuminare, clarificare, irradiare.

Armolustrius, locus qui cum armatis frequenter lustratur.

* 1. manus recte *auferte.*

Apozema, ius coctarum herbarum. Macer: semen potius vel apozema proderit eius.

Allegare, responsa legare.

Adrumare, rumores referre.

Affatim, abunde, opipare. Livius: affatim aedibus lusi.

Antigerio, valde.

Assuetudo, consuetudo. Ovidius: longaque alit assuetudine flammas.

Arpagio, quoddam genus vasis. Iosephus: fecit vasa aerea, ollas caldarias, et arpagiones.

Attegrare, vinum in sacrificiis augere.

Arferia, aqua quae inferis libabatur.

Apostema, dura collectio in corpore. Macer: rumpit vel spargit sic apostemata dura.

Acobrices, regulae * quae transversae asseribus imponuntur.

Antiae, comae a fronte dependentes.

Assidela, mensa ad quam assidemus, quae et anglabris dicitur.

Acclasis, tunica ab humeris non consuta.

Apagesis, sta in pace. Terentius: obsecro mi apage.

Auferre, pigre, segniculose. Plautus: auferre * non abibis si ego fustem sumpsero.

Ablegmina, partes extorum quae praesegmina dicuntur.

Arvocitare, saepe advocare.

Andron, locus domicilii ubi multi habitant, sicut gynaeon a mulieribus.

Atrabilis, ater animi vitio, qui et atratus dicitur.

Abaso, infirma domus.

Abcrepitus, signum cum pavore.

Ablunda, palea.

Acatus, navicula, vel arca.

Acoenonitus, qui nulli communicat.

Aclivatus, curvus, obliquus, uncus, aquilus, reduncus, obuncus.

Adminiculari, furari, fraudes excogitare, conplere.

Amnestia, oblivio, letargia.

Arruncare, alienare, evertere.

Assentiae, assertiones.

Digitized by Google

Argasterium, magisterium. Anianus: per quod huius artis argasterium aperuit.

Ardesus, sterilis, exilis, obesus, exesus.

Amphidoxae, sententiae quarum pars honesta, pars inhonestae.

Alabastrides, lapis candidus.

Alabrum, illud in quo fila vertuntur. Unde quidam: vertitur hoc alabro quicquid nec femina fuso.

Alopecia fluxus capillorum.

Algema, dolor.

Alopius, litura vel nota in libris emendandis.

Alucinatio, lucis alienatio.

Ambi, servi, ab ambiendo i circuendo.

Anquina funis, quo antenna religatur ad malum.

Apage, recede.

Argisterium, stationes, nundinae.

Apricitas, calor vel iocunditas.

Aposphragisma, signaculum anuli cerae infixum.

Ascella, locus subter brachia, qui et ala et subhircus dicitur. Salomon: ponit piger manus manum sub ascella sua.

Affatum, bitumen.

Affodillum, bitumen ovi.

Asylum, municipium. Lucanus: exiguum domino commisit asylum.

Avianus, extra viam.

Aviaria loca remota, secreta nemorum et tantum avibus adibilia.

Aurifodina, locus ubi aurum foditur.

Apocryphum, dubitabile.

Apostropha, quaestio.

Apologeticus excusatorius.

Aposiopesis, defectio orationis, ut quasi nostin.

Analogia, aequalis locutio.

Apocrisiarius, minister secretorum, legatus.

Apiciosus, calvus, calvaster, glaber.

Apediscus, uncinus.

Antonomastice, excellenter.

Amentum, vinculum per quod iaculum facilius vibratur. Prudentius: emicat amento.

Armonia *, dulcoratio, cantus. * *harm.*

Amentatus, amento i iaculatorio filo ornatus.

Aplustre, remex, gubernaculum, remigium.

Arcobalista, genus balistarum. Ambrosius super Hegesippum: passa iacebant utensilia, arcobalistae et cetera instrumenta in excisionem urbis evecta.

Apium nomen herbae.

Appis, dux apibus deputatus. Ovidius: variisque coloribus appis.

Apes dictae quod sine pedibus nascantur. Sciendum

vero quod apes de carnibus taurorum, scarabei de equis, fuci de mulis, vespae de asinis nascuntur.

Adminiculari, auxiliari, opitulari, suffragari, adiutare, subvenire, praesulari, astipulari, tutari.

Anathematizare, inprecari, abhominari, execrare.

Anathema, divisus, dampnatus, interdictus, execratus.

Allobroges, Burgundiones. Salustius: Allobroges in maximam spem adducti Umbrenum orare.

Aporiari, laborare, vel laborando sudare.

Abhominari, execrare, excommunicare.

Abhominium, execratio, interdictio.

Anastasis, inluctus.

Azymus, absque fermento.

Azymatus, absque fermento factus.

Azonii dii, ita vocati extra caeli zonam existentes. Marcianus: Dii quos azonios vocant.

Assecla, assecutor, contubernalis, consectaneus.

Associus, consocius, consors, consodalis, contribulis, confedutus.

Arrepticius, a daemone raptus, vexatus.

Anfractus, circuitus.

Adagma *, aumentum.

Accurare, curam de aliquo accipere.

Accurate, curiose, intente.

Affectare, cupere, avere, desiderare, optare.

Affluus, habundans.

Avolare, aliorsum volare.

Aggerare, accumulare.

Adoriri, invadere.

Ablegare, aliorsum mittere.

Anaglypha, supersculpta vasa.

Abmutilare, detruncare.

Alluere, abluere.

Allucia, loca coenosa.

Admiscuus, promiscuus.

Admixtivus, admixticius.

Assultare, exultando saltare.

Advectare, portare.

Abnitor, resisto, refragor.

Apparitores, qui reos faciebant apparere coram iudicibus.

Assescere, assidere. Plautus: aves assescunt.

Ad praesens, in praesenti.

Aspergines, quibus asperguntur quae asperiora dicuntur.

Assiduare, assiduum esse.

Adolescere, crescere.

Annuntius, idem quod nuntius.

Asseverare, asserere, vociferare.

Asciscere, vocare, ciere, kalare.

Arrigere, erigere. Terentius: arrige aures Panphile.

Assentaneus, consentaneus, consentiens.

* p. 49. *adauma.*

Digitized by Google

Adrogare, adquirere.
Aduncare, curvare.
Aduncus, curvus, obuncus, reduncus.
Apodiare, inniti.
Apodio, convicaneus, confinis, conterminus.
Affinium, vicinitas.
Adremigare, ad litus navem ducere.
Arreptim, raptim.
Amplexim, coniunctim.
Adnodare, ligare.
Adminiculum, auxilium, opitulamen, suffragium, subpetiae, subventio.
Amolum, flos tenuis farinae quod et pollen dicitur.
Archipirata, princeps piratarum.
Archipolites, princeps civium.
Archiverarius, summus princeps.
Archisterium, monasterium.
Armonicus *, dulcis, suavis, delectabilis, ut armonia, id est ut communis cantus caeli.
Abactor, qui abigit pecora, qui et abigeus.
Abdicare, abnegare, diffiteri.
Abdicativus, negativus.
Aruncare, vellicare, abstirpare.
Abigeus, qui tollit servum vel pecus alterius.
Attaminare, inquinare.
Antiquarius, antiquus, priscus, annosus, veternosus, senior, senex, vetulus, vietus, effoetus, exhaustus.
Atratus, lugubris, atris vestibus indutus.
Abusitare, extra usum ducere.
Abusivus, ab usu retractus.
Aiungere, disparare.
Abgregare, segregare, secernere, dividere, semovere, sequestrare, separare, seiungere, disparare.
Academia, villa ubi studebat Plato.
Accidannus, avis quae dicitur widercoc.
Adopercare, affluere, habundare.
Adoletus, victimatus, conbustus.
Adumbrare, tegere, simulare.
Adiumentum, auxilium, opitulamen, suffragium, subsidium, subventio, subpetia, adminiculum, praesidium, tutamen.
Advertere, trahere.
Adlegare, mittere.
Advocator, advocatus, iudex, patronus.
Adpalliare, tegere, velare, cooperire, palliare, amicire, obnubere, obnebulare.
Adrogare, ascribere, deputare.
Adsponsio, testificatio.
Agape, eleemosyna, roga *.
Affirmator, auctor, princeps, astipulator, assertor, dissertor.
Aginare, fugare.

* *harm.*

* Ita cod.

Aliparius, iaculator pilae.
Alligurire, gustare.
Alumna, altrix, alitrix, nutrix.
Altanus, altus ventus in pelago.
Altiboans, alte clamans.
Almicies, almitas, almitudo, sanctitas.
Amenticus, a mente alienatus.
Amphibrachus, pars ex utraque parte brevis, ut ibi, ubi.
Ambrosiosus *, ambiguitate plenus, dubius, haesitabundus, ambiguus, nutabundus, haerens. * *ambigiosus?*
Amphidoxus, ex utraque parte gloriosus.
Ambagines, vel circumlocutiones, vel loca fractuosa.
Ambestus, comestus, corrosus.
Amblestica, satietas.
Amsanctus, undique sanctus.
Amtestator, primus testium, ut Abel in veteri, et Stephanus in novo.
Antesignanus, qui fert signa ante regem, qui vexillarius et primipilus dicitur.
Antecaenium, cibus meridianus qui sumitur ante caenam.
Antelogus, prologus, epilogus, praefatio.
Analogum, locus ex quo sermo praedicatur.
Ancillare, servire, obsecundare, obsequi, ministrare, famulari, mancipari, clientare.
Analytica, resolutoria.
Apodixis, phantasia, probatio, experimentum.
Avinum, quasi extra vinum i' aqua mixta.
Apolyternum, vestibulum, locus ubi vestes exuuntur vel sumuntur.
Apostema, struma, informitas, vel inflatio in corpore.
Aptota, nomina incasualia, ut frugi.
Apiforium, locus unde volant apes, quod et apisterium et apiarium dicitur.
Aquetum, aquatica potio, ubi multum inest aquae.
Aratrum, quasi araterium ab aranda terra.
Alpagans, scalpens, effodiens.
Arvolare, pro advolare.
Arborosus, ramosus, frondosus, condensus.
Architriclinium, domus maior.
Archimetricus, astrologus.
Aurilegium, congregatio auri.
Aurificus, aurifex.
Adquiescere, assentiri.
Adquiescens, consentiens. Ambrosius Autpertus: imperium minitabantur nisi adquietum foret.
Abdixonium, locus aptus ad abdendum.

INCIPIT PROLOGUS

SECUNDAE LITTERAE.

Talia, oratione perceleri, dictante Grammatica, poëticus ille chorus super tam copiosa loquentis minerva alterutrum admirans, in haec verba prorupit: Perplacet, o domina, sophisticus iste loquendi modus, quoniam uberem sanae doctrinae pastum erudiri volentibus administrat. In prima namque disputandi fronte, eis praecipue qui sciendi semitam ingrediuntur satisfecisti, quia proprias dictionum origines, earumdemque diversiclinia, intellectus singulos, mirasque compositiones, limpide declarasti. In sequenti autem disputatione, graviores partes una seorsum repositas, perfacili compendio eliminasti, adeo ut nullatenus amplius de earum intellectu valeamus ambigere, quas pure et digestim expositas sub oculis intuemur. Amicum igitur, ut coepisti, laborem exhauriri, per quem totius alphabeti apices pulchre initiatum ordinem exordire. Faciam, inquit, tantoque inpensius, quanto vos propensiores ad audiendum esse animadverto. Quoniam itaque de prima littera plura et praeclara lippis et tonsoribus incognita enodavimus, libet secundam in medium proponere, quae vocatur B, ad instar vocis infantuli, quam primum elicit, cum de materno excipitur utero; quam etiam labris per impetum prorumpentis spiritus reclusis edicimus. Prima autem et secunda littera ad similitudinem vocum dolorem exprimentium appellantur, quatenus primam aetatem, quae est pueritia, et secundam, quae est adolescentia, lu-

ctibus esse plenas agnoscamus; dum haec lacrimarum naturaliter imbribus redundet; illa ad malum prona peccatis subiaccat, quae animae luctum novimus inferre. Ab hoc ergo nomine, quod est bonus, inchoare disposui.

B

Bonus, a, um; inde haec bonitas, is, et bellus, a, um ·i· aliquantulum bonus; quod comparatur bellior, bellissimus; unde belle, bellius, bellissime adv. et bellulus, a, um, et bellatulus, a, um ·i· aliquantulum bellus; unde Plautus in Cassia de quadam meretrice: bella, bellatula est, inquit; et bellarium, rii ·i· omne genus secundae mensae, sicut poma, et nuces, quae extremius afferuntur; uude Macrobius de Saturnalibus: adhuc dicente Furio, secundae mensae sunt ablata bellaria. Hinc etiam Varro ait: bellaria ea maxime sunt mellita, quae mellita non sunt. Item ab hoc nomine, quod est bonus, bene adv. unde bĕnignus, a, um ·i· bene ignitus, quod comparatur benignior, benignissimus; unde benigne, benignus, benignissime adv. et haec benignitas, tis. Et beo, as ·i· beatum facere. Terentius: beasti me, inquit; et inde beatus, a, um, quod comparatur beatior, beatissimus; unde beate, beatius, beatissime adv. et haec beatitudo, is, et haec beatitas, is ·i· beatitudo. Unde Augustinus de civ. Dei in decimo: alternante semper beatitate, et miseria; et beatulus, a, um, aliquantulum beatus; unde Persius: tandem beatulus alto compositus lecto. Et per compositionem beatifico, as, verb. activ. et ab ipso verbalia.

Bene componitur hic benelinguanus ·i· eloquens, et beneficus, a, um; unde hoc beneficium, cii, et haec beneficentia, ae, et hic benefactarius, rii, ille qui pro munere sibi impenso bene facit. Componitur quoque bene, benivolus, a, um; unde haec benivolentia, ae. Et bolus, li ·i· morsellus, sed et dicitur bolus quasi bene olidus; unde Terentius: bolum tantum mihi esse ereptum e faucibus tam subito, crucior. Bonus comparatur melior, optimus. Ab hoc autem nomine, quod est melior, dicitur melius adv. et meliusculus, a, um, et melioratio, is. Ab hoc vero nomine, quod est optimus, dicitur hic optimas, tis, et optime, et optimatim adv., ambo in uno sensu.

Bellum, li, secundum quosdam per antiphrasim dicitur a bono; verum quia de utroque copiosa partium exoritur seges, libuit utrumque sigillatim derivare; inde bellicus, a, um, et bellicosus, a, um, et bellicose adv. et hic et haec, et hoc bellax, cis, quod comparatur bellacior, bellacisissimus; unde bellaciter, et bellacius, bellacissime adv. et haec bellacitas, tis, et haec Bellona, ae, Dea belli; unde Statius: facibus de puppe levatis fert Bellona virum. Item ab hoc nomine, quod est bellum, bellantius, a, um ·i· bellicus, et bellor, aris, verb. dep.; unde hic bellator, is, et componitur debellor, aris; unde debellator, debellatio, nis, et debellatorius, a, um, et hic et haec debilis, et hoc le, eo quod facile debellatur; quod comparatur debilior debilissimus; unde debiliter, debilius, debilissime adv. et haec debilitas, tis, et debilito, as verb. act. unde verbalia. Item ab hoc nomine, quod est bellum, haec belua, huius beluae; unde beluinus, a, um, et belutus, a, um ·i· turpis et beluae similis, et haec belues, is ·i· egestas.

Bellum componitur hoc duellum, li, et duellium, lii ·i· duorum bellum, unde hic duellator, ris ·i· ille qui duellum peregit; unde Plautus in Captivis: domi bellique duellatores optimi; et hic duellio, nis ·i· pugil, quod etiam hic duellis invenitur. Et inde componitur perduellis, is ·i· ille pugil qui perseveranter perdurat in bello; unde Prudentius in hymnis: venire in armis perduelles nuntiat. Item bellum componitur belliger, a, um; unde belligero, as, verb. neut. ·i· bellari, et hic et haec rebellis, is; unde haec rebellio, nis, et hoc rebellium, ii, et rebellor, aris; unde verbalia. Componitur etiam bellum hic et haec imbellis, et hoc imbelle; et inde dicitur haec imbellia, ae ·i· debilitas; unde in libro Macrobii de Saturnalibus dicitur quod Hannibal concludens * ignaviam imbelliamque militum pretiose armatorum, credo inquit, eos posse subiugare * Romanos, etsi avarissimi sint. Et bellipotens, tis, et haec bellicrepa, ae ·i· quoddam genus ludorum cum armatis hominibus factum.

* Ita cod. pro *eludens.*

* Ita cod. pro *satis esse Romanis.*

Balo, as, avi, verb. neut.; inde hic balatus, us, et balbus, a, um, quod comparatur balbior, balbissimus; unde balbe, balbius, balbissime, et balbacies, ei; et balbesto, is, et balbutio, is. Item a balo, haec balanis, is, quoddam genus quercus; unde plur. balanitae, arum ·i· uvae ad instar glandium grandes; et hic balanus, ni, quoddam genus unguenti; unde Horatius in Odis: et pressa tuis balanus capillis; et inde balanatus, a, um ·i· balano illo unguento unctus; unde Persius: tunc cum balanatum gausape pectas. Item a balo haec balaena, ae ·i· uxor piscis qui vocatur cete, quae et aliter dicitur pistrix; et haec balista, ae ·i· funda; unde haec Balearis, is, et hic balearius, rii

•i• funditor qui baleam torquet ; quod componitur hic fundibularius, ii, in eodem sensu ; et hic balatro, nis •i• clamosus ioculator ; unde Horatius in Sermonibus : mendici, mimi, balatrones, esse prodigos et luxuriosos homines, eo quod omnia in barathrum mittant. Balo componitur debalo, as ; et inde verbalia.

Bis adv. Inde binarius, a, um, diminutivum ; et bimatus, us •i• spatium duorum annorum ; unde in evangelio legimus, quod Herodes occidit omnes pueros Bethleem a bimatu, et infra. Item a bis, haec biga, bigae •i• currus a duobus tantum equis tractus ; proprie autem biga dicitur currus lunae propter duas eius potestates, eo quod crescit et minuescit; sicut triga currus solis, propter eius tres potestates, quia lucet, calet, siccat ; et sicut quadriga currus Plutonis, eo quod *de* quattuor hominum aetatibus triumphet ; et bi uga, ae, similiter currus ubi duo iunguntur equi. Et bimo, as, verb. act. •i• duplicare, et hoc bibix, cis •i• pugna, et haec bilix, cis •i• lorica ; Virgilius: lancea consequitur, rupitque infixa bilicem. Item a bis, bifariam adv. •i• ex duabus partibus, et haec bipennis, is •i• securis pugnatoria, et hic bigamus, mi •i• vir duarum uxorum ; et haec bilis, is •i• sedes fellis et irae ; unde Persius : turgescit vitrea bilis : et inde biliosus, a, um, ille qui frequenter irascitur. Item a bis hic bimartus *, ti •i• ille qui bis extitit maritus, et haec bivira, rae •i• mulier quae bis viro fuit tradita, et hic biothanatus, ti •i• ille qui bis extitit mortuus, sicut multi qui suscitati sunt de morte, et postea mortui ; et plur. bifores, um •i• valvae duplices, eo quod bina foramina faciant ; unde Ovidius ; metamorph. in secundo : bifores radiabant lumine valvae. Item a bis hoc bigermen,

* Sic etiam infra.

is ·i· seges, et legumen ex duobus germinibus commixtum; et hoc biclinium, nii ·i· domus duas sub se habens cellas, sicut domus mercatorum in urbe, quod etiam bicellium dicitur; et hic et haec bigens, tis ·i· ille qui ex duabus gentibus natus, sicut ex patre franco, et matre anglica; et bifarius, a, um ·i· geminae locutionis; et bipartitus, a, um ·i· divisus; et biditus, a, um ·i· biformis. Cum plerisque quoque aliis partibus componitur bis, de quibus in aliis congruentius loquar locis.

Brevio, as, avi, verb. activ. Inde verbalia; et hic et haec brevis, et hoc ve; quod comparatur brevior, brevissimus; unde brevius, brevissime adv. et haec brevitas, tis, et hoc breviarium, rii, et haec brevilogia, ae ·i· brevis dictio, et haec * branchus, chi ·i· guttur eo quod breve sit quantum ad cetera membra; et inde haec branchia, ae ·i· quidam locus iuxta gutturem; unde *legimus* in historia Tobiae, quod Tobiam iuniorem piscem metuentem iussit angelus dicens: apprehende branchiam eius; et inde haec branchiola, ae diminut. Item ab hoc verbo, quod est brevio, hic brevigerulus, li ·i· baiulus brevium, et secundum Rabanum haec bruma, ae ·i· gelu matutinale, eo quod breviter duret; et plur. brachae, arum, eo quod breves sint, et hic bruchus, ci ·i· musca ingluviosa, eo quod breviter duret. Brevio componitur abbrevio; et inde verbalia.

* Ita cod.

Baiulo, as, avi, tum, verb. act., inde baiulator, baiulatus, et baiulatio, et hic baiulus, li, quod et pro portitore et pro baculo ad baiulandum apto dicitur; et hic baculus, li diminutivum, quod componitur hic et haec inbecillis, et hoc le; et illud comparatur inbecillior, inbecillissimus; unde inbecilliter, inbecilli-

us, inbecillissime adv. et haec inbecillitas, tis. Item a baiulo haec baionola, ae ·i· lectus qui baiulatur in itinere, et hic badius dii ·i· equus, eo quod nos baiulet. Baiulo componitur rebaiulo, as.

Bibo, is, bi, itum, tu, verb. neut. Inde bibulus, a, um, et hic bibo, nis ·i· ille qui multum bibit, et plur. bibones, um ·i· vermiculi vinum supernatantes; unde Afranius: cum ad me expectas eloqui, ex ore in oculos tuos bibones involant. Item a bibo hic biblus, li ·i· iuncus, quia aquarum est bibulus, et aliquando dicitur pro libro, quia antiqui in iuncis scribebant; et tunc componitur haec bibliotheca, cae ·i· librorum armarium, quia theca dicitur scrinium, ubi res ponuntur, et hic bibliothecarius, rii ·i· custos librorum. Componitur etiam antibiblium, lii ·i· pignus quod pro codice mutuato datur, et hic bibliopola, ae ·i· venditor librorum; unde Martialis Coquus: sed mea qui vendit bibliopola putat. Item a bibo bitumen, nis; unde bitumineus, a, um, et haec bituligo, nis ·i· vimen minutum quod in bitumine crescit; et bito, as, avi, atum, tu, verb. neut. ·i· pergere, quod in multis scripturarum locis reperies; unde Plautus in Gurgulione: quis me in terra aeque fortunatus, si illa ad me bitet? Et bubo, is verb. neut. ·i· sonitum facere ad similitudinem novi musti, et novae cerevisiae quando spumescit in dolio; unde Naevius: bubit amphora inquit. Item a bibo secundum quosdam buo, is, quod non est in usu, sed inde venit hoc butyrum, ri. Et componitur imbuo, is; unde imbutus, a, um; combuo, is, unde combutus, a, um. Bibo componitur ebibo, is, rebibo, is.

Bullio, is, lii, et bullivi, tum, tu, verb. neut.

Inde bullitus, a, um, et haec bullicio, nis, et bullio, is ·i· tumor aquae bullientis; unde hic bulliunculus, li, diminut. et haec bulla, ae, quod aliquando invenitur pro stella; unde Ovidius metamorph. in decimo: sicut fulvo perlucida caelo surgere bulla solet. Aliquando etiam dicitur pro balteo; unde Persius: bullaque succinctis laribus donata pependit; et tunc inde venit bullatus, a, um ·i· balteatus, balteo ornatus; unde Iuvenalis: ludit et heres bullatus. Aliquando vero bulla dicitur pro gemma; unde Plautus: iussi in splendorem dare bullas has foribus nostris. Invenitur quoque bulla pro sigillo quod in cera imprimitur. Bullio componitur ebullio, is, et rebullio, is, et combullio, is, et ab istis verbalia.

Blatera, ae ·i· sonus ranae; inde blatero, as ·i· detrahere, et declamare. Et componitur oblatero, as in eodem sensu; unde oblaterator, oblateratus, oblateratio. Componitur quoque deblatero, as ·i· divulgare; unde Plautus in Aularia: deblaterasti id iam vicinis omnibus; et inde verbalia. Dicimus quoque, haec blatta, ae, quoddam genus muris in subterraneis habitans cavernis; unde Horatius in Sermonibus: blattarum, et tinearum epulae putrescant; et inde haec blatea, eae ·i· illud quod de calceamentorum soliis eraditur, et lutum ex itinere in calceamentis involutum. Dicitur etiam blatea pro purpura eiusdem muris imitante colorem; et inde hic, et haec blatealis, et hoc le, purpureus; et blatio, is, verb. neut. ·i· perplexe et impedite loqui; unde Plautus in Amphitrione: qui intelligere quisquam potis est? ita nugas blatis.

Barba, ae; inde haec barbula, ae, diminut. et barbatus, a, um; et secundum quosdam barbarus, a, um;

unde barbaricus, a, um, et barbarice adv. et haec barbaries, ei, et barbarizo, as ·i· crudeliter agere, et hic barbarismus, mi ·i· vitiosa locutio orationis in communi sermone, quod in poëmate dicitur metaplasmus, et in peregrinis partibus barbarolexis, ut si quis dicat catheia pro telis, magalia pro tuguriis.

Barrus, ri ·i· elephans; unde Horatius in Sermonibus: bis senos barros ut equis praecurreret albis; unde barrio, is, ivi, itum, tu, clamare elephantis; et inde hic barritus, us ·i· vox elephantis, et hoc barbitum, ti, quoddam instrumentum musicum; unde Marcianus Capella: sentio barbito aurataque cheli personare. Item ab hoc nomine, quod est barrus, hic baro, nis, eo quod sicut elephans cetera animalia magnitudine, ita et baro alios homines praecellit; et inde hic barunculus, li, diminut. et haec baronissa, ae ·i· virago baronis habens animum.

Bos, vis com. gen.; inde bovinus, a, um, et hoc bovarium, rii ·i· locus ubi venduntur boves, quod etiam bovilla, ae, dicitur testante Persio, qui ait: accedo bovillas; et hoc bostar, aris ·i· locus ubi constant boves, et haec buris ·i· maius lignum in aratro curvatum; unde Virgilius: continuo in silvis magna vi flexa domatur in burim, et curvi formam accipit ulmus aratri. Item ab hoc nomine, quod est bos, hic Bootes, is, pro quadam stella, et bucolicus, a, um, ·i· bovinus, et de bobus factus, et bubulcus, ci, custos bovum, sicut subulcus custos suum, et haec Bubastis, is ·i· bubulcorum dea; unde Ovidius metamorph. in undecimo: sanctaque Bubastis, variisque coloribus Appis. Item ab hoc nomine, quod est bos, haec boa, boae pro nomine serpentis bobus inimici; crurumque

tumor in via collectus boa dicitur; et hoc bucetum, ti ·i· locus ubi boves stant; et hic Bosphorus pro quadam stella, quae aliter dicitur Propontides a praecedenti transitu; et haec bucula, ae, iuvenca; unde Prudentius in Psychomachia: greges equarum, vasa, vestes, buculas; quod etiam aliquando dicitur pro quadam gemma, et pro quadam parte galeae; unde Iuvenalis: et fracta de casside bucula pendens. Item ab hoc nomine, quod est bos, hic bubalus, li, eo quod sit bovi similis, et haec boglossa, ae ·i· lingua bovina; unde hic boglossus pro quadam herba dicitur, quae ad instar linguae bovinae habetur magna. Et hic bossor ·i· caro; et per compositionem hic boscida, ae ·i· macellarius, qui boves scindit, et bucerus, a, um ·i· bovinus; unde Ovidius metamorph.: quisquis in montibus illis, lanigerumque gregem, armentaque bucera pavit. Dicitur quoque bucerius, a, um; unde Lucretius: buceriasque greges, eodem sub tegmine pavit. Bos componitur semibos; unde Ovidius: semivirumque bovem, semibovemque virum.

Bacchus, chi, dicitur Deus vini, quod pro ipso nominatimque ponitur vino; unde Statius Thebaidos: implerat matres Baccho meliore Cithaeron; inde baceus, a, um; et secundum Isidorum baculus dicitur a Baccho, eo quod homines Baccho titubantes baculo innituntur, veluti superius diximus a baiulando; et hoc bacchium, cii ·i· festum Bacchi; unde hic batus, ti ·i· quoddam genus carminis, quod in Bacchi festo canebatur; et Baccha, ae ·i· mulier colens festa; unde Plautus in Amphitrione: Bacchae bacchanti si velis adversarier, ex insana insaniorem facies. Dicitur quoque baca pro fructu lauri, et pro catena; unde

Digitized by Google

Prudentius in Psychomachia: attrita bacis colla liber erigit. Item ab hoc nomine, quod est Bacchus, hoc baccharium, rii ·i· quoddam vas vinarium, quod et bacharina, nae, dicitur. Et pluraliter Bacchides; idum ·i· feminae circa festa Bacchi frequentes, et Bassaris, ris * sacerdotissa Bacchi; unde Persius: et vitulo caput ablatura superbo Bassaris. Item ab hoc nomine, quod est Bacchus, bacio, nis ·i· quoddam genus supellectilis simile trullae; et bacchor, aris, verbum deponens ·i· furere, et hoc bacchanalium ·i· festum Bacchi; Iuvenalis: qui Curios simulant, et bacchanalia vivunt; et hoc bachinal, alis ·i· torcular pressorium; unde Plautus in Aularia: numquid nisi hodie ad bacas veni in bachinal coquinatum?

* Ita cod.

Bary, graece grave, et forte latine; unde haec bararia, ae ·i· regula gravis, et a dextera usque ad sinistram protensa; et hoc brachium, chii, eo quod reliquis membris sit fortius; unde hoc brachiolum, li dimin. et hoc brachiale, is ·i· torques in brachio. Et sciendum quia in brachiis multae sunt partes; nam ibi sunt tori, idem et musculi, in quibus maior brachii inest fortitudo; ibi est ulna, idem et cubitus, in quo ad cibos sumendos cubamus; ibi sunt alae sub brachiis, eo quod ad instar alarum moveantur, quae et ascellae vocantur, eo quod subtus celluntur et moventur, et subhirci, eo quod foetidae sunt, quasi subtus habentes hircum ·i· foetorem hirci.

Bestia, ae; inde haec bestiola, ae, et hic bestiarius, rii, qui pro illo dicitur, qui bestias servat, et hoc bestiarium, rii, liber de bestiis loquens, et hic et haec bestialis, et hoc le; et inde bestialiter adv. et bestius, a, um ·i· crudelis ad instar bestiae; unde Persius: et bestius urget doctores graios.

Blandior, ris, tus sum, tum, tu, verb. dep.; inde blanditor, blanditus, blanditio; et blandus, a, um; quod comparatur blandior, blandissimus; unde blande, blandius, blandissime adv. et haec blanditia, ae, et blandulus, a, um ·i· aliquantulum blandus, quod et blandicellus, a, um dicitur, et blandiosus, a, um; unde blandiose adv. et hoc blandimentum, ti. Blandior componitur eblandior, ris, et deblandior, ris, et reblandior, ris, et ab istis verbalia.

Buca, ae ·i· os, vel oris folliculus; unde Theodolus: inflavit fistula bucas; et inde bucella, ae, et hic buco, nis ·i· verbosator; unde Plautus: stulti, stolidi, blemni, bucones. Item a buca haec buccina, ae; et inde buccineus, a, um, et hic buccinus, ni ·i· clamor buccinae. Et per compositionem hic buccicen, is; ·i· cum buccina canens; unde haec buccina, ae.

Babiger, a, um ·i· stultus; inde haec baburra, ae ·i· stultitia; dicitur quoque stultus hic blemnus, ni, et hic bardus, di; unde Caecilius: nimis audacem, nimisque bardum; bardus quoque in alio sensu accipitur, et dicitur pro cantore laudis; unde Lucanus: plurima securi fudistis carmina bardi.

Bombizare est proprie apium quando clamant suo modo; unde haec bombizatio, is ·i· ipsa apium vox, et hic bombus, bi ·i· sonus; hinc etiam dicitur plur. bombices, cum, ·i· vermes ex quorum egestione lana conficitur; unde purpura, et ostrum texitur; et inde hoc bombicinum, ni, quo nomine vocatur ipsa lana antequam tingatur: hinc etiam dicitur bombicinare ·i· bombicinium facere; et bombicinatores, qui illud faciunt.

Balneum, ei; inde hoc balneolum, li diminut.,

et hoc balnearium, rii, ambo pro loco in quo balneatur; et balneo, as, verb. act. unde verbalia; et haec ambubaia, iae ·i· femina frequens circa balnea, et dicitur ambubaia per compositionem quasi ambiens balnea; unde Horatius in Sermonibus: ambubaiarum collegia pharmacopolae.

Bria ·i· quaedam mensura, teste Isidoro; et componitur ebrius, a, um ·i· extra mensuram bibens; unde ebriosus, a, um, et ebriose adv. et haec ebrietas, tis, et ebriolus, a, um ·i· aliquantulum ebrius; unde Plautus: tristes atque ebrioli incedunt; et ebrio, as, quod non est in usu, sed componitur debrio, as; et inde debriatus, et debriatio; inebrio, as; et inde inebriatus, et inebriatio. Componitur quoque bria sobrius, a, um ·i· abstinens, quasi secum habens briam ·i· mensuram; et inde haec sobrietas, tis, et sobriolus, a, um ·i· aliquantulum sobrius.

Baptizo, as, verb. act. Inde verbalia; et hoc baptisma, tis, et hoc baptisterium, rii ·i· statio baptismatis; nam sterion dicitur statio, et hoc baptismum, mi, et hoc baptizatorium, rii, et hic baptista, ae. Baptizo componitur rebaptizo, as.

Bustum, ti; inde hoc bustulum, li diminut. et hic bustiarius, rii, ille qui corpora sepelit, et haec bustura, rae, et haec busticeta, tae, ambo pro sepultura, et busto, as ·i· sepelire. Bustum componitur bustifragus ·i· ille qui frangit bustum, ut spoliet mortuum.

Burgus, gi ·i· villa; inde burgarius, a, um, et hic burgensis, is, et hic Burgundio, nis, pro nomine cuiusdam gentis, quae aliter dicitur Allobroges, quod in Salustio reperies.

Boo, as ·i· sonare ·i· clamare; inde hic boatus,

us. Et componitur reboo, as; unde reboatus, reboator, reboatio, et hic reboatus, us.

Balteare invenitur pro cingere; et inde hoc balteum, ei; unde hoc balteolum, li, et balteatus, a, um ·i· balteo ornatus.

Buxus, xi pro arbore; inde buxeus, a, um, et hoc buxetum, ti ·i· locus ubi plures buxi crescunt.

Bruteo, es, ui, verb. neut. et caret supino; inde brutus, a, um ·i· stolidus, insulsus; et brutesco, cis, quod componitur obrutesco, et debrutesco, is. Similiter et bruteo componitur obruteo, et debruteo.

Terminato iam de secunda littera tractatu primo, paululo quasi ad respirandum silendi limite, sic coepit pollicitata persolvere Grammatica.

REPETITIONES.

B

Bravium, victoria, palma, trophaeum, laurea.

Brabeuta, pugil, agonista, agonizeta.

Bellulus, aliquantulum bonus vel pulcher.

Bellatulus, aliquantulum bellus.

Bellus, pulcher vel aliquantulum bonus.

Benignus, quasi bene ignitus.

Beare, beatum facere.

Benelinguanus, disertus, facundus, potens in lingua.

Beatitas, beatitudo.

Benefactarius, qui pro munere sibi inpenso servit.

Bolus, morsellus.

Benna, vehiculum quoddam.

Bessis dicitur quod bis est triens.

Beatulus, aliquantulum beatus.

Butulus, genus farciminis.

Burranicum, genus vasis, quod bucar dicitur alio modo.

Bafer, grossus, turgidus, ventriculosus.

Beta et pro littera et pro quodam genere holeris accipitur. Persius: aut doceat plebeia radere beta.

Benificentia, beneficium.

Bellaticus, belligerus, pugnax, agonisticus.

Belligerare, bellari, dimicare, confutare.

Bellarium, quicquid ciborum extremius in mensa ponitur, sicut poma et nuces.

Batimus, rusticus, agricolanus, agrarius, ruricola.

Barca, navis, canpulus, cymba, cumba, prora, puppis, carina, phaselus, liburna, linter, scaphanno *, parolegia, dromo, lembus, caudea.

* Ita cod.

Bellicosus, bello plenus.

Belutus, turpis et beluae similis.

Belues, egestas, quae solet contingere per vastationem beluae.

Bellona, discordia Dea belli.

Bellicrepa ludi armati genus.

Balbicies, balbucies, balbitas.

Balanus, quoddam genus pretiosi unguenti.

Digitized by Google

Balanus, quoddam genus quercus.

Balanitae, uvae ad instar quercus grandes.

Balaena, uxor cete, quae et pistrix dicitur.

Balanatus, unguento, quod balanus dicitur, infusus.

Balista, funda.

Balearis, funda quae plures similes iacit lapides.

Balearius, funditor, fundibolarius.

Balatro, clamosus, ioculator, a balando, vel luxuriosus qui omnia mittit in barathrum.

Bimus et bimulus duorum annorum, quasi bis annuus.

Bimatus quartae declinationis, duorum annorum spatium.

Biga, currus a duobus tantum equis tractus.

Bibix, pugna.

Bibera, superfluitas bibendi.

Bidental, locus vel res aliqua fulgure tacta. Persius: triste iaces lucis evitandumque bidental.

Bigens, ex duabus gentibus natus, sicut ex Anglo et Franco.

Biremis, navis bina remigatione agitata.

Bilibris, duarum librarum pondus.

Bifariam, adverbium. Haimo super epistolas Pauli: lex Moysi, inquit, bifariam dividitur.

Bilex, plaga ex virga facta.

Bifarius, dupliciter loquens.

Bigamus, qui duas habuit uxores.

Bilix, lorica, thorax.

Biiuga, currus duorum equorum.

Bimartus, qui bis extitit maritus.

Biliosus, qui frequenter irascitur.

Bilis, sedes fellis et irae, quod et pro ipsa ira accipitur.

Biothanatus, bis mortuus.

Bigermen, seges vel legumen ex duobus germinibus commixtum.

Bipennis, securis bellica. Prudentius in hymnis: praebenda est cervix ad bipennem publicam.

Bipertire, dividere, dissipare.

Bipertitus, divisus.

Biclinium, bicellium, domus duas habens cellas.

Bifores, valvae duplices.

Bitidus, biformis, bifidus

Brevilogia, brevis dictio.

Branchus, guttur.

Branchia, quaedam pars iuxta gutturem.

Brevigerulus, qui breve gerit.

Bruchus, musca ingluviosa.

Baiulus, li, pro portitore et

pro baculo apto ad portandum in via.

Bractea, lamina auri tenuissima. Marcianus: caput auri coruscantis bracteis commeatur.

Bracteola, parva lamina auri.

Bacillus, parvus baculus.

Badius equus eo quod sessorem baiulet.

Bessus, quoddam genus vehiculi. Lucanus: orbita migrantis cingit maeotica bessi.

Baionola, lectus in itinere baiulatus.

Bibones, qui multum bibunt, qui et taberniones et attibernales.

Bibitare, frequenter bibere, potissare, sorbillare, pitissare.

Bibiones, vermiculi qui supernatant vinum.

Biblus, iuncus, cyperus, et dicitur pro libro quia veteres in iuncis scribebant.

Bibliotheca, librarium, armarium, codicillarium.

Bibliothecarius 'i' qui custodit libros.

Bibliopola, librorum venditor. Martialis Coquus *ut p.* 67.

Britannici, flores silvestres.

Barcanda *, concha aerea.

Bases, altare vel fultura.

Bitare, pergere, venire.

Basium, osculum, suavium.

Basterna, theca manualis, vel genus vehiculi.

Bellacrare, bella creare.

Bilbire, dicitur vinum quando spumat, et sonat spumando.

Bullio, nis, tumor aquae bullientis.

Bulliunculus, parvus bullio.

Bullatus, balteo ornatus.

Bulla, pro balteo dicitur. Aliquando dicitur pro stella, aliquando etiam pro gemma.

Blaterare, detrahere, obtrectare, derogare.

Blatera, sonus ranae.

Blatea, praesegmina quae de calciamentis eraduntur.

Blatea, genus purpurae, quod et pro quadam mure dicitur quae in cavernosis terrae commanet locis.

Barbaries, crudelitas.

Barbarismus, vitiosa locutio in grammatica.

Blatire, impedite et perplexe loqui.

Barrire, clamare elephantis.

Et quoniam de ferarum proprietate vocum loqui inchoavi, libet de illis plenius in hoc loco loqui, ut praesto hic inveniat qui noscere eas gestit (1). Leonum

* Al. *baschauda*.

(1) Conferatur Adhelmi grammatici par locus apud me T. V. p. 569–570. itemque praef. p. 52. n. 1. ubi sub finem corrige *ionicum* pro *iocum*.

est fremere rugire, tigridum rachare, pardorum felire, panterarum caurire, ursorum uncare vel saevire, aprorum frendere, lyncis uncare, luporum ululare, serpentium sibilare, onagrorum magilare, cervorum rugire, taurorum mugire, equorum hinnire, asinorum rudere, porcorum grunnire, verris quiritare, arietum lorectare, ovium balare, hircorum miccire, haedorum vebare, canum latrare, vulpium gannire, catulorum glatire, leporum vagire, mustelarum drinorare, murium minitare vel pippitare, soricum desticare, ranarum coaxare. Volucres quoque habent proprias voces. Est enim proprietas aquilarum clangere, accipitrum plipiare, vulturum pulpare, corvorum crocitare, milvorum lupire, olorum dresare, gruum gruere, ciconiarum crotolare, anserum clangere, anatum tetrissitare, pavonum paupulare, gallorum cucurrire, graculorum fringultire, noctuarum cucubire, merulorum zinziare, turdorum trucilare vel soccitare, sturnorum passitare, hirundinum minurrire, passerum titciare, apum bombire, vel bombilare, cicadarum frinitare. Haec autem in latinitate scripta reperiuntur, et proprie satis pronunciantur. Nunc vero ad proposita revertamur.

Baro, heros, cleonta.

Barunculus, parvus baro.

Barritus, quartae declinationis, vox elephantis.

Barrus, elephans.

Barbitum, instrumenti musici genus.

Bovarium, locus boum.

Bovilla, locus ubi venduntur boves.

Bostar, locus ubi stant boves.

Buris, maius lignum in aratro curvatum.

Bootes, nomen stellae.

Bucolicus, bovinus.

Bubulcus, custos boum.

Bubastis, bubulcorum Dea.

Boa, pro serpente quodam, vel pro tumore dicitur crurum.

Bucetum, ti, ubi multi sunt boves.

Bosphorus, pro stella dicitur, quae aliter vocatur Propontides.

Bucula, pro iuvenca, vel pro gemma dicitur.

Bubalus, eo quod bovi sit similis.

Boglossa, lingua bovina.

Boglossus herba ad instar linguae bovinae.
Bucentus, bovinus.
Boscida, qui boves scindit, lanista, macellarius.
Baccheus, de Baccho existens
Bacchium, festum Bacchi, orgium, trieterium, dionysium.
Baccha, mulier colens festa Bacchi.
Batus, quoddam genus carminis quod in Bacchi festo canitur.
Baccharium, vas vinarium. Bachides feminae Bacchum colentes.
Bassaris, sacerdotissa Bacchi.
Bacchari, furere, lymphari, stomachari, perterritare.
Bacarva, vas vinarium.
Bacchio, genus supellectilis simile trullae.
Bacchanalium, festum Bacchi.
Bacaulum, feretrum.
Barria, regula, norma, rubrica.
Brachiale, torques, armilla, dextrocherium.
Baccar, herba vel flos fascinationem pellens. Virgilius: baccare cinge caput.
Benea, eruptiones aquarum, lacunae, elices, excolationes, scaturigines, fonticuli.
Byrsa, corium vel cloaca.
Birrium, grossum vestimentum.
Birrosus, grosse filatus
Bachinal, torcular pressorium.
Bigera, vestis villosa.
Bissumare, bis transire.
Blatta, ostrum, murex.
Bestius, crudelis, truculentus.
Blandulus, aliquantulum blandus.
Bitalassus, vestigium in luto impressum.
Blandicellus, aliquantulum blandus.
Blandiosus, blandus.
Bulbus, caput botri vel caepae. Macer in libro de herbarum viribus: eius radicis bulbus qui lilia profert.
Bombus, sonus, crepitus, fragor, crepitaculum.
Bombices, vermes ex quorum egestione purpura efficitur.
Bombicinum, lana quam egerunt bombices.
Bardus, cantor laudis.
Bombicinare, purpuram facere.
Bombicinatores, qui purpuram faciunt.
Bucella, parva buca.
Bucones, nimis loquaces.
Buccinus, clamor buccinae.
Buccicen, qui cum buccina canit.
Baburra, alii pro stulto dicunt.
Babiger, stultus, insipidus, stolidus, insulsus, incon-

ditus, barrus, blemnus, brutus.

Bustulum, parvum bustum.

Bustuarius, qui corpora sepelit.

Bustura, sepultura.

Batum, vas vini.

Batillum, parvum batum. Horatius: latum clavum prunaeque batillum.

Baptisterium, statio baptismatis, nam sterion dicitur statio.

Baptista, qui baptizat.

Baptizatorium, locus ubi baptizatur.

Basilice, fortiter, invicte, inexpugnate. Plautus in Epidico: ego ut interii basilice.

Balteare, balteo cingere.

Balteolum, parvum balteum.

Balteatus, balteo ornatus.

Boema, boatus, sonus, strepitus. Marcianus: praeparatorum boematum fecit consciam.

Brutus, stultus.

Brutescere, desipere.

Barathrum, vorago, infernus.

Balsamum, liquor; xylobalsamum, lignum balsami, quia xylum dicitur lignum; carpobalsamum, fructus; opobalsamum, cortex balsami Iuvenalis: spirat opobalsama collo.

Bitire, pergere.

Botryo, botrus, uva, racemus.

Basiliscus, rex serpentum.

Basilica, ecclesia.

Basilicus iactus in tabula, qui fortunatus provenit. Plautus: iacto basilicum. Iacit vulturios quattuor.

Bases, fulcra columnarum.

Balustrium, locus ubi multa sunt balnea.

Bucita, pascua ubi ciuntur i. vocantur boves.

Bufo, vermis qui gallice dicitur carpodus. Virgilius: inventusque cavis bufo, et quae plurima terrae.

Bolones, qui diversa genera piscium vendunt.

Bucellarii, parasiti, glutones, ardeliones, mandones, catillones, epulones, helluones, ambrones, lurcones, voratores, lecatores, lenones.

Batera, genus paterae.

Brocus, qui labra superiora tumida habet.

Broca, marina belua eo quod sit grossa.

Bubinare, menstruo sanguine inquinari.

Bulbitare, pueruli sanguine maculari. Lucilius: hoc imbubinat, at contra te imbulbitat.

Bussequus, bubulcus, sequens boves.

Binarium ubi sanguis mulieris menstruae.

Buluna, magna fama.

Bubeum, quoddam genus vini.

Bibitor, potator. Sidonius: quem raro bibitor araricus inspexerim.

Bolia *, manus vel palma. * *vola.*

Bolona, redemptor tabernae.

Binestris, duorum mensium. Sidonius: amplius quam ulmus vermis similis lacertus (1).

Busticera, qui sepulcra struit.

Bibax, bibens multum. Sidonius: duae anus, quibus nil umquam litigiosius, bibacius, vomacius.

Basilla, regina.

Basileus, rex vel imperator.

Bassis, extremitas plantae.

Baccatus, gemmatus, a baca ·i· gemma.

Bachia, parvi urcei.

Bargines, fortes in bello.

Brabeuta, qui dat palmas ad percutiendum.

Barbarolexis, barbara dictio.

Baubare, latrare.

Bagulum, frenum a baiulando.

Bilimbius, susurro.

Biviator, duplicator, alterplex, bilinguis, bifarius, duplex, duplicarius, biplex, bifidus, biloquus.

Bifax qui duos habet obtutus.

Blatrea *, lamina aurea. * *bractea.*

Blateatus, ornatus.

Brisare, exprimere, a Briseo ·i· a Baccho.

Briseus, Bacchus.

Bria, quaedam mensura; unde ebrius ·i· extra mensuram bibens.

Brumosus, frigidus, algidus, gelidus.

Busticeta, sepulcra in agro.

Biplex, duplex, duplicarius, alterplex.

Biplicitas, duplicitas, alterplicitas.

(1) *Exemplum ad rem non facit.*

PROLOGUS

TERTIAE LITTERAE.

Secundae iam litterae tractatu cursim elimato, talia mater Grammatica vatum assidentium auribus instillavit. Iam, o filioli, quorum sitibundis scientiae mentibus consumatae doctrinae lac saepius inmulsi; primus, advertite, de tertia littera oriendus tractatus, tam divite partium fonte redundat, ut nec sine invidia possit a quopiam propalari. Detestanda quidem invidiae pestis, quae de suis desperata, de alterius bonis misere aegra, sese tanto autumat infimari, quanto alios in bonis perspexerit attolli. Factiosum, inquam, et inquietum invidiae malum, quae nullum bonum quiescere permittit; immo tunc se bonorum censet expertem, cum quemlibet in bonis senserit eminentem; tum pronior fit et ingeniosior ad fraudem ingerendam cum in bonis accumulatiora animadvertit bona. Ad haec unus poëtarum, vultu comi arridens: Quam grata, inquit, nobis, o magistra, directa contra invidos invectio! admodumque fiet gratiosum, si in singularum capite litterarum praedurum reprehendendi genuinum(1), acerbos relaxes in morsus: quique alumnos tuos pestifero quam frequenter veneno inficiunt, ipsa alumnorum vice recertandi contra eos ducatum assumas; huiusmodi namque scorpiunculi saepenumero sequacibus molesti extitere. Utque de ceteris taceam, filium tuum Terentium, furem; quemque cunctis habes amiciorem

(1) Dentem scilicet.

poëtis, mantuanum illum, probrose compilatorem nuncupare *audent*. Tuos quoque huius temporis tirunculos, qui et vivacis ingenii armantur acumine, et doctrinae floridae copia fecundantur, graviter insecuntur, quia aut praeclaros, quibus exercentur labores, aut falsissimis eos criminationibus corrodunt. Scio, inquit Grammatica, nec a pectusculi mei arcano conviciosa contra viscera mea illata elabitur contumelia; dudumque aliquid eis adversum, pro huiusmodi adversitate molirer, nisi tanto eos feliciores esse pensarem, quanto ab invidis amplius infestantur. Cum enim evidentissimum sit, lutulentam invidiam nullos nisi bonos impugnare posse, bonos profecto constat esse quibus invident tam malitiose. E converso autem cum perspicuum sit, solos malos invidiae morbo laborare, probatissimum est, malos esse qui in bonos saeviunt tam scelerose. Verum de impuris ranulis loqui omittentes, qui probitatis extorres, inani tamen et infructuoso contra probos clamore insurgunt, de tertia littera pollicitum digeramus sermonem, quae ad instar lunae quando est semiplena, et ad semirotundi ferri quod ungulae caballinae inseritur aequipollentiam semicirculata, molaribus, ut ait Marcianus, super linguae extrema appulsis exprimitur. Audite igitur benivoli, quia immensus iam partium tonitruus intonabit.

C

Celo, as, avi, atum, tu ·i· abscondere, occultare, verb. activ.; inde verbalia. Et cella, ae, eo quod celet inhabitantes; unde haec cellula, ae, diminut. et hoc cellarium, ii, unde hic cellarius, rii ·i· custos. Et per compositionem hoc bicellium, lii, dicitur a cella ·i· domus, quia duas in se continet cellas, sicut domus mercatorum in urbe; et hic circumcellio, nis ·i· monachus qui diversas semper vagat cellas, qui etiam circellio dicitur. Item ab hoc verbo, quod est celo, hoc cilum, li ·i· folliculus quo oculus tegitur, eo quod oculos celet; et inde hoc cilium, lii ·i· ordo pilorum qui in folliculo illo crescit; quod componitur supercilium, lii ·i· ordo pilorum qui est super cilia, et hoc intercilium, lii, spatium frontis, quod est inter duo cilia. Notandum autem quod secundum Isidorum cilium dicitur a verbo cillere ·i· movere, eo quod saepius moveatur. Item ab hoc verbo, quod est celo, hoc caelum li, eo quod nobis celat secreta; inde hic et haec caelestis, et hoc caeleste. Et plur. hii caelites, tum, ·i· vitam caelestem agentes; unde Ovidius metamorph.: nec tamen admonita est poena popularis Aragnes cedere caelitibus; et caelicus, a, um; unde caelice, et caeliter adv. et hoc celeuma, tis ·i· clamor nauticus, eo quod ad caelum deferatur. Dicitur quoque generaliter pro quolibet clamore; unde Hieronymus super Isaiam: nequaquam in vindemiis laetus vindemiator celeuma cantabit. Et caelicus, a, um ·i· caelestis, et hic et haec caelebs, ibis ·i· vitam caelestem

agens; unde hoc caelibatum, ti ·i· virginitas; unde Marcianus Capella: constituit pellere caelibatum. Caelum componitur hic caeligena, ae, et hic caelicola, ae. Sciendum autem quod hoc verbum celo aliquando dicitur pro pingere, et pro sculpere, teste Marciano, qui participium sic ponens ait: celatam ex hebeno pinacem afferebat; et tunc inde dicitur haec celatura, rae ·i· pictura; unde Homerus: accipit insignem vario celamine balteum; et haec celeptia ·i· quoddam genus mitrae, et haec celox ·i· navis. Plautus in Asinaria: quo hanc celocem conferam? Celo componitur concelo, as.

Cano, nis, cecini, verb. neut. et caret supino. Inde hic cantor, is, et haec cantrix, cis, et haec cantio, is, et hic cantus, us, tui, et hoc cantum, ti, quod et pro cantu dicitur, et pro medietate rotae ubi radii inseruntur; unde Persius: vertentem sese frustra sectabere cantum. Item a cantu haec cantilena, ae, et hoc canticum, ci, et canto, as verb. activ., unde verbalia; et cantito, as verb. frequent.; unde Augustinus de civit. Dei in quarto: cur ludi scenici, ubi haec dictantur, actitantur, cantitantur. Canto componitur incanto, as; recanto, as; decanto, as; excanto, as ·i· diseantare, et ab istis verbalia. Item a cano hic canor, ris; unde canorus, a, um, et hic cantharus, ri ·i· magnus scyphus, qui cantando depotatur; unde Iosephus de antiquitatum historia in septimo: ex quo Salomon cantharos optimos effecit, cum templum aedificaret. Dicitur quoque hic canterius, rii ·i· equus castratus; unde Plautus: ego faxim ut mali qui superant equi sient viliores gallicis canteriis. Item a cano haec camoena, ae ·i· musarum generale nomen, et dicitur

camoena quasi canens amoena, et haec canna, ae ·i· rosel: unde hoc cannetum, ti ·i· locus ubi cannae crescunt, et haec cannula, ae, diminut. et haec cannabis, is ·i· chorda; unde Persius: tibi torta cannabe fulto caena fit in transtro. Item a praeterito cecini hic cygnus, ni, eo quod bene canat; et inde hic cygnulus, li, diminut. et cygninus, a, um, et cygneus, a, um, et secundum quosdam concinnus, a, um dicitur a cygno ·i· concors, et consonans, sicut cantus cygnorum; et inde concinne adv. ·i· concorditer et consonanter, et concinno, as verb. act. ·i· aliquid concorditer et composite agere; et inde concinnatus, concinnatio, et concinnatim ·i· consonanter adv. Item a cano pluraliter cantes, tum ·i· fistulae organorum in quibus cantus temperatur, et ut Marciano placet, Cantes dicuntur Deae ornamentorum; unde idem ait: quippe illae Cantes dicebantur, et quicquid apprehenderant venustabant. Cano componitur concino, is; unde hic concentus, us ·i· cantus. Recino, is, praecino, is, unde hic praecentor, et hic praecentus, tus. Succino, is, subcanere; inde hic succentor, is, quasi subcantor, et hic succentus, tus, subcantus. Occino, is ·i· canere; unde hic occentus, tus ·i· cantus, et occento, as verb. freq. ·i· canere; unde Augustinus de civitate Dei in secundo: si quis occentavisset, vel carmen condidisset. Dicimus quoque occano, nis, ui; unde Sallustius: iussu Metelli Celeris cornicines occanuere tubis. Componitur etiam cano cum aliis multis partibus, ut istae: hic cornicen, nis; unde haec cornicena, ae: hic tibicen, nis; unde haec tibicina, nae: hic cecuticen, is, qui canit cum cecuta; unde haec cecuticena, ae: hic lyricen, nis; unde lyricina, ae: hic oscen, nis

·i· avis quaelibet ore canens; unde Marcianus Capella: quibus formare solitus et volucrum diversos meatus, et oscinum linguas. Componitur quoque cum aliis multis partibus, de quibus alibi loquemur.

Candeo, es, ui, verb. neut.; inde candesco, is, verbum inchoativum, quod componitur incandesco, is, et recandesco, is, et excandesco, is. Item a candeo candidus, a, um, quod comparatur candidior, candidissimus; unde candide, candidius, candidissime adv. et candidulus, a, um, aliquantulum candidus; unde candulus, a, um per syncopam ·i· per mediae syllabae substractionem; unde Iuvenalis: praebenda est gladio pulchra haec et candula cervix. Dicimus quoque candiculus, a, um ·i· candidus; unde Marbodus in libello de lapidibus: tertia candiculis tribus est inscripta lituris. Item a candeo candor, ris; et candidatus, a, um, ·i· dealbatus, a, um; et haec candela, ae, eo quod incensa candeat; et inde hoc candelabrum, ri; et candico, as ·i· candere; unde Marcianus Capella: ipsius canities pruinosis nubibus candicabat; et inde verbalia. Item a candeo plur. candes, dium ·i· vasa fictilia quaedam, et candidarius, rii ·i· pelliparius qui coria facit alba. Candeo componitur excandeo, es, et recandeo, es, et incandeo, es.

Caleo, es verb. neut. et caret supino; inde calidus, a, um, quod comparatur calidior, calidissimus; unde calide, calidius, calidissime adv. et haec calliditas, is, et hic calamacus, ci ·i· quoddam genus strictae mitrae, et dicitur calamacus, quasi calorem machinans, eo quod stricta sit, et capiti impressa; unde Iosephus in secundo: super caput gestat pileum in modum parvi calamaci. Item a caleo hic calamus, quia

ex inmisso flatu calescit; unde haec calamitas, tis ·i· miseria, quia est inanis et vacua ad instar calami; et inde calamitosus, a, um ·i· miser et calamitate plenus, et hoc calamistrum, tri ·i· quoddam genus acuum, unde coma discriminatur; et inde calamistratus, a, um ·i· calamistro ornatus, et calamistratulus, a, um diminut. et in eodem sensu; unde Hieronymus in epistolis: cincinnatulos pueros, et calamistratulos, et peregrina unguenta olentes devita. Item a caleo hic calor is, et hoc caliendrum, ri ·i· mitra, et generaliter quicquid caput involvit, unde maiorem calorem contrahat; unde Horatius in Sermonibus: altum saganae caliendrum. Et calesco, is, verb. inch. quod componitur recalesco, is; et occalesco, is; unde Ovidius metamorph. in quinto: osque meum sensi pando occalescere rostro. Item a caleo hic calybs, bis, quoddam genus durissimi ferri, quod gallice vocatur acer; et hic calix, cis; unde hic caliculus, li ·i· parvus calix, et hic calo, nis ·i· lignorum portator; unde Horatius in Sermonibus: hunc permixere calones. Caleo componitur recaleo, es; et occaleo, es ·i· caleo, et calefatio, is.

Caneo, es, nui, verb. neut. et caret supino. Inde canesco, is, vel canisco, is, quod magis in usu reperitur; et canus, a, um, quod comparatur canior, canissimus; unde cane, canius, canissime; et haec canicies, ei, et canutus, a, um; et plur. cani, canorum, capilli scilicet qui citius in capite caniscunt, et haec canitudo, is ·i· canicies; unde Plautus: stultum est, inquit, adversus aetatem et huius capitis canitudinem. Canus componitur incanus ·i· valde canus; unde Ovidius metamorph. in quinto: labra incana si-

Digitized by Google

tu. Item a caneo hoc canistrum, tri ·i· quoddam genus vasis, quod, ut Rabano placet, dicitur a canna, eo quod cannis intexatur; et inde hoc canistellum, li, diminut. Caneo componitur incaneo, es, et recaneo, es.

Calco, as, avi, tum, tu, verb. act. et inde verbalia; et hoc calcar, ris, et hic calcaneus, ci ·i· talonus, qui et talus, et cals dicitur: calsque pro fine cuiuslibet rei ponitur, sicut dicimus in calce libri ·i· in fine libri; et inde calcio, as, verb. act. unde hoc calciamen, nis, et hoc calciamentum, ti, et haec caliga, ae; unde haec caligula, ae. Et hic calcitro, nis ·i· rusticus qui intemperate calcat; unde Plautus in Asinaria: clamat siquem videt ire ad se calcitronem. Calcio comparatur discalcio, as, et recalcio, as, et excalcio, as, et ab istis verbalia. Item a calcio, hic calculus, li ·i· lapis parvus, quales solent esse in fundo fontis; unde Ovidius: nitet omnis ad imum calculus; et inde calculo, as, verb. act. ·i· numerare; unde hic calculator, ris, et calculatorius, a, um, et calculatus, a, um, et haec calculatio, nis, et calculatim ·i· numeratim adv. et hic calcus, ci ·i· quarta pars oboli, minima pars ponderis, et hoc calcidicum, ci, foris deambulatorium. Item a calco hic cacula, ae ·i· servus, et nuntius curratilis; unde Plautus: video caculam militarem. Et haec calcis, is ·i· lapis minutissimus, eo quod sine molestia calcetur; cui contrarius est scrupus, et scrupulus ·i· lapis, qui cum inciderit in calciamentum gravis fit et intolerabilis. Calco componitur inculco, as, et reculco, as, et deculco, as, et proculco, as, et ab istis verbalia.

Corona, ae; inde haec coromula, ae, et haec corolla, ae ·i· parva corona; unde hoc corollarium, rii

·i· coronae praemium; unde Boethius de consolatione philosophiae: ita ego quoque tibi veluti corollarium dabo: et corono, as, verb. act.; et inde verbalia. Item a corona, hic chorus, ri, eo quod in modum coronae ducatur; et inde hic chorulus, li, diminut. et hic choraula, ae ·i· ille qui chorum ducit, qui aliter dicitur choraules, lis; unde Iuvenalis: aut glaphyrus fiet pater ambrosiusve choraules; et hic choricista, ae ·i· ille qui cum choro canit, qui etiam dicitur hic choricanus, ni. Item a corona hic corymbus, bi ·i· fructus hederae, quia inde coronabantur antiqui; unde Ovidius metamorph. in tertio: et gravidis distinguit vela corymbis.

Cumbo, is, cubui, cubitum, tu, verb. neut.; inde hic cubitus, us, et inde hic et haec cubitalis, et hoc le; quod componitur bicubitalis, et hoc le, et tricubitalis, et hoc le, et hoc cubile, lis; unde hoc cubiculum, li, et hic cubicularius, rii ·i· cubiculi custos; et inde cubicularia in eodem sensu. Item a cumbo, is, cubo, as, ui, et cubavi, et facit supina in atum; inde verbalia. Et hoc cubatorium, rii, quod aliquando dicitur pro lecto, aliquando vero pro aliqua re ubi annitimur. Et componitur recubo, as; et decubo, as; et accubo, as; et occubo, as; unde Statius Thebaidos: sed tunc pedes occubat arvis. Item cubo componitur incubo, as; unde hic incubator, ris, et hic incuba, ae, qui super incumbit. Concubo, as; unde hic concuba, ae, ·i· ille qui pariter cumbit, et haec concubina, ae; unde haec concubinula, ae, diminut. et hic concubinatus, tus. Quintilianus de causis: id vero cuius dementiae est? in concubinatum iuniores eliguntur. Componitur quoque excubo, as ·i· vigilare;

unde hic excubitor, ris, et excubiae, arum, et excubito, as, verb. freq. Et notandum, quod similiter ex omnibus verbis supradictis ducuntur frequentativa, licet in usu * reperiantur; dicimus enim recubito, as; et occubito, as; incubito, as; succubito, as; et concubito, as, et ab omnibus istis verbalia. Cumbo quoque componitur recumbo, is; decumbo, is; et accumbo, is; unde hic accubitus, tus; incumbo, is; discumbo, is; subcumbo, is; procumbo, is; occumbo, is; concumbo, is; unde hic concubitus, tus.

* Ita cod. sine *non*.

Canis, is; inde caninus, a, um, et haec canicula, ae, pro quadam stella; unde Persius: insana canicula messes iamdudum coquit. Item ab hoc nomine, quod est canis, hic catellus, li; unde hic catellulus, li, et hic catulaster, tri, ambo pro parvo; et hic catilio (1), nis ·i· gluto, et degulator, et catiliosus, a, um ·i· avidus, et gulosus, sicut catulus est ad escam. Notandum autem quod canis dicitur cynos, sed generico tamen modo; inde cynicus, a, um ·i· caninus; et cinaedus, a, um, similiter caninus; sed ambo tamen dicuntur pro quibusdam scholasticis, qui more canum omnia corpori attribuebant; Iuvenalis: castigas turpia, cum sis inter socraticos notissima fossa cinaedos. Persius: si cynico barbam petulans nonaria vellat. Hinc etiam dicitur, hic cynifex, is, et haec cynomia, ae, ambo pro muscis, quae maxime circa canes solent volitare.

Curro, is, cucurri, cursum, su, verb. neut. Inde cursor, ris, haec cursio, nis, hic cursus, us, et hic et haec cursilis, et hoc le ·i· ad currendum fa-

(1) Etiam p. 80. in ms. est *catilio*, quod retineri debet.

cilis ; et inde cursiliter adv., et hic currus, us ; unde hic curriculus, li, diminut., et curriculo adv. ·i· cito ; unde Plautus : licet vos abire curriculo. Item a curro cursim adv. et curso, as verb. frequent. unde verbalia ; et hic et haec cursatilis, et hoc le, ·i· ad cursandum habilis ; et inde cursaliter adv. et cursito, as, aliud frequentativum ; et inde verbalia. Et hic et haec et hoc currax, cis ·i· velox, et cursu potens ; unde Iosephus de antiquitatum historia in sexto : qui tunc in camelis curracibus ascendentes evadere vix potuerunt ; et inde curraculus, a, um ·i· diminut. ·i· aliquantulum velox. Item a curro, hoc cribrum, ri, quasi currifrugum, eo quod per illud decurrat frumentum ; et hoc crus, unde hoc crusculum, li ·i· parvum crus ; unde Plautus : extortis talis cum crocotillis crusculis. Curro componitur incurro, is ; unde hic incursus, us, et incurso, as. Decurro is ; unde hic decursus, us ; et decurso, as, et decursim adv. ·i· fugaciter. Recurro, is ; unde hic recursus, us ; et recurso, as. Discurro, is ; unde hic discursus, us ; et discurso, as, et discursim adv. ·i· passim, sparsim. Accurro, is ; unde hic accursus, us ; et accurso, as. Occurro, is ; unde hic occursus, us ; unde Virgilius : occursare capro, cornu ferit ille, caveto. Excurro, is ; inde hic excursus, us ; et excurso, as. Componitur quoque curro percurro, is, et praecurro, is, et circumcurro, is, a quibus nihil venit.

Crepo, as, crepui, crepitum, tu, verb. neut. Inde hic crepor, ris ·i· sonitus, et haec crepido, nis ·i· riparum summitas ; unde Iuvenalis : nulla crepido valet ; hic crepus, pi ·i· sacerdos Iovis, quod aliter dicitur flamen, et dialis, et lupercus ; et dicitur crepus a pel-

libus percussis, et haec crepida, ae ·i· quoddam genus calciamenti; unde Persius: non hic, qui in crepidas Graiorum ludere gestit; et hic crepitus, us, et hoc crepitaculum, li ·i· sonitus, et crepito, as verb. freq. ·i· saepe crepare; unde Iuvenalis: quaeque salutato crepitat concordia nido; et inde verbalia; et hic crepitatus, us. Et componitur increpito, as; concrepito, as. Item a crepo hoc crepundium, ii ·i· cunabulum, li, et hoc crepulum, li ·i· dubia lux, hora scilicet illa de qua dubitatur, utrum magis nocti vel diei sit vicina; et inde creperum adv. ·i· dubitanter; unde Marcianus Capella: creperum sapis, inquit. Et iterum: cum creperum lux alma micat geminata decore; hinc etiam tractum est hoc crepusculum, li ·i· lux; et creperius, a, um ·i· dubius. Item a crepo, is, crepui, vel crepivi, verb. neut., et caret supino ·i· crever. Et per compositionem decrepitus, a, um, eo quod iam crepare, ·i· aperte loqui, defecerit. Crepo componitur discrepo, as, et concrepo, as, et increpo, as, et ab istis verbalia.

Celleo, es, ui, verb. neut. sed non est in usu; inde celsus, a, um, quod comparatur celsior, celsissimus; unde celse, celsius, celsissime adv. et haec celsitudo, nis, et celticus, a, um ·i· nobilis. Celsus componitur excelsus; et notandum quod celsus secundum Rabanum componitur a caelo, similiter excelsus. Celleo componitur excelleo, es; unde hic et haec et hoc excellens, quod comparatur excellentior, excellentissimus; unde excellenter, excellentius, excellentissime adv. et haec excellentia, ae. Dicimus etiam cello, is, quod non est in usu, sed componitur percello, is ·i· percutere, et excello, is ·i· superare vel superesse di-

gnitate. Et sciendum quod praeteritum ab excelleo facit excellui, praeteritum vero ab excello facit exculi, sicut a percello, is, perculi, teste Prisciano.

Colo, is, colui, cultum, tu, verb. act. Inde hic cultor, ris, haec cultrix, is, et haec cultura, rae, et hic colonus, ni, ·i· terrae cultor, quod componitur hic agricolonus, ni, et haec colonia, ae, ·i· civitas, vel villa quaelibet a novis instituta colonis; unde Plautus in Aularia: post haec quid habeo nisi ut commutet coloniam? Item a colo cultus, a, um, quod componitur incultus, a, um; et hic cultus, us, et hic colus, li, et haec cola, ae, folliculus, de quo fel effunditur, quod et pro ipso felle accipitur; et hic colossus, si, aliqua res in memoriam alicuius mortui facta, sicut tumuli et imagines apud antiquos, et dicitur colossus quasi colens ossa; unde Ambrosius super Hegesippum: in templo medio colossum constituit Augusti. Et in eodem: tribus colossis ingentibus totam porticus illius gratiam venustavit. Item a colo haec columna, ae; unde haec columnula, ae, diminut. et haec columnella, ae, similiter diminut. unde Iosephus in octavo: quattuor columnellae quadrangulae stantes; et hoc columbar, ris ·i· quoddam genus vinculi, vel catena in qua collum constringitur; unde Plautus: collum in columbari haud multum poterit; item a collo hoc cultrum, tri; unde hoc cutellum, li, et haec cultura, ae ·i· pulvinus qui sub nobis iacet, quod gallice vocatur cuilta; et hoc colemma, tis ·i· commixtio olei ex qua luctatores in palaestra ungebantur; unde Marcianus Capella: niloticae fruticis colemmata notabantur. Item a colo hoc colustrum, tri ·i· novum lac, quod cito coagulatur, et hic coluber, ri, eo quod colat umbras; unde hic

coluberculus, li, diminut. et columbrinus, a, um, et hoc colificium, ii ·i· panis qui post meridiem, vel post primam laborantibus datur; unde Iuvenalis: comedunt colifia paucae. Item a colo hic colifaria, ae ·i· bos operarius, et secundum Isidorum hic et haec cliens, entis; unde hic clientulus, li, diminut. et haec clientela, ae ·i· servitium; unde Terentius: Thais commendavit se patri in clientelam; et dicitur cliens quasi coliens a pluribus colendis. Item a colo pluraliter colomelli, orum ·i· dentes longiores, qui et maxillares, et genuini dicuntur, et pluraliter cunae, arum, eo quod ab infantibus incolantur; unde hoc cunabulum, li, et hic cuniculus, li ·i· quoddam genus machinarum ad instar cunarum caute ad urbes capiendas sub terra factum; unde Hieronymus super Isaiam in quinto libro: insidiis eam civitatem, et cuniculis dicunt superatam. Hinc etiam Ambrosius super Hegesippum: Iohannes, inquit, princeps seditionum cuniculum sufodit. Item a colo, hoc columen, is ·i· alacritas; unde Homerus: hinc patriae columen pugnat mavortius Hector; et inde haec incolumitas, is; et a colo per compositionem hic incola, ae, et hic accola, ae, et hic incolatus, tus ·i· cultus, et mansio; unde psalmista: incolatus meus prolongatus est; et componitur recolo, is; et incolo, is, et excolo, is; unde hic et haec et hoc excolens, is, quod aliquando dicitur pro hoc nomine quod est parvus, et pro delitiose paratus; et tunc comparatur excolentior, excolentissimus, cuius comparativum posuit Iohannes Cassianus: sic excolentiores cibi animae non adimunt puritatem, si cum moderatione sumantur; et inde adverbalia excolenter, excolentius, excolentissime; hinc quoque tractum est

excolicus, a, um ·i· bene cultus; unde Marcianus Capella: excolicum praestruxit axioma.

Collum, li; inde hoc collulum, li, diminut. et hoc collarium, rii, vinculum de collo canis, et colaphus, phi ·i· alapa, quae collo imprimitur; unde colaphizo, as ·i· alapare, et inde verbalia. Item ab hoc nomine, quod est collum, hic collis, huius collis; unde hic colliculus, li; et decollo, as per compositionem; unde decollator, decollatio, decollatus; et pluraliter collibia, orum ·i· parva munuscula, et diversa poma, et hoc collyrium, rii ·i· quaelibet superunctio, et haec colima, mae ·i· calamus cum spica sua, et haec collyrida, ae, ·i· panis tenuis, et quasi subcinericius; unde Iosephus in septimo: Thamar consparsas faciens collyridas, easque frigens obtulit fratri; et hoc colobium, bii, ·i· pallium virginale ad talos usque diffusum, et manicatum, et dicitur colobium quasi collobium .i. a collo depensum; unde idem Iosephus in eodem: Thamar dolens iniuriam, et violentiam, dirupto colobio quibus antiquae virgines utebantur, sic ibat. Et sciendum quod partes supradictae, non secundum sensum, sed secundum litteram, a collo dicuntur.

Castigo, as, avi, atum, tu, verb. activ. inde castigator, castigon, is, castigatus, a, um; unde castus, a, um, per syncopam, quod comparatur castior, castissimus; unde caste, castius, castissime adverb. et haec castitas, is, et haec castimonia, ae; et per antiphrasin haec castimagia *, ae ·i· ventris ingluvies, eo quod minime faciat castos, et hoc ceston indeclinabile ·i· cingulum Veneris, et dicitur ceston, eo quod in feminis maritatis signum sit castitatis; unde Statius Thebaidos: quae pessima ceston vis probat. Castus

* *gastrimargia.*

componitur incestus, a, um; unde incesto, as ·i· inpudicare, verbum activ. et inde incestator, incestatus, incestatio. Item ab hoc nomine, quod est castus, castro, as, verb. activ. castrator, castratus, castratio, et hic castor, is ·i· animal quoddam, quod aliter dicitur fiber, gallice autem bevere; et dicitur castor, eo quod venatoribus sequentibus, se ipsum castret; unde Iuvenalis: imitatus castora qui se eunuchum facit; et hoc castrum, tri, eo quod ibi quasi castrati vivant; unde hic et haec castrensis, et hoc ense, et hoc castellum, li, diminut. et inde hic castellemnus, ni, et hoc castellulum, li, et hoc casterium, rii ·i· locus ubi remi collocantur; unde Plautus in Asinaria: si remum reposui sola ego in casterio; et inde per compositionem procastrium trii ·i· locus extra castra. Castigo componitur recastigo, as.

Cera, ae; inde cereus, a, um, et ceruleus, a, um ·i· flavus ad instar cerae, et hic cereus, ei; unde cereolus, li. Componitur hic primicerius, rii, ille qui ante regem deportat cereum; et hic ceroferarius, rii, ille qui cereum portat, vel ille qui defert ad vendendum. Item a cera haec Ceres, ris ·i· Dea frumenti, quod et aliquando pro ipso accipitur frumento; unde Statius Thebaidos: alii cumulare canistris perdomitam saxo Cererem; et inde hic et haec cerealis, et hoc le, et hic cèreasius, sii ·i· pistor qui ad modum cerae deducit pastam, et hoc cerealium, ii, ·i· domus ubi panes inciduntur, et administratio paratur; et hic ceramius, mii ·i· figulus qui sicut ceram ita fingit argillam; et hoc ceroma, tis ·i· confectio quaedam ex multis herbis; unde Iuvenalis: femineum ceroma quis nescit? Item a cera hoc cerotum,

ti ·i· conmixtio herbarum, et unguentorum. Et per compositionem sincerus, a, um, quasi sine cera ·i· sine mollitie; et comparatur sincerior, sincerissimus; unde sincere, sincerius, sincerissime adv. et haec sinceritas, tis. Et pluraliter caerimoniae, arum ·i· festivitates cum ceris factae; unde hic et haec caerimonialis, et hoc le. .

Careo, es, caritum, tu, et cassum, su, verb. neut.; inde cassuus, a, um, et cassabundus, a, um ·i· cassus, et frustratus, et cassum adverb. quod non est in usu; sed componitur incassum ·i· frustra, et hic cassis, dis, pro galea, eo quod intus sit cassuus, et haec cassis, is pro rete; unde Ovidius Metamorph. in quinto: nec posuit studiosius altera casses; et inde cassiarius, rii ·i· retiarius, qui retia facit, et haec cassicula, ae ·i· parvum rete. Item a careo haec caries, ei ·i· putredo, eo quod soliditate careat. Componitur sinceres, rum, quod tamen pluraliter dicitur ·i· purus, et dicitur sinceres quasi sine carie ·i· sine faece; et inde cariosus, a, um ·i· putridus, et cario, as ·i· putrescere; unde Marcianus ponens participium ait: cariantem tripodem, crepidasque situ marcidas. Item a careo, hoc carenum, ni ·i· mustum, eo quod fervente parte careat. Et carino, as, verb. neut. ·i· arguere, et conviciari; unde carinator, is ·i· conviciator, et maledicus, et carisa, sae ·i· vetus lena et litigiosa; unde et fallaces ancillae carisae dicuntur, quia veritate carent; et haec carex, cis ·i· rosel, eo quod robore careat; et inde hoc caretum, ti ·i· locus ubi carex crescit; unde Virgilius; et cum clamarem, quo nunc se proripit ille? Tityre coge pecus, tu post careta latebas. Item a careo haec cartilago, is ·i· na-

ris et auris ossea teneritudo, eo quod dolore careat dum flectitur.

Calvo, as, non est in usu; sed inde dicitur calvus, vi; unde hic calvulus li, et hic calvaster, tri, ambo diminut. et haec calvities, ei, et hoc calvitium, tii, et haec calvaria, ae ·i· locus patens inter supercilia; unde in evangelio legimus quod locus, in quo decapitabantur latrones, locus calvariae appellatur, propter scilicet calvarias abscisorum capitum quae ibi iacebant. Calvo componitur decalvo, as; unde decalvatus, a, um, et decalvatio, nis. Notandum quoque quod dicimus etiam calvo, is, calvivi, et calvii, itum, itu, verb. activ. ·i· decipere; inde verbalia. Et haec calumnia, niae; unde calumniosus, a, um; unde calumniose adv. et calumnio, as verb. activ. unde calumniator, calumniatus, calumniatio. Et componitur recalumnio, as.

Cado, is, cecidi, casum, su, verb. neut. Inde hic casus, us; unde et hic et haec casualis, et hoc le, et casualiter adv. Et hoc cadaver, is; unde cadaverosus, a, um. Et haec casia, ae ·i· quaedam herba, cuius flos cito decidit; unde Persius: haec sibi corrupto casiam dissolvit olivo. Item a cado hic cadus, di, pro vase quod gallice dicitur baril, et inde hic cadulus, li, diminut. A cado et haec casa, ae ·i· parva domus; unde Virgilius: atque humiles habitare casas, et figere cervos; et inde haec casula, ae, diminut.; imo ita dicta, quia ad instar parvae casae totum hominem tegit. Item a cado haec casona, ae ·i· acus quo mulier caput scarpit, eo quod cadere faciat inmunda; et caducus, a, um, et cadabundus, a, um ·i· crebro cadens, et hic caudex, cis ·i· truncus, et dicitur hic caudex, quasi casum dans: unde Teren-

tius: in me quidvis horum convento, quae sunt dicta in stultum, caudex stipes asinus plumbeus. Quidam autem asserunt, quod caudex dictus est a cauda, eo quod truncus sit, quasi arboris cauda, quod facile concedendum est. Item a cado hic caseus, ei; unde hic caseolus, li, diminut. et hic caducarius, rii ·i· ille qui alicuius bonis herede carentis cadit. Et pluraliter cadula, orum ·i· frusta ex adipe, quia particulatim cadunt, et haec caducea, eae ·i· virga Mercurii, quia somnos cadere compellebat, quae etiam pacifera fuit; unde et caduceatores dicimus eos, qui pacis gratia inter duas regiones ferunt legationem. Cado componitur occido, is; unde occiduus, a, um, et hic occasus, us, et hic occidens; unde et hic et haec occidentalis, et hoc le; et secundum quosdam hic oceanus, ni; sed melius dicitur ab occe (ὠκὺς) greco ·i· velox, et inde occius adv. ·i· velociter, et occissime similiter adv. ·i· velocissime. Item cado componitur recido, is; unde reciduus, a, um ·i· tantum cadens, et recidivus, a, um, renovatus; unde reciduo, as verb. activ. ·i· renovare, et hoc recidina [1], tis ·i· vestis tenuis ad sumendum et reiciendum apta; unde Iuvenalis: rusticus ille tuus sumit recidina [2] Quirine. Componitur etiam cado excido, is; unde exciduus, a, um, ·i· quod facile cadit. Decido, is; unde deciduus, a, um, ad cadendum facilis. Succido, is, quasi subtus cado; unde succiduus, a, um, ad cadendum paratus; unde Claudianus: succidui titubant gressus. Item cado componitur procido, is, et incido, is. Et

(1) Cod. *recidina*, qua lectione deleta, factum est in eodem cod. *recidivina*.

(2) Cod. heic *recidiviva*. Variat autem lectio apud Iuvenalem III. 67. in codicibus.

notandum quod omnia composita a cado carent supinis, et omnia dicuntur pro cadere.

Cresco, is, crevi, verb. neut. et caret supino; inde hic et haec crescibilis, et hoc le, et haec creta, ae, et hoc crementum, ti ·i· semen virile, teste Isidoro; unde etiam Iosephus in primo: crementum ad libidinem suo potius nutrivit in corpore. Item a cresco, crassus, a, um, quod comparatur crassior, crassimus * ; unde crasse, crassius, crassime adv. et haec crassitudo, is, et crassulentus, a, um ·i· crassus: et crasso, as, quod non est in usu; sed componitur incrasso, as; unde incrassatus, a, um, et haec incrassatio, nis. Cresco componitur subcresco, is, et increscо, is; unde incretus, a, um, et hoc incrementum. Concresco, is; unde concretus, a, um, et concretim adv. ·i· conglobatim. Componitur quoque decresco, is, et excresco, is; unde excretus a, um, et hoc excrementum, ti ·i· illud quod excrescit; unde Lucanus: sic pallida rodit excrementa manus.

* Ita cod.

Cor, cordis; inde cordus, a, um ·i· serotinus; unde et uvae, quae tarde maturescunt, cordus dicuntur; et hoc corculum, li ·i· parvum cor; unde Plautus: ego sum liber in meum corculum melculum verculum. Item ab hoc nomine, quod est cor, cordatus, a, um ·i· sapiens; unde Eliu in libro Iob: viri cordati audite me; unde etiam Augustinus de civitate Dei: cum diis victis illa scriberentur, cordatos homines cogebat mentiri; et cordacitus adv. ·i· cordetenus; unde Sidonius: prudentius, inquit, cordicitus * insitum est. Item ab hoc nomine, quod est cor, haec chorda, ae; unde chordula, ae, et hic chordacista, ae ·i· cantor qui cum chorda canit. Et componitur dechacordus, a, um ·i·

* Ita cod.

decem chordarum, et cordaicus, a, um •i• cordis pulsum patiens; unde Iuvenalis: cordaico numquid cyathum missurus amico. Quidam tamen dicunt cardiacus sub eodem sensu; sed melius dicere cordiacus, ut sensum littera sequatur, cordiacus qui cor hians habet propter sitim. Item ab hoc nomine, quod est cor, cordate adv. •i• honeste et convenienter. Et per compositionem hic cōredulus, li •i• avis quaedam quae cor citius edit, et hoc praecordium, dii •i• intestinum, eo quod praesit cordi; unde hic et haec praecordialis, et hoc le, et praecordialiter adv. Item cor componitur hic corbius, bii •i• ille qui duplex habet cor, quod etiam corbinius dicitur, quasi binum habens; et hic chorepiscopus, pi •i• episcoporum vicarius; et haec cordiaria, riae •i• cella interior, quae quasi cor clavibus custodita; et hic et haec et hoc excors, dis •i• iners, et fatuus; unde Horatius in Epistolis: sub domina meretrice fuisset turpis et excors; et dicitur excors, quasi extra cor. Item componitur hic et haec et hoc concors, is, quasi eiusdem cordis; unde concordiosus, a, um, et concorditer adv., et haec concordia, ae, et hic et haec et hoc discors, is, quasi ab alterius corde; et inde discorditer adv. et discordia, ae, et discordiosus, a, um; unde Augustinus de civit. Dei in secundo: quantum malum fuit discordiosi certaminis, quod fratrem Romuli coegit occidi. Item a cor componitur hic et haec et hoc socors, is •i• ignavus quasi seorsum a corde; et inde haec socordia, ae •i• ignavia, et socorditer adv. et hic et haec hoc misericors, dis, quasi miserum cor habens, super aliquem afflictus; et inde misericorditer adv. et haec misericordia, ae, et hic et haec et hoc vecors, dis

·i· furiosus quasi vae habens in corde; et inde vecorditer adv. et haec vecordia, ae. Componitur quoque unicors, is, quasi unius cordis; unde unicorditer adv. et recordo, as, et recordor, aris; unde recordatus, recordatio, recordabilis, et recordabiliter adv.

Ceros graece, cornu latine; inde hic cervus, vi; unde haec cerva, ae, et hic cervulus, li, et cervinus, a, um. Et pluraliter ceraunia, orum ·i· saxa prominentia in mari ad instar cornuum; unde Horatius in Lyricis: qui vidit mare turbidum, et infames scopulos Acroceraunia; hinc etiam Lucanus ait: movit quoque Ceraunia nautis capra; unde et egloga, gae dicitur ·i· sermo de capris, sicut sunt eglogae Virgilii. Componitur etiam quoque hic rhinoceros, tis, similiter pro illo animali quod dicitur capricornus; unde Propheta: cuius fortitudo ut fortitudo rhinocerontis; unde Iuvenalis: et magno cum rhinoceronte lavari. Componitur quoque ceros monoceros, tis ·i· animal quod vocatur unicornis, eo quod unum cornu habeat in fronte.

Cluo, cluis, clui, verb. neut. et caret supino ·i· defendere; inde hic clipeus, ei; unde hic clipeolus, li, dimin. et haec clipeola, ae, ·i· anulus, eo quod sit rotundus ad instar clipei, et clipeatus, a, um ·i· clipeo protectus; unde Ovidius Metamorph. in tertio: crescitque seges clipeata virorum. Notandum quoque quod cluo dicitur pro splendeo, teste Prudentio de Psychomachia, qui ait: quod patria virtute cluis; et inde clyto, nis ·i· filius regis, vel ille qui multum resplendet nobilitate; quod componitur inclytus, a, um ·i· nobilis; unde inclyte adv. Item a cluo quando dicitur pro defendendo hic clunis, nis ·i· nates; unde Iuvenalis: clunem agitas ego te ceventem Sixte verebor; et inde

hoc cluniculum, li, teste Isidoro ·i· spatha ad clunes dependens; et hic et haec et hoc clemens, tis, teste eodem Isidoro, eo quod defendit, uti dominus clientem; et illud comparatur clementior, clementissimus; unde clementer, clementius, clementissime adv. et haec clementia, ae. Clemens componitur inclemens. Cluo componitur praecluo, is; unde hic et haec praecluis, is, ·i· valde fulgens. Notandum autem quod dicimus cleo, es ·i· gloriari, et aliquando dicitur proclivare, et etiam inde venit hic clivus, vi ·i· collis; unde clivosus, a, um, et proclivus, a, um, cernuus *, promptus, et intentus; et inde proclive adv. quod componitur improclive ·i· sedule, et intente; unde Terentius in Andria: si id non potero, id faciam proclive.

* Cod. *cervinus.*

Caedo, is, caecidi, caessum, su, verb. activ.; inde haec caedes, is; unde haec caedula, ae, diminut. et caesus, a, um; unde haec caesonia, ae ·i· quaedam parva caro quae apparet in fronte equi pulli, quando primum prodit ex alvo; unde Iuvenalis: totam tremuli caesonia pulli infundit. Item a caedo haec cervix, cis; unde cervicula, ae, diminut. et cervicosus, a, um ·i· superbus; et inde cervicose ·i· arroganter, et superbe, et hoc cervical, lis ·i· pulvinar, et haec cervica ·i· alapa, et caesim adv. ·i· divisim, artuatim; unde Quintilius *: membratim, inquit, caesimque dicimus. Item a caedo hic caeso, nis ·i· ille qui de ventre matris scinditur, et hic cincinnus, ni ·i· capillus qui prolixe dependet; unde Iuvenalis: altior hic quare cincinnus; et inde cincinnatulus, a, um ·i· capillatus, quasi magnos capillorum cincinnos habens; unde Hieronymus in quadam Epistola: cincinnatulos pueros, et calamistratulos, et peregrina un-

* Ita cod.

guenta olentes devita. Et sciendum quod cincinnus aliquando dicitur pro panniculo vetere et detrito, et tunc inde venit cincinnosus, a, um ·i· pannosus. Item a caedo hic caesor, ris, et caesius, a, um ·i· lenticosus, imo a scindendo dictum, quia qui lenticosus est, colorem non integrum, sed intercisum habet; unde Terentius in tertia comoedia: rufam ne illam virginem caesiam. Et per compositionem hic internicida, ae ·i· ille qui falsum testimonium commisit, et ob id quempiam interfecit; et inde haec internicies, ei ·i· mors, et hoc internicidium, dii ·i· occisio, interitus. Et pluraliter subcisiva, orum ·i· frusta illa, quae sutor abscindit de materia, eo quod de solea subtus scinduntur. Et hoc ancile, is, scutum rotundum, et dicitur ancile, quasi circumcisum; unde Ovidius: idque ancile vocant quod ab omni rotundum, quemque notes oculis angulus omnis abest.

Cido componitur occido, is; unde occisor, ris, occisus, a, um, occisio, nis, praecido, nis; praecisus, a, um, et haec praecisio, nis, et praecidaneus, a, um ·i· aptus ad scindendum. Concido, is; unde concisus, a, um, et haec concisio, nis. Circumcido, is; unde circumcisus, a, um ·i· aptum ad scindendum. Excido, is; unde excisus, a, um, et haec excisio, nis, et hoc excidium, ii ·i· destructio, vel eversio, quod vero quibusdam placet dicere a cado. Item cido componitur recido, is, et incido, is, et intercido, is, et ab istis verbalia.

Chiros graece, manus latine; inde chirurgicus, ci, ·i· medicus manu et ferri incisione operans; unde haec chirurgia, ae, ·i· ipsa manuum eius operatio, et haec chiragra, ae ·i· manuum infirmitas, sicut podagra

dicitur infirmitas pedum ; unde Persius : sed cum nodosa chiragra fregerit articulos. Item a chiros haec chirotheca, ae, per compositionem ·i· manuum tectura, vel manuum repositorium ; nam theca dicitur scrinium ubi reponitur aliquid ; et hic chiromanta, ae ·i· ioculator quilibet, qui manu sua ludit cum cultellis ; unde Iuvenalis : et chironomanta volanti cultello.

Caeco, as, avi, tum, tu, verb. activ. ; inde caecatus, a, um, et caecatio, nis, et hoc caecamen, nis, et caeculto, as, verb. activ. ·i· caecare ; unde Plautus : num nam oculi mihi caecultant ? ubi est Hermio ? et inde caecultatus, a, um, et caecultio, nis. Item ab hoc verbo, quod est caeco, caecus, a, um ; unde haec caecitas, tis, et haec cecuta, ae, pro quadam herba, cuius sucus nocivus est oculis ; et inde caecutio, tis, caecutivi, et caecutii, itum, itu, verb. neut. ·i· caecare, et caecum esse ; unde Marcianus ponens huius verbi participium ait : caecutientisque Maeonii suaviloquam senectutem. Caecus componitur semicaecus. Caeco componitur excaeco, as ; et inde verbalia.

Claudo, is, clausi, usum, u, verb. activ. inde clausus, a um, et haec clausura, ae, et hoc claustrum, tri ; unde claustrellum, li, diminut. et hic et haec claustrensis, is, et hic et haec claustralis, et hoc le. Item a claudo, haec clausula, ae, et haec clavis, is ; unde, haec clavicula, ae, et hic clavicularius, rii ·i· ille qui claves portat, et hic clathrus, tri .i. repagulum, et truncus ; unde Horatius : obiectos valeat si frangere clathros. Clavis componitur hic claviger, ri, et haec conclavis, is ·i· cella, ubi thalamus, sub clave alterius domus clausa ; unde in libro Regum legimus esse dictum ad regem Syriae : est propheta in Israël

qui omnia novit quae loqueris in conclavi. Item a claudus, a, um, eo quod domi claudatur; et inde claudulus, a, um, diminut. et claudico, as, verb. neut. et inde verbalia, et claudicarius, a, um ·i· illud quod cito claudicat. Dicimus quoque claudeo, es, pro claudicare verb. neut., unde Caecilius: an ut sciatis ubi consilium claudeat; et inde haec clades, is; unde haec cladecula, ae, diminut. Claudo componitur includo, is, unde inclusor, ris, qui et inclusarius dicitur ·i· ille qui vicinorum claudit pectora profore facto; et inclusus, a, um, et inclusio, nis. Concludo, is; unde conclusor, ris, et conclusus, a, um, et conclusio, nis. Excludo, is; unde exclusor, ris, qui exclusorius dicitur ·i· ianitor ·i· qui foras excludit homines, et exclusus, a, um, et exclusio, nis. Intercludo, is; inde interclusor, ris, et interclusus, a, um, et interclusio, nis, et haec intercludo, nis ·i· interclusio; unde Iosephus in sexto: pro praesentibus ornamentis ciliciis intercludine solem viderent. Recludo, is; unde reclusus, a, um, et haec seclusio, nis. Notandum autem quod praeteritum a claudo secundum antiquos facit clusi; unde Quintilianus de causis: deinde miserrimos senes cluserat iam prope aegros; quod adhuc servatur in compositis, quia dicimus inclusit, et non clausit, et sic de ceteris.

Carrio, is, carrii, et carrivi, tum, tu, verb. activ. ·i· dividere; inde haec carruca, cae, eo quod currendo dividat terram, et hic carrus, ri, eadem ratione, et hoc carricutium, tii ·i· vehiculum quoddam altissimarum rotarum, et dicitur carricutium, tii, quasi carrus acutus. Et pluraliter carrinatores, rum ·i· carnium laniatores, vel lanarum carptores. Item a carrio haec ca-

rina, ae ·i· locus in media navi, in quo aquae putridae ex diverso collectae manant; unde et quidam volunt illud a carie dirivare ·i· a putredine, nos autem dicimus illud a carriendo ·i· dividendo, eo quod carina currens dividat aquas. Carina autem cum pars navis sit, dicitur tamen pro ipsa navi; sicut puppis cum sit cauda; et prora, cum caput eius.

Cedo, is, cessi, sum, su, verb. neut. inde a supino cessum, u mutata in o, fit cesso, as; inde verbalia; et cessabundus, a, um ·i· ille qui saepe cessat, et cessiosus, a, um ·i· ille qui saepe cedit, et cessim adv. ·i· gradatim; unde Marcianus: cessim plerumque recursitans gaudeat occupari. Item a cedo hic coetus, us, per antiphrasin ·i· congregatio multorum, eo quod minime cedat; vel coetus dicitur a coëundo; unde hoc cete indeclinabile pro quodam magno pisce, eo quod copiosus sit ad instar coetus; et inde hic cetarius, rii ·i· ille qui piscem illum vendit; inde Terentius in Eunucho: concurrunt mihi obviam laeti cupedinarii, cetarii; et cetarium, rii ·i· macellum ubi venditur cete, et locus in mari, ubi cete maxime habundat; unde Horatius in Sermonibus: plures adnabunt tinni, et cetaria crescent. Item a cedo, cedo verbum defectivum ·i· dic.; unde Terentius in Eunucho: qui te ergo aliud sollicitat cedo. Invenitur quoque cedite pro dicite; sed raro. Et cesso, is, quod non est in usu; sed componitur lacesso, is, lacessii, vel lacessivi, verbum activum ·i· provocare; et inde dicitur lacessitus, a, um ·i· provocatus, a, um. Componitur quoque incesso, is, similiter provocare; et decisso, is, cuius praeteritum facit descivi ·i· recedere, declinare; unde Ambrosius super Hegesippum: ubi neque Demetrius pecunia con-

ductos decissere a fide vidit. Cedo quoque componitur procedo, is; unde processus, a, um, et haec processio, nis. Incedo, is; unde hic incessus, us, et haec discessio, nis. Intercedo, is; inde intercessus, a, um, et intercessio, nis. Accedo, is; inde accessus, a, um, et hic accessus, us. Excedo, is; inde hic excessus, us. Item componitur, abscedo, is, et recedo, et concedo, et praecedo, et recedo, et secedo, et ab istis verbalia.

Corpus, ris, secundum Isidorum, dicitur a corrumpendo, eo quod cito corrumpatur *; inde hoc corpusculum, li, diminutivum, et corporeus, a, um, quod componitur incorporeus, a, um, et hic et haec corporalis, et hoc le, et corporaliter adverbium, et corpulentus, a, um ·i· crassus; et comparatur corpulentior, corpulentissimus; unde corpulenter, corpulentissime adv. et haec corpulentia, tiae ·i· crassitudo. Et corporo, as quod non est in usu, sed componitur incorporo, as; et inde verbalia. Corpus componitur bicorpor, et tricorpor, ambo omnis generis.

* Cod. *pat.*

Como, is, comsi, comtum, tu ·i· ornare, vel planare verbum activum. Inde comtus, a, um; quod comparatur comtior, comtissimus; unde comte, comtius, comtissime adv. et hic et haec comis, is ·i· facetus, et suavis; unde comiter adv. Item a como haec coma, ae; unde comatus, a um ·i· comas habens, et comatulus, a, um diminutivum; unde Hieronymus in quadam Epistola: comatulus, comtus, lascivus, domus tuae tecta non videant; et hic * cometa, ae ·i· quaedam stella crinita; unde Lucanus: mutantis sceptra cometae. Et como, as, verbum activum ·i· adornare; unde et comatores dicimus argenti exclusores, eo quod de sordida massa lucidum comant argentum; et inde ver-

* Cod. *haec.*

balia. Coma componitur auricomus, anguicomus. Item a como hoc coma, tis ·i· censura, iudicium, et hic et haec comes, tis, quod pro socio dicitur, quando est communis generis; quando vero pro comitate, masculinum; et tunc inde venit comitissa, ae, et comicium, cii, placita, quae multi faciunt comites; unde Plautus: ibo inquit intro ut de capite meo fiant comicia; et inde incomicio, as, per compositionem ·i· in comicium adducere; unde idem Plautus: licet nc inforare, si incomiciare non licet? et inde verbalia. Comes componitur vicecomes, et inde vicecomitissa, ae. A comite vero quando dicitur pro socio, comito, as, verbum activum; unde verbalia; et hic comitatus, us. Como componitur a como, is, et discomo, is, et ab istis verbalia.

Consulo, is, sului, sultum, tu, verbum activum. Inde consultus, a, um, quod comparatur consultior, consultissimus; unde consulte, consultius, consultissime adv. et hic consul, lis; unde hic consulatus, tus, et hic et haec consularis, et hoc re, et consulto, as, verbum neutrum, et inde verbalia. Item a consulo hic consultor, ris, et hoc consilium, lii; unde consiliolum, li, diminutivum, et hic consiliarius, rii, et consilior, aris, verbum deponens; unde hic consiliator, consiliatus, consiliatio, et hoc consiliatorium, rii ·i· locus consiliorum, et hic consus, si, consiliorum Deus, et ut alii volunt Neptunus. Consulo componitur reconsulo, is, et inde verbalia. Notandum quod consulo regit in diverso sensu duos casus; dicimus enim consulo tibi ·i· consilium do tibi, et consulo te ·i· consilium accipio de te.

Condo, is, condidi, itum, tu, verbum neutrum;

Digitized by Google

inde hic conditor, ris, et conditus, a, um, et haec conditio, nis; unde hic et haec conditionalis, et hoc le; et inde conditionaliter adv. et hic condylus, li, nodus; unde Marcianus Capella: ictibus crebris verticem complicatisque in condylos digitis vulnerabat; et inde condylomaticus, a, um ·i· nodosus, sicut dicimus eam passionem esse condylomaticam, quae plena pupillis grossis quasi nodis; et haec condylomata, tae ·i· quoddam genus glandium ad instar nodorum minutarum. Item a condo hic cuneus ·i· agmen, et hic condus, di ·i· quoddam genus scyphi, et secundum Isidorum, hic condo, nis ·i· gladiator, et hoc condalium lii ·i· anulus. Dicimus quoque condio, is, condivi, et condii, tertiae coniugationis productae ·i· saporare; et inde conditus, a, um, et hoc condimentum; ti. Condo componitur recondo, is; unde reconsus, a, um. Abscondo, is; unde absconsus, a, um.

Comminiscor, ris, comminucitus, sum, itum, tu, verbum deponens ·i· adinvenire; inde hoc commentum, ti, et commentor, aris, verbum deponens; unde hic commentator, ris, commentatus, a, um, et hoc commentarium, rii; unde hoc commentariolum, li, diminutivum. Item a comminiscor comminiscitus, a, um, et haec comoedia, ae ·i· vilicus cantus; unde comicus, a, um ·i· facetus; et inde comice adv. et hic comoedus, di ·i· comoediae scriptor, et comoedicus, a, um ·i· delectabilis; et inde comoedice adv. ·i· delectabiliter; unde Plautus: heus astiti et dulce et comoedice. Sciendum quod comminiscor potest dirivari a memini verbo, sicut et reminiscor.

Cura, ae; inde curiosus, a, um, et curiose adv. et curiositas, tis, et haec Curitis ·i· Iuno, quia anti-

quitus videbatur curam gerere de populo ; unde Marcianus : Curitim debent memorare bellantes ; hinc a cura hic curio, nis ·i· ille qui curam accipit de plebe et hic curilis * lis ·i· ille qui in Capitolio, vel in theatro praepositus erat, quod in hoc sensu in omnium fere comoediarum Terentii fine reperies. Dicitur quoque curilis pro quadam sella, quae in Capitolio consulibus proprie dabatur; unde Lucanus: vacuaeque curules. Curio componitur decurio ·i· ille qui praeest decem viris, et decurio quasi de curia existens. Item a curia haec curia, ae ; unde haec curiola, ae, diminutivum, et hic et haec curialis, et hoc le ; unde curialiter, et curiatim adv. Item a cura curo, as, verbum neutrum quoad est simplex; quum vero componitur, activum ; et componitur procuro, as ·i· curam de aliqua re suscipere ; et inde procurator, procuratus, procuratio. Componiturque accuro, as ; unde verbalia, accurator, accuratio, accuratus, quod comparatur accuratior, accuratissimus ; unde accurate, accuratius, accuratissime adv. Cura componitur securus, a, um ·i· seorsum a cura, quod componitur securior, securissimus ; unde secure, securius, securissime adv. et haec securitas, tis.

* Ita cod.

Civis, is ; inde civicus, a, um, et hic et haec civilis, et hoc le ; unde civiliter adv. et haec civitas, tis ; unde et haec civitatula, ae. Et pluraliter procestria, orum, per compositionem ·i· loca extra civitatem ; secundum alios vero procestria dicuntur loca degradata per quae murus ascenditur. Item ab hoc nomine, quod est civis, civico, as ·i· civitatem colere, verbum neutrum, et concivis.

Colus, li, aliquando dicitur pro convilla, aliquan-

do vero pro quodam intestino, ex quo stercora prodeunt; et tunc inde venit colicus, a, um ·i· coli infirmi*tatem* patiens; unde Macer de viribus herbarum: illius semen colicis cum melle medetur; et inde colo, as, activum ·i· purgare, quod etiam pro foras emittere dicitur, et pro liquefacere; et inde colator, ris, et colatorius, um, um, et colatus, a, um, et colatio, nis; et componitur excolo, as, et inde verbalia.

Cieo, es, cievi, vel civi, citum, tu, verbum activum ·i· properare; inde citus, a, um, quod et pro veloci, et pro agili dicitur; unde Terentius: citus puer natus est e Panphilo; et comparatur citior, citissimus; unde cite, et cito, citius, citissime adv. Et componitur percitus, a, um ·i· valde citus, et haec citrus, ri ·i· quaedam arbor, eo quod cito surgat; et inde citreus, a, um ·i· de illa arbore factus; unde Persius: et quicquid denique lectis scribitur in citreis. Et cito, as, avi, atum, tu, verbum neutrum ·i· properare; inde citatus, a, um; quod comparatur citatior, citatissimus; unde Statius Thebaidos ponens comparativum ait: ilicet igne Iovis lapsisque citatior astris; et inde citate, citatius, citatissime adv. et citatim, et cito similiter adv. Cito verbum componitur incito, as; unde incitator, incitatus, incitatio, incitamentum, et hoc incitabulum, li ·i· incitatio; unde Plato: incitabulum est ingenii et virtutis, si mens et corpus hominis vino flagret. Item componitur suscito, as; unde suscitator, suscitatus, suscitatio. Et componitur resuscito, as; et inde verbalia. Componitur quoque cito, as; excito, as; unde excitator, excitatus, excitatio; recito, as; unde recitator, recitatus, recitatio, et recitamen, nis. Notandum autem quod cieo dicitur provocare;

unde Statius Thebaidos: odit et amissos longo ciet agmine tauros. Sciendum quoque quod dicimus cio, cis, tertiae coniugationis productae ·i· provocare; et illud componitur concio, is, concivi, itum, itu, similiter provocare; et inde concitus; a, um, et haec concio, nis, ·i· populi convocatio; unde concionor, aris, verbum deponens ·i· populum alloqui; et inde concionator, ris, et concionatus, a, um, et concionatio, nis, et hoc concionabulum, li ·i· locus conciliorum. Item cio componitur ascio, is ·i· vocare; unde ascitus, a, um, et excio, is, ambo pro provocare; unde excitus, a, um, cuius media syllaba, quamvis longa sit, secundum declinandi analogiam, brevis tamen in auctoritate reperitur; unde Statius: atque hic ingenti Capaneus Mavortis amore excitus, et longam corda indignantia pacem. Salvanda est tamen auctoritas, et dicendum non a tertia coniugatione ·i· ab excio, sed a secunda potius ·i· ab exceo excitus esse dictum.

Credo, is, credidi, itum, tu, verbum neutrum; inde hic creditor, ris, et creditus, a, um; unde haec creditio, nis, et hic et haec credibilis, et hoc le; unde credibiliter adv. Item a credo, credulus, a, um; unde haec credulitas, tis. Et componitur incredulus, et hic creditarius, rii ·i· camerarius, cui secreta creduntur; unde Iosephus in sexto decimo: alter lectuli regis creditarius; dicimus haec creditaria, ae, pro cameraria. Credo componitur concredo, is; unde concreditus, a, um. Discredo, is; unde Iosephus in secundo: Putifares neque lacrimis uxoris, neque his quae dicebantur discredebat; et inde discreditus, a, um.

Cornu nomen indeclinabile in singulari, et pluraliter cornua; inde hoc corniculum, li ·i· parvum

cornu, et corneus, a, um, et cornutus, a, um, et haec cornus, ni, pro quadam dura arbore, cuius fructus corna dicuntur. Item a cornu haec cornis, cis, eo quod clamosa sit ut cornu, et haec cornicula, ae, diminutiv. et corniculor, aris verbum deponens ·i· vocem cornicis imitari, quod etiam cornicor, aris dicitur; unde Persius: quid cornicaris inepte? et ab istis verbalia. Cornu componitur hic cornicen, nis ·i· ille qui cum cornu canit; et inde haec cornicina, ae ·i· femina cornu canens. Componitur quoque cornipes, dis, quod pro equo dicitur, et corniger, a, um, et unicornis.

Coeno, as, avi, atum, tu, verb. neutr.; inde verbalia, et haec coena ae; unde haec coenula, ae, diminutivum, et hoc coenaculum, li ·i· domus coenantium, et hoc coenatorium, rii, quod idem significat, et coenaticus, a, um ·i· ad coenam pertinens; unde Plautus in Captivis: est illic una spes coenatica mihi. Coena componitur hic et haec incoenis, is ·i· ieiunus quasi sine coena; unde idem Plautus in Cassia: cupiunt extrudere excoenem ex aedibus. Componitur quoque coena hoc coenopolium, lii ·i· cellarium ubi poliuntur .i. ornantur cibi; unde et Plautus: cum panem et vinum petimus a coenopolio. Item a coeno hoc coenodochium, ii, ·i· domus in qua coenandi refugium est pauperibus; et inde coenodochiarius; et hoc coenobium, bii ·i· congregatio ad coenandum in unum; unde hic coenobita, ae ·i· ille qui coenobium colit. Et coenito, as, verbum frequentativum ·i· saepe coenare; unde Macrobius de Saturnalibus: imperare coepit, ut patentibus ianuis pransitaretur, et coenitaretur, et hic coenobates, tis, qui propter coenam super funem ambulat; unde Iuvenalis: augur, coenobates *, medicus, magus. Item a coeno

* *schoenobates.*

hoc coenum, ni, per antiphrasim, eo quod minime coenetur ; et inde coenosus, a, um ; unde coenose adverb. quod comparatur coenulentior, coenulentissimus ; unde coenulente, coenulentius, coenulentissime adverb. et haec coenulentia, ae ·i· foetor. Coeno componitur concoeno, as ; et inde verbalia.

Cis praepositio significat circum ; inde citra ·i· intra; et comparatur citerior, citerrimus. Invenimus et citimus, a, um, pro citerrimus, teste Prisciano qui hoc affirmat. Dicimus quoque citer, citra, um, pro interior, et quasi positivus pro hoc nomine quod est citra; ut Cato : citer, inquit, agnus erit alligatus ad sacra. Item a cis secundum quosdam hoc cimiterium dicitur, ex cimis * graeco, quod est dulcis, et sterion ·i· statio, et dicitur cimiterium quasi dulcis statio. Dicunt quidam quod cimiterium componitur ex tribus partibus, ex cinere, et mitto, is, et tero, is. Item a cis haec citeria, ae ·i· effigies quaedam ridiculi causa in forum allata ; unde idem Cato : ludis, inquit, pro citeria; et citrosus, a, um ·i· crispus, et decorus ; unde Naevius : puram ex auro, vestemque citrosam.

* Ita cod.

Censeo, es, ui, itum, tu, verb. activ. ; inde hic censor, ris ·i· iudex, et haec censura, ae ·i· iudicium, et hic census, us ; et inde hic censorinus, a, um, et hic censorius, rii, ambo pro illo qui censum servat, et hoc centrum, tri ·i· punctus. Censeo componitur succenseo, es, quod pro irasci dicitur ; et inde succensitus, a, um ·i· iratus, et haec succensio, nis. Componitur quoque recenseo, es ·i· numerare ; et inde hic et haec et hoc recens, tis ·i· novus, quod comparatur recentior, recentissimus; unde recenter, recentius, recentissime adv. et recensitus, a, um ·i· numeratus, a, um, et haec recensio, nis.

Centum nomen indeclinabile; inde centenus, a, um, et centesimus, a, um, et centies adv. et hic cento, nis ·i· ille qui facit felire; unde Iuvenalis: intravit calidum veteri centone lupanar. Invenitur etiam cento dictum pro ipso felire; unde Macrobius de Saturnalibus: scrofae sub centonibus cadaver collocat, super quos uxor cubat. Item ab hoc nomine, quod est centum, hic centurio, nis ·i· ille qui centum praeest viris; unde Persius: dixerit haec inter varicosos centuriones. Et inde centurio, as, ordinare; unde verbalia, centuriator, centuriatus, a, um, centuriatio, et haec centuria, ae ·i· ducenta iugera in agris, et centum homines in re militari; unde Horatius: centuriae seniorum agitant expertia frugis. Et componitur concenturio, as, coordinare, vel adiuvare; et succenturio, as, succurrere, vel ordinare; et inde succenturiatus, a, um ·i· succurrens, vel ordinatus; unde Terentius in Phormione: ego in insidiis * hic ero succenturiatus. Ab hoc quoque nomine, quod est centurio, dicitur haec accenturialis per compositionem ·i· fibula, vel zona centurionis; unde Macrobius de Saturnalibus: accenturialem ex muneribus afferri iussit, eamque divisam in sudario recondi. Centum componitur centimanus, ni. Et pluraliter ducenti, ae, a; unde ducentesimus, a, um. Tricenti, ae, a; unde tricentesimus, a, um. Et componitur centuplus, a, um.

* Ita cod.

Celer, is, comparatur celerior, celerrimus, a, um; unde celeriter, celerius, celerrime adv. et haec celeritas, tis, et celeriusculus, a, um ·i· aliquantulum celer dimin.; unde celeriuscule adv. ·i· cito; unde Cicero: strenue quod volumus ostendere celeriuscule statim dicemus. Item ab hoc nomine, quod est celer, cele-

ro, as ·i· maturare, festinare, sed non est in usu. Et componitur concelero, as, et praecelero, as, et accelero, as, et ab istis verbalia. Celer componitur praeceler, et perceler ·i· valde celer.

Circus, ci; inde hic circulus, li, et circulo, as .i. circumdare, quod et pro decipere ponitur; et inde circulator ·i· deceptor, et circulatrix, et circulatus, et circulatio, et circulatorius, rii ·i· ille qui lectos tornatiles facit. Item ab hoc nomine, quod est circus, circiter, et circa, et circum, et circumcirca, ima pars. Circum componitur hic circumforanus, ni ·i· forum circuens, et circumscriptorie adv. ·i· callide, et circumsepte .i. capte, acute. Item ab hoc nomine, quod est circus, hic circinus, ni ·i· machinula, quae apud carpentarios circulum efficit; et inde circino, as, as ·i· circuire; unde Ovidius Methamorph. in secundo: inclinat cursus, et easdem circinat auras; et inde verbalia: et hic circissarius, rii ·i· ille qui circumcirca pergit, et hic circius, cii ·i· ventus qui diverse circumvolat, et hic circites, is ·i· circulus ex aere, et haec circanea, eae .i. quaedam avis circuitum faciens in volando. Et pluraliter circenses, ium ·i· ludi quidam qui in Roma cum armatis fiebant, et dicitur circenses quasi circum habens enses; unde Iuvenalis: si potes avelli circensibus. Circus componitur circuo, is; et inde hic circuitus, us.

Caper, ri, secundum Isidorum, dicitur a carpendo, sed quia plurima ex utrisque partibus dirivantur, placuit mihi utramque singularibus dirivare; inde haec capra, ae; unde haec capella, ae, dimin. et caperatus, a, um ·i· rugosus ad instar cornu caprae, et haec caprea, eae, eo quod sit caprae similis; et inde haec capreola, ae, dimin. et hic capreolus, li, quod et pro par-

vo dicitur capro, et pro fustibus qui vineam sustentant, quod Isidorus affirmat. Item ab hoc nomine, quod est caper, caprinus, a, um, et hic et haec caprilis, et hoc le. Et per compositionem hic capricornus, ni ·i· animal quoddam, quod et rhinoceros dicitur; et dicitur capricornus quasi caprina habens cornua; et haec caprificus, ci ·i· herba quaedam, quae perforat mausolea; unde Persius: et quae semel intus innata est, rupto iecore exierit caprificus.

Caro, nis; inde carneus, a, um, et hic et haec carnalis, et hoc le; unde carnaliter adv., et carnulentus, a, um ·i· crassus, et haec carnulentia, ae ·i· crassitudo, et hoc carnarium, rii ·i· locus ubi carnes reponuntur; unde Plautus: tuo haec fortasse in carnario dicis. Item ab hoc nomine, quod est caro, haec carnula, ae, diminutiv. quod etiam haec caruncula, ae, dicitur; unde Varro: quivis potius homo quam caruncula nostra est. Et per compositionem incarno, as; unde incarnatus, a, um, et haec incarnatio, nis, et carnifico, as; unde verbalia; et hic carnifex, cis, et haec carnificina, ae ·i· macellum; unde Plautus in Captivis: carnificinam hic facere possum perpetim. Et componitur excarnifico, as ·i· dilacerare; unde Terentius in tertia Comoedia: huiusmodi res comminiscere ut me excarnifices. Item ab hoc nomine, quod est caro, hoc corium, rii, eo quod carnem tegat, et dicitur corium quasi carnium; et inde coriolum, li, diminut. et cariosus, a, um ·i· vestitus, et haec corrigia, ae; unde haec corrigiola, ae, diminut., et hic corytus, ti ·i· theca arcuum, quod in Statio Thebaidos reperies, et hic coryntus *, ti ·i· repositorium sagittarum; unde Ovidius Tristium: in quibus est nemo qui non corynton et arcum; corynton accusativ. grae-

* ita cod.

Digitized by Google

cum posuit pro coryntum. A corio quoque dicitur secundum Rabanum haec cortina, ae, quia coriis prius utebantur, sicut in tabernaculo; et inde haec cortinula, ae, diminutivum.

Cutio, tis, cussi •i• percutere, sed non est in usu; inde haec cutis, is; unde haec cuticula, ae, et cutitus, a, um •i• stupratus, quod componitur recutitus, a, um, unde Persius: recutitaque fabula palles. Cutis componitur hic et haec et hoc intercus, tis •i• illa res, quam patimur inter carnem et cutem, sicut infirmitatem, vel malos humores, vel aliquid huiusmodi; unde Cato: intercutibus stupris obstinatus; et inde intercutitus, a, um, et intercutaneus, a, um, et intercutanus, a, um, omnes pro eo quod est intercus. Componitur quoque cutis subtercus, tis, omnis generis •i• res existens sub cute, et subcus, tis, similiter omnis generis, et in eodem sensu, et subcutaneus, a, um, et subcutanus, a, um, ambo pro re quae existit sub cute. Cutio componitur percutio, is; unde hic percussor, ris, et percussus, a, um, et haec percussio, nis. Excutio, is; unde excussor, ris, et excussus, a, um, et excussio, nis. Incutio, is; inde incussus, a, um, et incussio, nis. Discutio, is; unde discussus, a, um, et haec discutio, nis. Concutio, is; inde concussus, a, um, et concussio, nis.

Cudo, is, cussum, su, verb. activ. •i• fabricare; unde Terentius: argentum cudo, quod dem tibi. Invenitur etiam pro tundere; unde idem ait: at haec in me cudetur faba; inde per compositionem haec incus, dis •i• instrumentum illud super quod fabricatur; unde Statius: innumera resonant incude Mycenae. Et cuso, as, quod non est in usu; sed componitur accuso, as; unde accusator, accusatus, et accusatio, et accusato-

rius, a, um, et accusativus. Componitur quoque cuso, incuso, as, et recuso, as, et excuso, as, et ab istis verbalia, et excusatorius, a, um.

Caveo, es, cavi, cautum, tu, verb. neutr.; inde cautus, a, um, quod comparatur cautior, cautissimus; unde caute, cautius, cautissime adv. et haec cautela, ae, et haec cautio, nis, et cautim adv. •i• caute; unde Terentius: cautim et paulatim dabis si sapies. Ab hoc nomine, quod est cautus, dicitur hoc cauterium, rii, ferrum, quo uruntur infirmi, eo quod caute teratur, et hoc cauteriolum, li, diminut. et cauteriatus, a, um •i• cauterio ustus, quod et pro hoc nomine, quod est durus, dicitur; unde et Apostolus: cauteriatam habentes conscientiam; et inde dicitur causticus, a, um •i• asper, et durus; unde Macer de viribus herbarum: a medicis vis caustica dicitur esse. Item a caveo haec cavilla, ae •i• contentio, rixa, litigatio; unde Plautus: pone hoc sis aufer cavillam; et inde cavillo, as •i• contendere; unde cavillator, cavillatus, cavillatio. Caveo componitur praecaveo, es.

Carpo, is, carpsi, carptum, tu, verb. activ.; inde carptus, a, um, et carptim adv. et hic carpentarius, rii; unde hic carpentariolus, li, diminut. et hoc carpentum, ti •i• quoddam genus curruum; unde Iuvenalis: carpento rapitur pinguis Damasippus. Item haec Carmentis, tis •i• Dea carminum; unde et hoc carmen, nis; et inde carmineus, a, um, et carminor, aris •i• carmen facere, et hic cirpus dicitur a carpo •i• vincus; unde Terentius: quaeris nodum in cirpo; et inde cirpeus, a, um. Item a carpo hic carduus, ui, quasi cardus; et inde haec carduelis pro quadam ave, et hic cardo, is, eo quod vertendo carpatur; unde hic cardinalis,

UNIVERSIDAD CENTRAL
BIBLIOTECA

is, et hic carbo, nis; unde hic carbunculus, li, quod et pro carbone, et pro lapide dicitur, teste Prisciano, et carbonarius, rii. Carpo componitur decerpo, is; unde decerptus, a, um, et haec decerptio, nis. Excerpo, is; unde excerptus, a, um, et haec excerptio, nis, et excerptorius, a, um. Discerpo, is; unde discerptus, a, um, et haec discerptio, nis, et discerptorium, discerptim adverb.

Coloro, as, avi, atum, tu, verb. neut.; inde colorator, coloratus; et inde coloratio, et hic color, ris, per apocopam ·i· abscisionem de fine; unde secundum Rabanum haec columba, ae, propter diversos quos habet in collo colores; et inde columbinus, a, um, et haec columbula, ae, dimin. Et color componitur hic et haec bicolor, ris; unde bicoloratus, a, um. Et hic et haec tricolor, ris; unde tricoloratus, a, um. Et hic et haec multicolor, ris; unde multicoloratus, a, um. Et hic et haec discolor, ris; unde discoloratus, a, um. Et hic et haec unicolor, ris; unde unicoloratus, a, um. Componitur quoque rubricolor, ris, et albicolor, et diversicolor, et ab istis denominativa, secundum supradictam analogiam. Coloro componitur aliter concoloro, as.

Clareo, es, ui, verb. neut., et caret supino; inde clarus, a, um, quod comparatur clarior, clarissimus; unde clare, clarius, clarissime adv. et claritas, tis, et haec claritudo, nis, et hic Clarius, rii ·i· sol, eo quod clarus sit; unde Marcianus Capella: crescebat votis quod multa eam Clarius conciliatione devinxerat. Item a clareo, claresco, is, verb. frequent. Et per compositionem clarifico, as; unde verbalia; et hic clerus, ri, eo quod sit clarus; unde hic clericus, ci, et hic

et haec clericalis, et le, et hic clericatus, us, et haec clericitas, tis, et haec clerimonia, ae, idem est quod clericitas. Notandum quoque quod clerus secundum alios dicitur ab hoc nomine quod est cleros ·i· sors, eo quod sit Deo sortitus; unde et nauclerus dicitur qui navem in sortem habet; sed de hac parte alibi plenius dicam. Clarus componitur praeclarus, et quamclarus, ambo pro valde clarus.

Cibor, aris, verb. depon. inde verbalia, et cibatorius, a, um, et hic cibatus, us ·i· comestio: unde Macrobius de Saturnalibus: in hoc convivio fabulemur, non de cibatu tantum; et hic cibus; unde cibosus, a, um ·i· cibo plenus, et hoc ciborium, rii, quoddam vas ad cibos deferendos; unde Horatius in Odis: oblivioso laevia massico ciboria exple. Item a cibor, hoc cibarium, rii ·i· cibus. Et pluraliter cibae, arum ·i· tesserae quadratae; et haec Cibeles, is ·i· mater Deorum, et haec cilliba, ae ·i· mensa cibatoria, quod etiam potest dici a cillendo ·i· movendo. Cibor componitur concicibor, ris; unde verbalia.

Cumulo, as, avi, tum, tu, verb. activ. inde verbalia, et cumulatim adv. ·i· congestim; et cumulus, li, et hic culmus, mi ·i· folliculus grani, et hoc culmen, nis; unde culmineus, a, um, et culmino, as ·i· exaltare; et inde verbalia. Item a culmo hic culponeus, ei ·i· rusticanum calciamentum. Et pluraliter culmites, tum ·i· divites, qui sibi divitias accumulant; et per antiphrasin haec cuma ae ·i· brevis dictio; unde cumaticus, ci ·i· versificator. Cumulo componitur decumulo, as, et accumulo, as, et ab istis verbalia.

Crinis, is; inde criniculus, li, diminut. et hic Crinius, nii ·i· sol propter radios quos habet vice crinis.

Et crineo, es, verb. neut; unde crinesco, is, et crinitus, a, um. Crinis dicitur alio modo hic cirrus, ri, quod proprie pro plicatura dicitur capillorum; unde Prudentius in Psychomachia: crinibus extructos auget velut addita cirros; et inde cirratus, a, um ·i· crinitus; unde Persius: ten cirratorum centum dictata fuisse pro nihilo pendas? Et haec cirris, is ·i· quaedam avis, quae aliter dicitur alauda; unde Ovidius Metamorph.: in avem mutata vocatur cirris.

Capio, is, cepi, captum, tu, verb. activ.; inde captus, a, um, et haec captio, nis, et haec captura, ae, et hic et haec et hoc capax, cis, quod comparatur capacior, capacissimus; unde capaciter, capacius, capacissime adv. et haec capacitas, tis, et capaculus, a, um ·i· aliquantulum capax dimin. Et capesso, as *, verb. frequent. quod et pro capere et pro cupere dicitur; unde Augustinus de civitate Dei in secundo: cum tragoedias adolescens actitavisset rem publicam capessivit. Item a capio capto, as, tum, tu, verb. frequent. quod et pro frequenter capere, et pro cupere dicitur, et inde verbalia; et hic capsus, si ·i· carruca undique convecta, eo quod multa capiat; et haec capsa, ae, cista ubi aliquid reponitur, quae etiam pro qualibet domo parva dicitur; unde Horatius: et una cum scriptore meo capsa protectus operta; et inde haec capsula, ae, et haec capsella, ae, diminutiva ambo. Dicimus quoque haec capis, is ·i· quoddam vas; unde Aruntius: capis, inquit, est quoddam genus vasis pontificalis; et facit diminut. haec capidula. Invenimus etiam capi indeclinabile pro quadam mensura, sicut in libro Regum reperimus. Item a capio captivus, a, um; unde haec captivitas, tis; et captivo, as, verb. activ.;

* Ita cod.

unde captivator, captivatus, captivatio, et haec captentula, ae •i• subtilis verborum deceptio, sicut sophismata sunt. Item a capio hic capulus, li, et haec cappa, ae; unde haec cappula, ae, et cappatus, a, um, et hoc capicium, cii •i• os cappae, et os tunicae; unde in libro beati Iob dicitur: et quasi capicio tunicae succinxerint me. Item a capio, hoc capistrum, tri; unde capistro, as, verb. activ. et inde capistratus, a, um, et hoc capisterium, rii, pro quodam vase de quo frumentum purgatur. Et a praeterito cepi hoc ceptrum, tri, quod componitur ceptriger, a, um, et hic cipio, nis dicitur ab eodem praeterito •i• baculus ad capiendum aptus; unde Plautus in Amphitrione: verbero, aut muttito, aut ego iam te legam hoc scipione. Idem quoque Plautus de eodem ait in Aularia: ego hoc argentum tam paratum filio scio esse, quam me contundi hoc scipione. A praeterito etiam dicitur pluraliter cep dines, num, •i• saxa, scilicet in mari, et quae prominent in praeruptis; et hic cippus, pi •i• illud in quo pedes reorum constringuntur. Et coepio, is, coepi, ptum, tu •i• incipere; unde Cato: coepiam semesa verba loqui. Hinc etiam Terentius: sex totis mensibus olfecissem quam ille quicquam coeperet. Item a capio hoc caput, tis; unde capitulum, li, diminut. et hoc capital, lis •i• sententia de capite puniendo; unde Terentius in Adelphis: nova, inquit, capitalia; et haec capitula, ae. Capitulum componitur recapitulo, as; unde recapitulatus, recapitulatio. Item ab hoc nomine, quod est caput, capitulatim adv. et hic et haec capitalis, et hoc le, et haec caprona, ae •i• iuba equina, eo quod capiti sit prona, et hic capillus, li; unde capillosus, a, um, et capillatus, a, um, et haec

capillatura, ae, et hoc capillamentum, ti, et hoc capillicium, cii ·i· capillatura; unde Marcianus Capella: draconibus circumplexa crebro et capillicio avulsa. Caput componitur sinciput, tis, ·i· ulterior pars capitis; unde Iuvenalis: comedam, inquit, flebile nati sinciput elixi. Item ab hoc nomine, quod est caput, hoc capitulum, li ·i· quoddam genus tegens caput, sic et caleptra, ae, et hoc capedulum, li. Et per compositionem decapito, as; unde decapitatus, a, um, et decapitatio, nis. Item a capio hoc Capitolium, lii; unde capitolinus, a, um ·i· de Capitolio existens, et haec capax, cis ·i· vas XII· sextariorum, et haec capedo, nis ·i· ingenium vel studium, vel spatium; et componitur intercapedo, nis ·i· intervallum; unde Augustinus de civitate Dei: quanta diis ab infimis intercapedine dispescant. Capio componitur accipio, is; unde acceptus, a, um, et hic accipiter, tris, pro quadam ave. Et accepto, as ·i· appreciari; unde verbalia. Et sciendum quod acceptus comparatur acceptior, acceptissimus; unde accepte, acceptius, acceptissime adv. Componitur quoque suscipio, is; unde susceptus, a, um, et hoc susceptaculum, li ·i· domus, vel locus, ubi alicuius rei sit susceptio. Et suscepto, as ·i· frequenter suscipere; unde verbalia. Decipio, is; unde receptus, a, um. Et recepto, as, et hoc receptaculum, li. Occipio, is ·i· incipio; unde Ambrosius super Hegesippum: praesentium insolens extollere sese occeperat; et inde occeptus, a, um. Concipio, is; unde conceptus, a, um, et haec conceptio, nis; unde hic et haec conceptionalis, et hoc le, et conceptus, us; unde conceptivus, a, um. Decipio, is; unde deceptor, deceptus, deceptio, deceptorius, a, um, et haec decipu-

la, ae ·i· artificiosum opus quod ad aliquid decipiendum efficitur, sicut musipula ad mures capiendos. Praecipio, is; unde praeceptor, praeceptus, a, um, praeceptio, nis, et hoc praeceptum, ti, et hic praeceptus, us; unde Macrobius de Saturnalibus: nihil huic operi insertum puto, aut cognitu inutile, aut difficile praeceptu. Componitur quoque capio incipio, is; unde inceptus, a, um, et haec interceptio, nis, et incepto, as, ·i· saepe incipere. Excipio; unde exceptus, a, um, et exceptio, nis, et exceptorius, a, um. Intercipio, is; unde interceptus, a, um, et interceptio, is. Componitur etiam capio hic princeps, is, quasi primas capiens; et inde principor, aris, verb. depon.; unde verbalia; et hoc principium, ii, et hic et haec principalis, et hoc le; unde principaliter adv. Componitur capio cum multis aliis partibus, quae alibi aptius dicentur; haec autem tantummodo sufficiant.

Clino, as quod non est in usu; sed inde dicitur per compositionem hoc triclinium, nii ·i· domus convivantium trina sessione ordinata; unde per compositionem, hic architriclinus, ni ·i· princeps residentium in illa domo, et interclinus, a, um; unde Ambrosius super Hegesippum: civitas praerupta undique proprie erat interclina rupibus. Item a clino per compositionem hoc diversiclinium, nii ·i· locus ubi diverse coniunguntur, quod aliter dicitur hoc heteroclinium, ii; unde Plautus: ignoti itineris sumus, tute scis quae sint heteroclita [1]. Clino componitur reclino, as; unde reclinatus, a, um, et hoc reclinatorium, rii. Acclino, as; unde acclinatus, a, um, et hic et

(1) Confer Priscianum apud Putsch. p. 1065.

haec acclinis, is, et acclinus, a, um, et hoc acclinatorium, rii. Inclino, as; unde inclinatus, a, um, et haec inclinatio, nis, et hic et haec inclinis, is, et inclinus, a, um. Declino, as; unde declinatus, a, um, et haec declinatio, is, et declinativus, a, um.

Clepo, is, clepsi, cleptum, tu, verb. neut. ·i· furari; unde Prudentius de Psychomachia: quod rapere et clepere est; et inde hic cleps, cleptis ·i· fur, et cleptus, a, um ·i· furatus, quod etiam pro gibbo dicitur; et haec clepsydra, ae ·i· dyotillus, li, quia odit foramen dolii, et imo dicitur a clependo ·i· furando, quia per illud potus furatur.

Certus, a, um; comparatur certior, certissimus; unde certe, certius, certissime adv. et haec certitudo, nis, et hic cerdo, nis ·i· parmentarius *, rii; unde Persius: tollat sua munera cerdo. Item ab hoc nomine, quod est certus, certo, as, verb. neut.; unde verbalia, et hoc certamen, nis, et certatim adv. Et per compositionem hic cercopa, ae ·i· certator, et dicitur cercopa quasi certans copiose. Certo componitur recerto, as, decerto, as, concerto, as, et ab istis verbalia.

* *param.*

Copia, ae; inde haec copiola, ae, diminut. et copiosus, a, um; unde copiose, copiosius, copiosissime adv., et haec copiositas, tis, et haec cops indeclinabile ·i· copia; unde copsus, a, um, et haec copona, nae ·i· taberna, nae, quae et caupona, nae; et inde caupo nis ·i· tabernarius, et hic cauponarius, rii, in eodem sensu; et cauponor, aris, verb. depon. ·i· vendere; unde in decretis romani Concilii: sint igitur nobis anathema, eo quod verbum veritatis videntur cauponari; et inde cauponator, cauponatus, cauponatio. Sciendum etiam quod caupona non solum pro taberna, sed pro poculorum venditrice dicitur.

Cerno, is, verb. neut. cuius praeteritum facit crevi, sicut a cresco; unde Plautus: cum ego te amavi, mea Antiphila, et mihi esse amicam crevi; et inde cernuus, a, um ·i· inclinatus, a, um, et cernulus, a, um ·i· ingeniosus. Cerno componitur discerno, is; unde discretus, a, um, et discretio, nis, et discrete adv. et hoc discerniculum, li ·i· ornamentum virginale, vel acus cum quo discernit ·i· dividit capillos. Et discreto, as ·i· dividere, verbum activ.; et inde verbalia, et discretivus, a, um ·i· discretus. Item componitur secerno, nis ·i· separare; unde secretus, a, um, et inde secretio, et secretim adv. et hoc secretum, ti, et hic secretarius, rii, et hoc secretarium, rii ·i· locus ubi dantur secreta. Componitur etiam decerno, nis; unde decretus, a, um, dividicarius *, et hoc decretum, ti.

* *diiudicatus.*

Cupio, is, vi, vel cupii, cupitum, tu, verb. neut. inde cupitus, a, um, et cupidus, a, um, quod comparatur cupidior, cupidissimus; unde cupide, cupidius, cupidissime adv. et haec cupiditas, tis, et cupidulus, li ·i· aliquantulum cupidus, et haec cupedia, ae ·i· cupiditas edendi; unde Augustinus in libro de doctrina christiana: fieri potest ut sine aliquo vitio cupediae vel voracitatis pretiosissimo cibo sapiens utatur. Item a cupio, cupidiosus a, um ·i· cupidus. Et pluraliter cuppes, pium ·i· cibi lautiores, unde potest oriri cupido, et haec cupido, nis; quando vero est pro Deo, dicimus hic Cupido, et tunc inde venit cupidicus, et cupideneus, a, um. Item a cupio hic cupidenarius, rii, per compositionem ·i· denariorum cupidus; unde Terentius in Eunucho: cuncurrunt laeti obviam mihi cupidenarii; et cupisco, is,

verbum inchoat. quod componitur concupisco, is; unde concupiscitus, et hic et haec et hoc concupiscens, tis, quod comparatur concupiscentior, concupiscentissimus; unde concupiscenter, concupiscentius, concupiscentissime adv. et haec concupiscentia, ae. Cupio componitur concupio, is.

Cingo, is, cinxi, cinctum, tu, verb. activ. inde cinctus, a, um, et cinctim ·i· constrictim, consertim adv. et haec cinctura; ae, et hoc cingulum, li, et haec Cinxia, ae ·i· quoddam nomen Iunonis; unde Marcianus: Unxiam te, Cinxiamque debent mortales puellae nominare; et dicitur Cinxia eo quod in eius honorem puellae maritatae cingerentur. Item a cingo, cinctorium, rii, et cinctutus, a, um ·i· discinctus et nudus per antiphrasin; unde Horatius: fingere cinctutis non exaudita Cethegis. Cingo componitur praecingo, is; unde praecinctus, a, um. Accingo, is; unde accinctus. Discingo, is; unde discinctus, a, um. Succingo; unde succinctus, a, um, et hoc succintorium, rii.

Calleo, es, ui, verb. neut. et caret supino ·i· prudenter scire; unde Persius: dicenda tacendaque calles; et inde calesco, is, et callidus, a, um, quod comparatur callidior, callidissimus; unde callide, callidius, callidissime adv. et haec calliditas, tis, et hic callus, li ·i· cuana laridi; unde Plautus in Captivis: quanta sumini a sumendo, quanta callo calamitas. Item a calleo hic callis, is ·i· limes, et haec calistrix, cis ·i· simia cum producta barba.

Camur, vel camurus ·i· curvus; inde haec camera, ae; et hic camerius, rii, et hic camillus, li ·i. puer ingenuus qui cameram solet frequentare; hinc quoque haec camilla, ae, dicitur pro puella ingenua. Invenimus

autem has duas partes in alio sensu ; unde Macrobius de Saturnalibus : camillos , inquit , et camillas appellabant , flaminicarum , et flaminum praeministros ; et cameratus , a , um , quod componitur bicameratus , et tricameratus. Item ab hoc nomine , quod est camur , pluraliter camures , rum ·i· boves alti et decurvati , et haec cumera , ae ·i· quoddam vas frumentarium ; unde Horatius : forte per angustam tenuis vulpecula rimam repserat in cumeram frumenti.

Coquo , coquis , coxi , coctum , tu , verb. activ. ; inde coctus , a , um , et haec coctio , nis , et hic et haec coctilis , et hoc coctile ; unde coctiliter adv. Coctus componitur semictus , semicoctus. Item a coquo hic cocinator , ris ·i· ille qui cibos coquit , qui etiam hic cocinarius , rii , dicitur , et hoc coccular , aris , et hoc coculum , li ·i· minutum virgultum , unde coquitur obsonium. Dicimus quoque coculum pro quolibet vase aeneo ; unde Plautus : aeneis coculis excocta est mihi omnis misericordia. Item a coquo hic coquus, qui; unde hic coquulus , li , diminut. et haec coquina , ae ; unde hic , et haec coquinalis ; et coctito , as , verb. frequent. et coccino , as ·i· coquere , et ab istis verbalia , et coquestrius , a , um , dicitur a coquo ·i· ille qui panem , vel aliquid aliud coquit; unde Iosephus in sexto: filias , inquit , vestras faciet unguentarias , et coquestrias , et molarias. Et notandum quod coquus , et pistor idem apud antiquos dicebantur ; unde Ennius : coquus edit Neptunum , Cererem , Venerem. Coquo componitur excoquo , quis ; decoquo , quis ; et ab istis verbalia.

Curvo , as , avi , tum , tu , verb. activ. ; inde verbalia , et haec curvatura , ae ; et secundum Isidorum hic camelus , li , dicitur a curvando , eo quod curvus

sit; unde et hic camus, mi, per syncopam. Item a curvo, curvus, a, um; quod comparatur curvior, curvissimus; unde curve, curvius, curvissime adv. Et componitur incurvus, vi •i• valde curvus. Curvo componitur recurvo, as; unde recurvatus, recurvatio, et recurvus, a, um. Incurvo, as; unde incurvatus, a, um, et incurvatio. Decurvo, as; unde decurvatus, et decurvatio.

Crucior, aris, verb. depon.; inde cruciator, et decruciatorius, a, um, et hic et haec cruciabilis, et hoc le; unde cruciabiliter adv. et hoc cruciamen, nis; unde cruciamentum, ti, et hoc crucium, cii •i• tormentum quodlibet; unde Lucilius vinum insuave crucium dixit. Item a crucior hoc crucibolum, li •i• mortarium, et haec crux, cis; unde haec cruciola, ae, diminut. et cruciarius, a, um; inde Sidonius in libro ad Rusticum: per aequales, inquit, et cruciarias poenas. Crucior componitur excrucior, aris; decrucior, aris; et ab istis verbalia.

Cavo, as, vavi, atum, tu, verb. activ. Inde verbalia, et haec cavea, ae, et haec caveola, ae, diminut. et haec caverna, ae; unde haec cavernula, ae, et cavernatus, a, um, et cavernosus, a, um; et secundum Rabanum hic cophinus, ni, dicitur a cavo, eo quod cavus sit; unde hic caphinulus, li, et hic caphinarius, rii; et hic caballus, li, secundum Isidorum dicitur a cavo, eo quod habeat pedem cavum; et inde caballinus, a, um •i• equinus; unde Persius: nec fonte labra prolui caballino. Item a cavo, cavus, a, um; unde haec cavitas, tis; et componitur concavus, a, um, et haec concha, chae, eo quod sit cava, et haec cochlea, ae •i• testa cuiusdam piscis, et hic conchus, chi

·i· quidam lapis, qui in concha reperitur; unde et hic cochleaceus, cei ·i· quidam lapis marinus cochleis et arena concretus; et hoc conchylium, lii ·i· genus sanguinei coloris de piscis sanguine, qui est in concha factus; unde Iuvenalis pro viciis illud ponens ait: horum ego non fugiam conchylia. Cavo componitur praecavo, as; et decavo, as; et ab istis verbalia.

Cullum, li; inde hic culleus, ei ·i· quoddam corium in quo dampnati insuebantur; unde hic culleolus, li, diminut. et secundum litteram, et haec culleola, ae ·i· exterior cortex viridis nucis, et haec culigna, ae ·i· quoddam vas rotundum; unde Cato: culignam, inquit, ponit in foeno graeco ut bene oleat. Item ab hoc nomine, quod est cullum, haec culla, lae, eo quod ille qui hanc vestem gerit omnia debeat postponere saecularia; et inde cullula, ae, et cullatus, a, um, et haec cuculla, ae, idem quod culla, et hic cucullus, li ·i· vestis lata humeros tantum et caput tegens ad instar capicii; unde Iuvenalis: contentusque illic veneto duroque cucullo.

Crebeo, es, bui, verb. neut., sed non est in usu; inde creber, a, um, quod comparatur crebrior, creberrimus, crebre, et crebro, crebrius, creberrime adv. et crebresco, is, et hic crebrifurus, ri ·i· locus crebro habens fures; et secundum quosdam hoc cribrum, ri, eo quod sit crebro perforatum; et inde hoc cribellum, li, diminut. Et cribro, as, quod componitur percribro, as, et concribro, as, et decribro, as; et ab istis verbalia.

Cephale graece, caput latine; inde hic cynocephalus, li ·i· gens ad instar canini capitis caput habens, et hoc caepe in singulari ·i· unio; unde Naevius: cui

caepe edendo oculus alter profluit. In plurali vero caepae, rum, dicimus. Invenimus etiam haec caepe in singulari; unde et Varro ait: multifariam in patellis coquere caepe. Invenitur quoque hic caepicius, et hoc caepicium pro caepe.

Cinis, is; inde cinereus, a, um, et cinericius, a, um, et cinusculus, li ·i· parvus cinis, et cinerulentus, a, um ·i· cinereus; unde Ambrosius super Hegesippum: cinerulenta canicie, et scisso amictu. Item ab hoc nomine, quod est cinis, pluraliter cinericae, arum ·i· oves cinereum habentes colorem. Per compositionem subcinericius, a, um, et subcinerizo, as ·i· panes sub cinere coquere.

Chrysos graece, et aurum latine; inde chryseus, a, um ·i· aureus. Et componitur hic hypocrita, tae ·i· superauratus; nam hypo dicitur super; et inde haec hypocrisis, is. Componitur quoque hic Chrysostomus, mi ·i· aureum os; nam stoma graece, os appellatur latine.

Chrisma, tis; inde hic Christus, ti ·i· chrismate unctus; unde christianus, a, um, et christianitas, tis. Christus componitur christicola, ae, et antichristus, ti ·i· contra Christum; nam anti dicitur contra; unde et antipoda dicitur ·i· gens contra nos habens pedes.

Calon graece, lignum latine; inde hic calo, nis ·i· ille qui fert ligna; unde Horatius: lignorum, et pecorum tibi calo insignis et horti; et inde caleo, as ·i· properare verb. neut. et hic caligarius, rii ·i· minister ferens ligna. Et pluraliter calariae, arum ·i· naves quae ligna portant.

Camso, as, verb. neut. ·i· plectere; inde hic et haec camsatilis, et hoc le ·i· plectilis, et haec camma, ae ·i· lectus tornatilis, secundum Ambrosium de

officiis. Invenitur hoc cama, tis in eodem sensu, et haec camisia, ae, et hic camus, mi ·i· capistrum, et hoc caminum, ni, eo quod flammas in se replectat *. * *reflectat.*

Communis utriusque generis, et hoc commune; inde communiter adv. et communico, as; unde communicator, communicatus, communicatio. Et componitur excommunico, as; unde verbalia excommunicator, excommunicatus, excommunicatio.

Copula, ae; inde copulativus, a, um, et hic copularius, rii ·i· vinculum in collo canis. Et copulo, as, verb. activ.; unde verbalia. Et componitur discopulo, as; et inde verbalia. Item a copulo copulatim adv. ·i· coniunctim.

Cunctor, aris, verb. depon. ·i· morari; inde cunctus, a, um, et cunctatim omnino vel omnimodo; unde Macrobius de Saturnalibus: inter eos saltatio cunctatim, et ab honestis appetebatur. Item a cunctor, cunctabundus, a, um ·i· morosus, et hoc cunctamen, nis ·i· moramentum, et hic contus, ti ·i· quoddam genus teli; unde Prudentius: conto ferit increpat ore. Et componitur percunctor, aris ·i· interrogare; et inde verbalia.

Conor, aris, verb. depon.; inde verbalia, et hoc conamen, nis, et hic conatus, us, et hic conus, ni ·i· summitas galeae; unde Statius: amplexuque truces deducere conos; et hoc conopeum, ei ·i· cortina ad instar retium plexa et fenestrata; unde Iuvenalis: Lentule conopeo. Quidam autem dicunt conopeum a Canopia ·i· ab Aegypto, eo quod huiusmodi rete ibi praecipue habeatur.

Commodus, a, um; comparatur commodior, commodissimus; unde commode, commodius, commodissi-

Digitized by Google

me adv., et haec commoditas, tis; et commodo, as ·i· praestinare. Et componitur accommodo, as; unde verbalia. Commodus componitur incommodus, a, um; inde incommode adv. et haec incommoditas, tis.

Crusta, ae; inde crustula, ae, et haec crustaria, ae ·i· taberna a vasis crustatis ita dicta. Et crusto, as; unde verbalia. Et componitur decrusto, as; et inde decrustatus, a, um, et haec decrustatio, nis.

Catena, ae; inde catenula, ae, et cateno, as; unde catenatus, a, um. Et componitur concateno, as, et incateno, as, et ab istis verbalia.

Crispus comparatur crispior, crispissimus; unde crispe, crispius, crispissime adv. et haec crispitudo, nis, et crispo, as; unde crispatus, a, um. Et componitur concrispo, as; et inde verbalia.

Contumelia, ae; inde haec contumeliola, ae, et contumeliosus, a, um; unde contumeliose adv. et haec contumia, ae ·i· convicium. Et sciendum quod secundum quosdam contumelia dicitur a contumendo.

Contemplor, ris ·i· videre; inde contemplator, contemplatio, et contemplativus, a, um; unde contemplative adv.

Corbes, is ·i· cophinus, vel qualus; inde haec corbita, ae ·i· navis oneraria, et hic corbio, is ·i· ille qui facit corbes; unde Iuvenalis: corbio vix ferret tot vasa ingentia.

Culpo, as; inde culpatus, a, um, et haec culpatio, is, et hic et haec culpabilis, et hoc le; unde culpabiliter adv. et haec culpa, ae. Et componitur inculpo, as; unde verbalia.

PROLOGUS.

Nunc primum de tertia littera cum mater Grammatica expromisisset * tractatum, sic voce gratulabunda fuit assistentes allocuta poëtas: Quamquam, o filioli mei, quos sanae scientiae opulenter informavi, uberi partium affluentia sit littera tertia referta, nil reliqui in exponendis illis, quae vel antiqua, vel moderna approbat censura; hoc quoque certissime animadverti, nullum esse disciplinae meae fautorem, qui tantam tamque copiose digestam partium originem inter oblatrantes huius temporis canes ita queat propalare, quin ab ipsis invidiose circumveniatur, mordacique invidiae quanto praevaluerint nisu corrodatur: quibus parem inferre poterimus molestiam, si quae vera sunt, et aequitatis lance probata, semper in medium protulerimus. Nullo enim modo acerbius invidia contunditur, quam si ei pertinaciter rationis veraeque assertionis clipeo obsistatur. Nunc ergo de tertia littera secundum exordiamur tractatum, quatinus et coeptum loquendi campum exaremus, et ut praesto in manu habeatis, unde durius invidos afficiatis. Nonne placet? Placet inquiunt; et inde conticuere omnes, intentique ora tenebant.

* Ita cod.

REPETITIONES.

C

Cilium, folliculus quo oculus tegitur.

Cillere, movere; inde cilium, eo quod sit semper in motu.

Circellio, monachus qui per diversas vagat cellas. Augustinus: quid sibi vult mane nomen circellionum? Dicimus quoque cicercellio * pro cellione.

* Ita cod.

Caelibus, caelestis, caelitus, caelicola.

Caelebs, caelicam vitam agens.

Caelibatum, virginitas.

Celeptia, quoddam genus mitrae.

Celox, navis.

Caelites, caelestes.

Celamen, pictura.

Celticus, nobilis, insignis, illustris, egregius, augustus, authenticus, exgrex.

Cantitare, frequenter canere.

Cantilena, cantus.

Cantharus, scyphus.

Canterius, equus castratus.

Canna, rosel, cannetum, locus ubi cannae crescunt.

Cannabis, chorda.

Celeuma, clamor nauticus.

Cecuticen, qui canit cum cecuta.

Concinnus, concors, unanimis.

Concinne, concorditer.

Cantes, fistulae organorum, vel ornamentorum Deae.

Concinnare, composite aliquid agere.

Concinnatim, consonanter, copulatim, coniunctim.

Concentus, cantus.

Cantum, medietas rotae, ubi radii inseruntur.

Candidulus, aliquantulum candidus.

Candidare, albescere.

Candulus, candidus.

Candiculus, candidus.

Candidatus, dealbatus.

Candidarius, pelliparius, qui coria facit alba.

Candes, vasa fictilia.

Caliptra, genus mitrae.

Calamitosus, miser.

Calamacus, mitra.

Caliendrum, quicquid caput involvit.

Chalybs, genus durissimi ferri.

Caliculus, parvus calix.

Calamistrum, acus, unde coma discriminatur.

Calamistratus, calamistro ornatus.

Calones, lignorum portitores.

Canistrum, genus vasis.

Canicula, pro quadam stella.

Persius : insana canicula messes iamdudum coquit.

Canitudo, capitis albedo.

Calcaneus, talonus, qui et cals, et talus dicitur.

Chalcus, quarta pars oboli.

Calcitro, rusticus, eo quod dure calcet.

Chalcidicum, foris deambulatorium, quod et peribolum dicitur.

Calculare, numerare, taxare, recensere.

Calculatim, numeratim.

Calculus, lapis minutus.

Cacula, servus.

Colymbus, herba crescens in aqua, vel tufus virens. Prudentius: donec virente colymbo.

Corolla, parva corona.

Corollarium, coronae praemium, quod et donatica dicitur; id est praemium, quo victor remuneratur.

Choraula, vel choraules, qui chorum ducit.

Chorcista *, cum chorda canens.

Choricanus, cum choro canens.

Corymbus, fructus hederae.

Cubicularius, cubilis custos.

Concuba, bae, qui pariter cumbit.

Concubinatus, quod ad concubinam pertinet.

Catulaster, catulus, catellus.

Catiliones, glutones, ambrones, ardeliones, lurcones, helluones, mandones, epulones, bucones, pandones, abliguritores.

Catiliosus, gulosus, vorax, edax, escosus, consumptor.

Cynicus, caninus, quia cynos canis dicitur, vel cani similis.

Cynifex, musca canina.

Cynomya, musca circa canum aures volitans.

Curriculo, cito.

Cursitare, cursare, frequenter currere.

Cursilis, cursatilis, ad currendum facilis.

Cursiliter, cito, mox, protinus, statim, citatim, cursim, ilico, ilicet, ocius, ocissime, actutum, celeriter, perniciter, velociter, curriculo, festinato.

Crusculum, parvum crus, vel genus marmoris.

Currax, velox, et ad currendum habilis.

Crepor, sonitus, tinnitus, bombus, crepitus, fragor.

Crepundium, cunabulum, cunae.

Crepido, riparum summitas.

Crepitare, saepe crepare.

Crepus, sacerdos Iovis, qui et lupercus, et flamen, et dialis dicitur.

* Infra *chordacista.*

Crepida, genus calciamenti, quod et bota dicitur. Marcianus: crepidas peragrandae telluris causa in pedibus gestabat.

* alibi *colif.*

Crepitaculum, sonus, tinnitus, bombus, crepor, fragor.

Creptilum, dubia lux.

Creperum, dubie, dubitanter.

Crepusculum, dubia lux.

Creperius, dubius, haesitabundus, nutabundus.

Colonia, civitas.

Cholera, folliculus, de quo fel effunditur.

Culcitra, pulvinus, pulvinar, aureale.

Colossus, aliqua imago in memoriam facta.

* Ita cod. Colus, conoilla *.

Colifarius, bos operarius.

Columella, parva columpna.

Colibium, parvum munusculum, ut pomum, nuces, quod et bellarium dicitur, et antepomentum.

Collyrium, quaelibet superunctio.

Columbar, catena, in qua collum constringitur.

Colomelli, dentes longiores.

Coluberculus, parvus coluber.

Colemmata, commixtiones olei, unde pugiles inungebantur.

Colobium, pallium virginale.

Colima, calamus cum spica sua.

Colophium *, panis qui post meridiem comeditur.

Cliens, servus.

Clientela, servitium.

Cuniculus, genus machinarum ad urbes capiendas sub terra factum.

Columen, alacritas.

Colaphus, alapa in collo.

Collyrida, panis tenuis, et quasi subcinericius.

Castimonia, castitas.

Castrimargia, ventris ingluvies.

Ceston, cingulum Veneris. et dicitur ceston, quasi caston, eo quod luxuriam restringat.

Castor, animal quod se ipsum castrat.

Ceroferarius, ille qui cereum portat.

Ceruleus, flavus, glaucus.

Casterium, locus in quo remi reponuntur.

Cereasius, pistor qui ad instar cerae deducit pastam.

Cerealium, domus ubi panes inciduntur.

Ceroma, confectio ex multis herbis.

Cerimonia, festivitas cum cereis facta.

Cerotum, commixtio herbarum et unguentorum.

Casses, retia.

Cassiarius, retiarius.

Cassabundus, cassus, frustratus.
Cariare, putrescere.
Caries, putredo.
Cariosus, putridus.
Cassis, quaedam herba, cuius flos cito cadit.
Carenum, mustum, eo quod fervendo parte careat.
Carex, canna, rosel.
Caretum, locus ubi carices crescunt.
Carisa, vetus lena (1).
Carinare, conviciari, vituperare, obiurgare, litigare.
Carchesium, summitas mali, in qua chordae currunt. Lucanus: atque utinam summi curvi carchesia mali.
Cartilago, auris vel naris teneritudo.
Calvaster, aliquantulum calvus.
Calvaria, locus patens super cilia (2).
Calvire, decipere, fallere, defraudare.
Cadulus*, parvus cadus.
Casa, parva domus, teges, tugurium, meritorium pro scenica opella.
Casona, acus quo mulier caput scalpit.
Cadabundus, crebro cadens.
Caudex, truncus. Ambrosius super Hegesippum: caudibus * oppressi animam ponebant in flumine.
Cadula, frusta ex adipe quae particulatim cadunt.
Caducarius, qui in alterius bonis pro herede cadit.
Cicatricosus, cicatricibus plenus.
Caducea, virga Mercurii.
Caduceator, pacem ferens legatus.
Cevere, . . . movere, sicut faciunt incumbendo.
Concretim, accumulatim, globatim, congestim, confertim, stipatim, spissim.
Crementum, semen virile.
Cordus, serotinus; unde et uvas maturas cordas dicimus.
Coredellus, cor citius edens.
Corculum, parvum cor.
Corbius, vel corbinius, duplex cor.
Chorepiscopus, episcopi vicarius.
Cordicitus, cordetenus.
Chordacista, cum chorda canens.
Conclavia, cella interior.
Cordatus, sapiens.
Cordate, sapienter.
Concordiosus, concors.
Cordiacus, corde pulsum patiens.

* Ita cod.

(1) Hinc corrige in Placidi glossis a me editis *lena* pro *lana*.
(2) Sic fiat etiam p. 99. v. 6, omisso *inter*.

Digitized by Google

Ceraunium, scopulus prominens in mari.
Clunes, renes, vel coxae.
Clipeola, anulus, eo quod sit rotundus ut clipeus.
Clipeatus, clipeo munitus.
Clytones, filii regii, vel pueri nobiles.
Cluere, resplendere, fulgere, rutilare, coruscare, radiare, micare, gliscere, nitere.
Cluniculum, spatha, gladius, mucro, machaera, ensis, spandona, sica.
Cervicosus, superbus, elatus, torosus, arrogans, insolens, superciliosus, ampullosus, pomposus, hyperbolicus.
Cervicose, superbe, arroganter.
Caesonia, quaedam parva caro, quae crescit in fronte pulli caballini.
Cervica, alapa, colaphus.
Cervical, pulvinar, tomentum, aureale.
Caesim, dolatim, discerptim, dilaniatim.
Caesones, qui de matris ventre caeduntur.
Cincinnus, vel capillus, vel vetus pannus.
Cincinnatulus, capillatus.
Cincinnosus, pannosus, laciniosus, tunicosus.
Caedecula, parva caedes.
Cesius, lenticosus, hymniosus.
Chirurgicus, medicus manu operans.
Chirurgia, ars medicinalis cum manu.
Chiragra, manuum infirmitas.
Chirotheca, manuum tectura.
Chiros, manus.
Chiromanta, ioculator.
Clavicularius, claviger.
Cecultare, caecare.
Cecutire, caecare.
Conclavis, cella alteri domui adhaerens.
Claudicarius, quod cito claudicat.
Clathrus, repagulum, vel truncus.
Cladecula, parva clades.
Claudere, claudicare. Caecilius: vos nescitis ubi consilium claudeat.
Cedo, dic.
Carrire, dividere, secernere, seiungere.
Carrinator, carnium laniator, macellio, lanista, lanius.
Cessim, gradatim, pedetentim.
Carricutium, vehiculum altissarum rotarum.
Cessabundus, qui saepe cessat, qui et piger, et ociosus dicitur.
Cetarius, piscator.
Cessiosus, qui saepe cedit.
Corpulentus, crassus, escu-

lentus, carnulentus, succulentus, pinguis, sucidus.
Cetarium, macellum.
Corpulentia, crassitudo.
Comere, ornare, venustare, vernare, deflorare, comare.
Comatulus, ornatus.
Comis, facetus, urbanus, lepidus, curialis.
Comiter, facete, urbane, lepide.
Cometa, quaedam stella.
Comare, adornare.
Comatores, argenti exclusores.
Comicium, placitum quod multi faciunt comites.
Comata, iudicia.
Consultare, consulere.
Cassis, galea, galerus, conus, calamacus.
Consus, consiliorum Deus.
Consulte, sapienter.
Condylus, nodus.
Condylomaticus, nodosus.
Condylomata, quoddam genus glandium.
Cachinones, derisores. Persius: sed tum petulanti splene cachinno.
Condus, scyphus, patera, crater, cantharus, cyathus.
Cuneus, agmen, turma, phalanx, phalanga, caterva, globus, chorus, coetus, turba.
Capulare, scindere, desecare.
Condones, gladiatores.
Condalium, anulus.
Caupulus, navis prora, puppis, myopara, scapha, lembus, linter, carina, liburnus, dromolegia, cymba, caudea, cumba.
Comminiscor, adinvenire, excogitare.
Commentor, adinventor.
Conopeus, cortina, ut rete.
Comoedia, villicus cantus.
Comoedicus, delectabilis.
Comoedice, delectabiliter.
Comoedus, comoediae scriptor.
Comicus, facetus, urbanus, curialis.
Curitis, nomen Iunonis.
Curialis, facetus.
Curiatim, de curia in curiam.
Curulis, sella consulis; aliquando vero pro ipso consule.
Civicare, civitatem colere.
Concivis, qui simul est cum cive.
Colicus, qui in intestino infirmitatem patitur.
Colare, purgare, vel liquefacere.
Colatorius, purgatorius.
Ciere, vocare, nuncupare, kalare.
Citatim, cito.
Concio, populi convocatio.
Concionabulum, concilium, vel locus conciliorum. In decretis Innocentii papae: si statim cedens Decius pessimo concionabulo.

Concionari, populum alloqui.
Concionator, populi allocutor.
Citreus, de citro arbore factus.
Consciscere, vocare, calare, ciere, arcersire, nuncupare.
Citare, properare, maturare, accelerare.
Citatus, velox, citus, celer, pernix, currax.
Creditaria, cameraria, pedisequa, cubicularia.
Credulus, qui facile credit.
Creditarius, camerarius.
Corniculum, parvum cornu.
Cornus, quaedam arbor, cuius fructus corna dicuntur.
Cornicula, parva cornix.
Corniculari, vocem cornicis imitari, quod et pro detrahere dicitur.
Coenaculum, domus coenantium.
Coenulentus, fetidus, olax, putidus, naucidus, hircosus, spurcus.
Coenaticus, ad coenam pertinens.
Coenodochium, domus in qua coenandi est refugium.
Coenodochiarius, eleemosynarius.
Coenobium, multorum congregatio in unum.
Coenobita, qui coenobium colit.
Coenopolium, cellarium, penus, apotheca.
Coenulentia, foetor, spurcitia.
Coenula, parva coena.
Coenitare saepe coenare.
Citerior, interior, penitior.
Citimus, intimus, penitissimus.
Citeria, effigies quaedam ludi causa in foro allata.
Censores, iudices.
Censorius, qui censum servat, qui et apothecarius, et thesaurizarius dicitur.
Citrosus, crispus, et decorus.
Centrum, punctus.
Censura, iudicium, aequitas.
Centrones, illi qui faciunt feltre, quod et pro ipso feltre dicitur.
Centuriare, ordinare, statuere, disponere.
Centuriator, ordinator.
Centurio, qui centum praeest hominibus.
Circulare, circumdare, gyrare, lustrare, orbiculare, ambire, circinare.
Circulator, deceptor, versipellis.
Centuria, ducenta iugera in agris, centum homines in re militari.
Circumscriptorie, callide, versute, gnare.
Circumsepte, caute, gnave, fabre, cautim.
Celeriuscule, celeriter.

Circum, circa, circiter.
Circumforanus, qui fora circuit, qui et lustro dicitur.
Circenses, ludi quidam cum armatis facti.
Circius, ventus, qui circuitum facit; unde et circinare, circuire. Ovidius: circinus excurrens meta interiore laborat.
Caperatus, rugosus, squarrosus, verricosus, tuberosus, gibbosus, pupulosus, inaequalis.
Capricornus, animal, qui et rhinosceros dicitur.
Caprificus, herba quae perforat mausolea.
Carnulentus, crassus.
Carnulentia, pinguedo, arvina, adeps, axungia.
Caruncula, parva caro.
Coriolum, parvum corium.
Carnificina, macellum.
Coriosus, vestitus.
Corytus, theca arcuum.
Coryntus, theca sagittarum.
Cutitus, stupratus.
Cuticula, parva cutis.
Cudere, fabricare, tundere.
Cauterium, ferrum quo uruntur infirmi.
Causticus, asper, acrimoniosus.
Cauteriatus, durus.
Cavillare, contendere, disputare, litigare, iurgare.
Cavillator, disputator.
Cautim, caute, prudenter. Terentius: cautim et paulatim dabis, si sapies.
Carptim, scissim, divisim, caesim, laniatim, fractim, discerptim.
Cavilla, rixa, contentio.
Carmentis, Dea carminum.
Carpentus, currus.
Carminari, carmen facere.
Carduelis, quaedam avis.
Cirpus, iuncus.
Claritudo, claritas, fulgor, nitor, iubar, vibramen, splendor, coruscamen.
Cradiamen, illustramen.
Clarius, sol.
Clerimonia, cleritas, vel clericalitas.
Cibosus, cibo plenus.
Ciborium, vas ad cibos deferendos aptum.
Cybae, tesserae, tali, taxilli, tessivae.
Cibarium, cibus, edulium, esus, epulum.
Cirrus, crinis, coma, caesaries, cincinnus.
Cibeles, mater Deorum.
Cilliba, mensa cibatoria, quae et assidela dicitur.
Cirratus, crinitus.
Culmus, folliculus grani.
Culminare, exaltare, sublimare, fastigare.
Corax, corvus. Marcianus: corax oris aurati feminae auspicio praevolabat.

Crinius, sol, Phoebus, Titan, Clarius.

Culponeus *, rusticanum calciamentum.

* Plaut. *sculponeus*; italice *gli scarponi*.

Cuchinones, derisores.

Culmites, divites.

Cumaticus, versificator; nam cuma dicitur brevis dictio.

Calamistrum, acus unde coma dicriminatur.

Capatulus, aliquantulum capax.

* Hinc. corr. p. 126. v. 11.

Captare, frequenter capere, vel cupere.

Cirreis, avis quae vocatur cirris.

Capescere, frequenter capere.

Capsus, carruca undique convecta.

Capsa, cista ubi aliquid reponitur, quod etiam pro parva domo dicitur.

Capi, genus mensurae quod in libro regum reperies.

Capis, genus vasis.

Capsella et capsula, cista repositoria.

Capisterium, vas ad purgandum frumentum.

Captentula, subtilis verborum deceptio. Marcianus: captentulae ludis illigantibus.

* Ita in cod. etiam p. 128. v. 10.

Cepadines, saxa in mari prominentia.

Caprona iuba equina; caprona, quasi capiti equi prona.

Capicium, os cappae, vel os tunicae.

Capululum, genus mitrae.

Caliptra, genus mitrae.

Cipio, baculus ad capiendum aptus.

Capedulum, mitra, pileum, calamacus, caliendrum, comatium, caliptra, capululum.

Capitolinus, de Capitolio existens.

Capsax *, vas duodecim sextariorum.

Capital, sententia de capite puniendo. Terentius: nova capitalia, inquit.

Capillamentum, capillatura.

Capillosus, capillis plenus.

Capillicium, capillatura.

Capax, quod multum capit.

Capedo, studium, vel ingenium.

Cepere, incipere, inchoare, iniciari.

Copsus, copiosus.

Cerdo, pelliparius, parmentarius, alutarius.

Cercopa, certator, agonista, brabeuta, agonizeta, pugil, agonisticus, desudator.

Clepsydra, dotillus * dolii.

Clepere, rapere, furari, expilare.

Cleps, fur.

Cleptus, furatus.

Cauponari, vendere.

Caupones, taberniones, crustarii, ganeones.

Caupona, taberna, crustaria, cetaria, metaria.
Cupedia, cupiditas edendi vel bibendi.
Cupidus, aliquantulum cupidus.
Cupidiosus, cupidus.
Cupidenarius, denariorum cupidus.
Cuppes, cibi lautiores.
Cinctim, strictim.
Cinctutus, discinctus.
Calixtrix, simia cum producta barba.
Callis, semita, limes.
Callus, porci cuana.
Callidus, astutus, versutus, versipellis, varus, cicur, gnarus.
Callere, prudenter agere.
Cinxia, quoddam nomen Iunonis.
Cumera, vas frumentarium.
Camur vel camurus, curvus, obuncus, aquilinus.
Camillus, et camilla, iuvenes sacerdotum.
Coccinator, cocus.
Coculum, quodlibet vas aeneum.
Cocular, vas cavatum ad officium coquinae.
Coquinare, saepius coquere.
Coquestrius, vel quoquestria, qui panem quoquit.
Crucibolum, mortarium.
Crucicula, parva crux.
Cruciarius, cruciabilis.
Crucium, cruciamen.
Cavernatus, perforatus, perfossus, inscropatus.
Cavernosus, cavernis plenus.
Caballinus, equus.
Cochlea, testa cuiusdam priscis.
Conchus, quidam lapis qui in in concha reperitur.
Conchylium, genus sanguinei coloris.
Cocleatius, lapis marinus arena et cochlea concretus.
Culleus, corium in quo dampnati insuebantur.
Culigna, quoddam vas rotundum.
Culleola, exterior cortex viridis nucis.
Crebrifurus, locus furibus creber.
Cucullus, vestis capiciata.
Cribellum, parvum cribrum.
Coenocephalus, gens caninum habens caput.
Cevere, clunes movere. Persius: bellum hoc, an Romule ceves?
Chrysostomus, aureum os habens.
Crissare, fricare, cevere. Iuvenalis: numen crissantis adorat.
Calariae, naves quae ligna portant.
Caleare, properare, maturare, festinare, accelerare, ciere, citare.

* Ita cod. Calones, lignorum portitores.

Caligarius, minister ferens ligna.

Camscare, plectere.

Clanculum, clam, clanculo. Terentius: alii clanculum patres quae faciunt.

Coniunctim, strictim, pressim.

Cunctari, morari, intricari.

Cunctatim, omnino, vel omnimodo.

* p. 142. *hynniosus.* Cunctabundus, morosus, tardus, piger, segnis, reses, silicernus, plumbeus.

Cauma, calor, fervor.

Comtus, genus teli.

Conus, summitas galeae.

Contumia, contumelia, convicium, improperium, obiurgatio, litigium, cavillatio, cavilla.

Crotula, cymbalum. Marcianus: crotularum tinnitu universa dissultant.

Contemplari, videre, intueri, considerare, conspicari, spectare.

Corbes, cophini, quali, quaxilli.

Corbio, qui corbes fert ad vendendum.

Cynomya, canina musca, quae et scinifes dicitur.

Cinnamum genus thuris. Statius: ab antiquo durantia cinnama bello.

Cinnamologus, cinnama legens.

Cicindila, meca *, et lychnus, et dicitur pro candela.

Cartilago, tenue os vel auris vel naris.

Concubium, quaedam pars noctis. Ennius: qua Galli furtim noctu summa arcis adorti moenia concubia vigilesque repente cruentant.

Calamitare, contristari, moestificari.

Casnomya, musca venefica.

Caesius, hirniosus *, lenticosus.

Catalogus, ordo, vel numeratio.

Cicur, prudens, varus, gnarus, gnavus, cautus.

Castutus, catus, strenuus, industrius, factiosus, callidus, vafer.

Congialis, rotundus. Plautus: mulsi congialem faciam tibi plenam fideliam.

Circissarius, proreta qui nautis imperat.

Clunes, nates. Iuvenalis: de virtute locuti clunem agitant.

Cladicariae, naves honerariae.

Colax, parasitus, parasitaster.

Clitella, honus equorum. Horatius: quam quo perferre iuberis clitellas, ferus impingas.

Colustrium, lac concretum in mammis.

Commanipularius, socius, col-

lega, consors, comes, condiscipulus, coapostolus.

Conmulcare, conculcare.

Conponula *, taberna, cetaria, crustaria, popina, merana, ganearia, clepsydraria, pandochium.

Culina, coquina. Iuvenalis: magna non degenerare culina.

Confarratus, sociatus, comitatus.

Confida, fidem cum alio habens.

Conticinium, hora qua omnes conticescunt. Plautus: factum volo redire huc conticinio.

Conflatim, copulatim, contexte.

Congenare, acervare, congregare.

Clavus, dignitas quaedam apud Romanos. Ovidius: induiturque humeris cum lato purpura clavo.

Clavus, vestis quaedam est, et in veste dignitas figuratur.

Collibium, genus certae pecuniae.

Conbibiolus, qui frequenter cum alio bibit.

Criticus, sapiens, vel medicus. Horatius: ut critici dicunt, leviter curare videtur.

Consternatus, exanimis.

Cossus, vermis in ligno, qui et teredo dicitur.

Colymphium, panis azymus.

Contiquia, imbrium collectio.

Circilla, opilago.

Culpitare, frequenter inculpare. Plautus: ne iusiurandum nostrum quisquam culpitet.

Chronica, temporum series vel ordo.

Chronographia, brevis scriptura *.

Commilicium, milicia, satellicium, sodalicium. Sidonius: tum mihi praecipue commilicio recenti familiaris.

Cumbia, genus poculorum.

Callator, sacrorum minister.

Corbulus, parvus corbes. Plautus: coctam sursus subducemus corbulis.

Cascus, vetus, antiquus, annosus.

Cadax, claudus, qui saepe cadit.

Chelys, lyra, cithara. Statius Thebaidos: numero tendo chelym.

Cardinarius, primarius.

Categoriae, praedicamenta, vel praedicationes.

Chelae, brachia scorpionis. Virgilius: qua locus Erigonen inter chelasque sequentes.

Cata, secundum, vel adversus.

Calculator, numerator.

* Ita cod.

* *cave.*

* Ita cod.

Catapulta, sagitta barbata *. Plautus: catapulta hoc ictum est mihi apud Sicyonem.

Calizinare, calamos messores colligere.

Calicare, bibere, potare, sorbillare, pitissare.

Chiliarchus, qui praeest mille hominibus. Ambrosius: intervenientibus centurionibus et chiliarchis, a nece temperatum est.

Causatium, quaestio causae.

Collativus, capax, sinuosus, latus. Plautus: quis est hic cum collativo ventre, et oculis herbeis.

Caducifer, pacis nuntius.

Calculosus, infirmitatem habens, quae calculum dicitur.

Cylindrus, malleus. Virgilius in Georgicis: area cum primis ingenti aequanda cylindro.

Callosus, pinguis.

Carnulentus, esculentus.

Catiliones, gulosi.

* Cod. *cidabatur.*

Cherucus, illud quod malo superponitur, et secundum ventum movetur. Lucanus: instabit summis minor ursa cherucis.

Centrices, meretrices, lupae, multivirae, diobolares, nonariae.

Censorinus, cui census redditur.

Carica, fructus fici vel palmae. Ovidius: haec nux hic mixta est rugosis carica palmis.

Cervicarium, cervical, pulvinar, aureale.

Cernulus, ingeniosus.

Charagmata, impressiones, vel litterae. Anianus: sicut nummus habet charagma Caesaris, sic hoc habet Dei.

Circitura, circuitus, ambitus.

Cibutum, arca cibaria.

Convasatus, in altum erectus. Sidonius: laudum convasatis clamationibus.

Cygnitus, vox cygni.

Colludium, turpis ludus ubi plures laeduntur.

Convena, qui aliunde venit.

Creagra, fuscina, tridens.

Clocitatus, cervi vox.

Chromaticus, qui colore non confunditur.

Cleontinus, baronicus, nobilis. Sidonius: cleontina segete confectus panis dabatur *.

Clima, pars, sicut dicimus climata mundi.

Comata, censurae.

Clanculare, celare.

Conopeum, genus retis.

Clandestinus, occultus, celatus, reconditus.

Coaequaevus, unius et eiusdem aetatis.

Conflages, loca ventosa ubi multi venti conflant.

Cacuminare, sublimare. Ovidius: summasque cacuminat aures.

Confoedustus, eodem foedere cum alio ductus, coniunctus.

Cosmographus, mundi descriptor.

Cohum, lorum quo temo ligatur cum iugo.

Conibentia, obedientia, collibentia, assensus.

Conibere, oculos claudere. Marcianus: quin etiam eum conibere cupientem.

Conicere, cogitare, perpendere, praemeditari.

Collegium, societas, consortium, contubernium, sodalicium, comitatus.

Collateralis, socius, consors, commanipularius, collateraneus, confoedustus, consodalis, contribunalis *, condiscipulus, confida, comes, collega, consocius, contubernio, conbinarius, collatensis, convictuarius.

Congire, per augmentum crescere, vel aequare.

Congium, quaedam mensura.

Congiarium, frustum carnis undique aequatum.

Cerrones *, leves et inepti.

Cothones, portus manu facti.

Cesticillus, circulus in capite cum aliquid deportatur.

Conivere, annuere, consentire, obsecundare, allubescere. Persius: conivente oculo praedarum ad gaudia.

Cestus, corium cum plumbo infuso.

Catechizare, confirmare.

Calpar, genus fictilis vasis.

Cidaris, mitra pontificalis.

Colluvium, sordicitas, faeculentia, coenulentia, faetor, spurcitia, colluvies.

Cespitare, fodere.

Cunire, stercus facere; inde cunnus.

Calastris, genus tunicae.

Claxendix, concha qua vexillum tegitur. Plautus: opposita est claxendix, at ego signi dicam quid sit.

Catasta, lectus ferreus.

Capissidilis, pera, siptacius, marsupium, moculus, loculus, crumena.

Consus, consiliorum Deus.

Clatus, parvus scyphus, cyathus, sorbicillus, clatterculus, porrectorius.

Cerritus, furiosus, insanus, exs, excerebris.

Cluma, folliculus hordei.

Cyparissae, nocturnae imagines.

Cabiare, perforare.

Cracentes, graciles, exiles. En-

* Ita cod.

* *gerr.*

nius : sunt multi gladii mea dia regione cracentes.

Cheruci, lineae ad quas vela suspenduntur.

Ciconium, lignum quo aqua in hortis hauritur.

Cidones, puerorum amatores.

Chalcidicum, foris deambulatorium.

Comopolus, municipium, asylum.

Clinicus, paralyticus.

Compendium, quod breve est et utile. Statius : relegunt compendia silvae.

Collibrum, foenus pecuniae.

Cata puera, docta puella.

Conpluvium, locus ubi pluviae confluunt.

Conplex, de uno peccato alteri alligatus.

Conplodere, elidere.

Candius, vestis regia.

Chaonia, glans pinguis.

Conplusculi, plures. Terentius : primum compluscu-los conveniebat.

Cataclysmus, diluvium.

Catarrhatus, fluor a naribus vel aure vel oculo fluens.

Conbinulus, concors, concordialis, unanimis.

Congenitio, congregatio, consortium.

Coeliacus, qui in ventre habet passionem.

Conquiniscere, oculos claudere. Pomponius * : ad eum ut conquexi, interim mulieres conspiciunt.

* Cod. *Pompinius.*

Citor, fumus, favilla, vapor.

Classarius, tibicen.

Clibanicus, panis in fornace coctus.

Climacteria, incerta profugia.

Collyrida, panis subcinericius.

Cephalalgia, capitis dolor.

Chelido, hirundo; inde chelidomatus, idest gladius in modum caudae hirundineae furcatus.

Cimmeria, silva obscura.

Centua, terrae vel vineae centum pedes.

Ceramus, figulus.

Copadia, carnis particula.

Cornipeta, bos cornu petens.

Conpilare, rapere, depraedari. Horatius : ne te compilent fugientes.

Conpilator, qui plurima in unum congerit.

Consponsus, coniurator.

Constipare, circundare, ambire, illustrare, gyrare, circinare, orbiculare.

Cornicentes, cornicines, cornu canentes.

Considium, consilium, a Conso consiliorum Deo.

Cupes, vel cupedia, vasa aquaria.

Corrogare, invitare. Marcianus : Dii ad convivium corrogati multa contulerant.

Conventare, convenire.
Contribulis, de eadem tribu natus.
Conspicari, videre.
Corrugare, in rugam deducere. Horatius: ne turpe toral, ne sordida mappa corruget nares.
Contubernio, socius.
Contumax, elate superbiens.
Cohors, agmen, turma, phalanx, phalanga, cuneus, caterva, coetus, globus, turba.
Convotus, isdem votis astrictus.
Consertim, coniunctim, strictim, cinctim.
Coortus, insimul ortus. Ovidius: sic ubi se ventis commiserat * unda coortis.
Crocare vel crocitare, clamare cornu.
Cotyla, mensura vini, quae hemina dicitur, et decem cotylae faciunt unum comor.
Confragius, spissus. Prudentius: et confraga densis arboribus dumeta tegunt.
Coactim, urgenter, violenter.
Cosmus, mundus; inde cosmarius, vel cosmarcha, princeps in mundo.
Conpascuus, ager communis ad pascendum.
Coaltercare, conlitigare.
Convictor, qui cum alio vivit.
Convallis, magna vallis.
Convectare, conportare.
Consobrinus, cognatus. Terentius: est ne hic Crito consobrinus Chrysidis?
Contentare, saepe contendere.
Contiguus, vicinus, affinis, anterminus.
Convicaneus, conterminus.
Contiguitas, vicinitas.
Contagiosus, idest macula plenus.
Contumax, superbus, elatus, torosus, superciliosus.
Contumacia, superbia.
Contribulis, cognatus.
Conterritus, perterritus, pavefactus.
Condecet, valde decet.
Confire, efficere. Macrobius de Saturnalibus: oportet, dicit, qui ex quadrantibus confit intercalare. * *admiserat.*
Confugela, confugium, adiutorium.
Confuga, fugiens cum alio.
Consentaneus, consentiens.
Confinis, vicinus.
Confinium, vicinitas.
Confrixorium, caldarium, patella.
Congestim, accumulatim.
Congestare, accumulare, congerere.
Congestus, accumulatus.
Conglobatim, cumulatim, turmatim.

Cosmographia, descriptio mundi.
Chirographum, scriptura cum manu.
Congruere, convenire.
Conicere, simul iacere, vel mente versare.
Collega, socius, consolatium, conmanipula.
Collegium, societas, contubernium, consortium.
Commentari, adinvenire.
Conmentum, vel conmentarium, carminis adinventio.
Conmercium, de pluribus rebus una vendicio.
Consentes, divinis bonis consentientes.
Conmasculus, bene masculus, fortis, virtuosus.
Conmilitones, eiusdem miliciae socii.
Compeditus, incatenatus.
Conpilare, rapere.
Conpetere, convenire, congruere, concinnare.
Conpetentia, convenientia.
Consternari, cadere, exanimem esse.
Conpendiosus, utilis, et necessarius.
Conpensare, donare.
Conpensus, redditus.
Conputare, numerare.
Conpotores, simul potantes.
Corrogare, invitare.
Conruminare, murmurare.
Constipare, fulcire.
Consertim, coniunctim.
Consitio vel insitio, plantatio.
Conspicari, videre.
Conspicillum, locus ad inspiciendum aptus.
Conspicacia, spes.
Conciscere, simul vocare.
Consectaneus, eiusdem sectae.
Caltha, genus floris.
Calamizare, laeta contare.
Calestra, genus mitrae.
Cardinarius, primarius.
Charaxare, scribere, charactare.
Caupona, taberna, incraria, ganearia, popina, crustaria, clepsydraria, caupuncula.
Causarius, reus pro crimine in causa inductus.
Cavernicula, cavernula.
Canuxius, verbosus, loquax, dicax, seminiverbius, multilinguis, multicrepus.
Catascopus, explorator, indagator, circulator, investigator, inquisitor.
Catervarius, qui semper est in caterva, et multitudine populi.
Cerarius, qui ceram vendit.
Ceraunia, genus uvarum, quae rubent ut ignis.
Ceutrum, os quod in collo est, quod crotolla dicitur.
Chronographia, temporis descriptio.

Cylindrus, lapis ingens, quod in Georgicis reperies.

Chimaera, serpens, vel nomen navis.

Circumspectus, cautus, gnarus, astutus, catus, varus, providus, cicur, prudens, callidus, senatus, cordatus, strenuus, industris.

Circumscriptorie, callide, astute.

Ciritare, ad populum loqui; unde et cirix *, praedicator dicitur.

Chiliarchus, tribunus qui mille praeest.

Cicurare, prudenter vel mansuete se continere.

Citatim, mobiliter, agiliter.

Civitare, civitatem colere, vel civem facere.

Clanculare, abscondere, occultare, recondere.

Cocculere, palliare, subacellare.

Claredines, nitores, claritudines.

Commolitare, mollem facere.

Commonitorium, commonitio*, epistola.

Commonitare, saepe commonere.

Commessor, conviva qui cum alio comedit, qui et convictor et coëpulo dicitur.

Coëpulones, cum aliis epulantes.

Conmingere, cum aliis mingere.

Conmatice, breviter, conpendiose.

Conpetitor, qui cum alio petit.

Conperendinare, procrastinare, demorari, diutinare, differre, dilatare, prolongare, protelare, prolixare.

Commulcare, concutere, complodere, concussare.

Conforaneus, unius fori vicinus.

Cogniter * vel cognite, benigne, humane.

Congelamen, congregatio, conventus, quia simul in unum congelatur, idest confirmatur.

Congire, congregare, coadunare.

Cordator, providus, circumspector.

Corna, poma ex corno arbore.

Congrex, coetus, conventus, chorus, chorea, agmen, phalanx, consortium, contubernium, sodalicium.

Colaphista, moneta.

Consopire, simul dormire.

Consolidus, fortis, robustus, integer.

Collegarius, collega, socius, condiscipulus, sodalis, conscholaris, consentaneus, consors, comes, consocius.

Contaminosus, probrosus, inmundus.

* κήρυξ.

* Ita cod.

* Cod. *conitio.*

Contaminare, polluere, foedare, sordidare, maculare.

Continuare, assiduare, perpetuare.

Cotyla, scyphus, hemina, parvus scyphus.

Condextraneus, in dextra parte positus.

Conducticius, mercenarius.

Conviator, in una via pariter pergens.

Corporascere, impinguescere, inpinguare, saginare.

Conceptaculum, locus conceptionis.

Concipiones, quaedam stellae quae secundum astrologiam concipientibus aptantur.

Concitarium *, donatio imperatoris quae excitat animos ad obediendum ei.

Conclassare, conclamare, conboare.

Cosmographia, mundi descriptio.

Crementare, puberare, aumentari.

Crotalum, cymbalum.

Curules, praetores, consules, qui curam gerunt in populo.

Chirographare, charactare, scribere.

Consectari, sequi.

Consponsus, coniuratus, confoedustus, confoederatus.

* *congiarium.*

PROLOGUS

QUARTAE LITTERAE.

Ubi de tertia littera secundum Grammatica usque ad calcem exhausisset tractatum, succinctum super quarta exordiens prohoemium, in haec tandem verba prorupit. Scimus scorpiones ceteraque reptilia ea a summo opifice lege disposita, ut nequaquam acribus irarum stimulis concitentur, nisi quaepiam irascendi materia ea provocaverit. Sola vero invidia de bono aliorum ingemiscens misere profectu, unde eximie laetari debuit, inde perdite irata consistit. Quocirca perspicue patet, nocivum invidiae malum, serpentino nocivius esse veneno, quia illud hautquaquam officit, nisi officiendi causa incitetur; illud autem et sine incitabulo perfacile conmovetur. Verum numquidnam iccirco a bonis perpetrandis vacandum? Immo tanto est avidius in bonis desudandum, quatinus hostile malum eo praecipue supplicio expugnemus, quo facilius torquetur. Coeptam igitur dirivandi semitam promtius exequentes, quod supra quarta edisserandum * est littera, libera disputandi forma in publico evolvamus. Littera nempe, de qua consequentem exordiemur tractatum, D nuncupatur, quae ut ait Marcianus noster a pulsu linguae circa superiores dentes innascitur. Dixit, et haec verba dictavit voce superba.

* Ita cod.

D

Dico, cis, xi, tum, tu, verb. activ. Inde dictus, a, um, et hic dictus, us, et haec dictio, nis, et hoc dicterium, rii ·i· verbum iocose dictum; unde Macrobius de Saturnalibus iocos non raro dicteria nominat. Item a dico dicto, as, verb. frequent.; unde verbalia dictator, dictatio, dictatus, et hoc dictamen, nis. Et dictito, as, aliud frequent. unde Augustinus de civitate Dei: cur ludi scenici ubi haec dictantur, cantitantur, actitantur; et inde verbalia. Dicto componitur edicto, as; unde Plautus in Amphitrione: tute edictas facta tua. Item a dico haec Dictaea, ae ·i· Diana, et hoc dictannum, ni ·i· quaedam herba, et haec dipticha, chae ·i· tabula manualis, quae et pugillaris dicitur, et ephemeris; unde quidam: clerice diptichas ne dempseris unquam; et dicturio, is, verbum desiderativum; unde Macrobius de Saturnalibus: duces et milites fortia semper facta dicturiunt. Item a dico, haec dica, ae ·i· charta; unde et hic et haec et hoc dicax, cis ·i· loquax, facundus, quod comparatur dicacior, dicacissimus; unde dicaciter, dicacius, dicacissime adv., et haec dicacitas, tis, et dicaculus, a, um, diminut. ·i· aliquantulum facundus; unde Plautus: dicacula, inquit, est et haec meretrix. Item a dico, dico, as ·i· dictare; unde Claudianus *in eo* qui inscribitur de raptu Proserpinae: et vestri secreta poli qua lampade dicem; quod licet longum sit in auctoritate, breviatur tamen in compositione; componitur namque indico, as, unde verbalia; et hic index, cis, unde hoc indicium, cii; praedico, as, unde praedicator, praedicatus, praedicatio, et

praedicatorius, a, um, et hoc praedicamen, nis; unde hoc praedicamentum, ti, et praedicativus, a, um. Dedico, as; unde dedicatus, dedicatio, et dedicativns, a, um, et hoc dedicamentum, ti. Abdico, as ·i· denegare; inde verbalia, et abdicativus, a, um. Item haec dictatura, rae ·i· quaedam dignitas apud Romanos, quod et pro veste eiusdem dignitatis invenitur; unde Persius: quem trepida ante boves dictatura induit uxor; et hoc distichum, chi ·i· carmen duorum versuum, quod etiam hoc distichium dicitur; unde Theodolus: quod in distichiis carmen complecteris Enni. Item a dico secundum quosdam haec dicio, nis ·i· potestas; unde Prudentius in Psychomachia: cum regna simul dicionibus aequo robore crescebant. Dico componitur redico, is, addico, is, interdico, is; et inde verbalia; et hic indictus, us; unde Iosephus in decimo: non tamen prophetae quasi malarum rerum indictu dona abnegavit. Componitur quoque dico praedico, is, edico, is; unde verbalia.

Dies, ei, communis generis; inde haec diecula, ae, et haec diaeta, ae ·i· diei itineratio, et diatim adv. ·i· de die in diem, et hoc diarium, rii ·i· diei precium; unde Horatius: cum servis urbana diaria rodere mavis. Item ab hoc nomine, quod est dies, diu adverb. unde diutius, diutissime similiter adv., et diurnus, a, um, et diuturnus, a, um; unde haec diuturnitas, tis, et diutinus, a, um ·i· diurnus. Diu componitur aliquamdiu, et quamdiu, et interdiu ·i· interdum. Invenimus etiam interdius, a, um ·i· continuus; unde Plautus in Aularia: interdius quasi claudus sutor domi sedet. Componitur quoque diu perdius, a, um, iugis, continuus; unde Marcianus Ca-

pella : perdia pernoxque sacris honerata chartis. Item ab hoc nomine, quod est dies, diaeticus, a, um ·i· regularis, et hic dierectus, ti ·i· malus dies, et haec * *cave.* diaria *, riae ·i· continuus ventris dolor, et fluxus ; et pluraliter diesses, ium ·i· spatia de uno in alterum sonum vergentia ; et hic Diespiter, tris ·i· Iovis, et dicitur Diespiter quasi diei pater ; unde Macrobius de Saturnalibus : ipsi quoque Romani Diespitrem Iovem appellant, eumdemque Lucetium, eo quod lucis sit auctor. Dies componitur pridie ·i· in priori die adv. ; et inde pridianus, a, um. Cotidie ; inde cotidianus, a, um. Perendie ·i· peremto die, quasi sero ; vel, ut alii volunt, in altera die ; unde Plautus : quae cras veniet, perendie foras efferetur soror ; et inde perendino, as ·i· morari, procrastinare ; et inde verbalia. Componitur quoque dies hoc biduum ·i· duorum dierum spatium ; et inde biduanus, a, um. Triduum ; inde triduanus, a, um. Quatriduum ; inde quatriduanus, a, um. Hodie ; inde hodiernus, a, um. Nudiustertius adv. ·i· transacta tertia die ; unde Plautus : caruit ne heri te febris aut nudiustertius ? Componitur etiam nudiusquartus adv. ·i· transacta quarta die ; unde Plautus : parasitum misi nudiusquartus Cariam. Meridies, ei ·i· media pars diei ·i· inde meridianus, a, um, et meridior, aris, verb. depon. ·i· in meridie requiescere ; unde in libro beati Iob : inter acervos eorum meridiati sunt.

Duco, cis, duxi, ductum, tu, verb. activ. ; inde hic ductor, ris, et haec ductrix, cis, et ductus, us, et ductim adv. ·i· tractim. Et ducto, as, verb. frequent. ; unde Plautus in Captivis : hic me ut libitum est ductavit dolis ; et inde verbalia. Item a duco hic

et haec ductilis, et hoc le; unde ductiliter adv., et hic ductileus, ei ·i· diusillus, quod et doctillus dicitur, et aliter clepsydra, et hic et haec dux, cis; unde hic duculus, li, diminut. et hic ducatus, us. Et duco, as ·i· nutrire verbum activum; unde Iosephus in quarto de Nazaraeis loquens ait: isti dum capillos suos ducant, corban ·i· donum offerunt Deo; et inde verbalia. Et componitur educo ·i· nutrire; et inde educatus, a, um, et haec educatio, nis. Dux componitur, redux, cis, et tradux, cis ·i· propago, quod et pro peccato Adae dicitur, quod ab ipso in posteros fuit translatum. Item a duco hic dusius, sii ·i· daemon qui homines educit a sensu. Et per compositionem haec Interduca, cae ·i· Iuno, quae imo Interduca dicitur, quia intererat quando puellae maritabantur, quae etiam Domiduca dicebatur quia in domum puellas viratas introducere videbatur. Quas duas partes Marcianus Capella ponens ita ait: Interducam, Domiducamque, Unxiam, Cinctiamque mortales puellae debent nominare. Duco componitur induco, is; unde inductus, a, um, et haec inductio, nis. Et pluraliter induciae, arum. Introduco, is, et introductorius, a, um. Componitur quoque duco, produco, is, obduco, cis ·i· tegere; adduco, is, reduco, cis; diduco, cis ·i· extendere; perduco, cis; subduco, cis; seduco, is, ·i· perdere; educo, is; praeduco, is; traduco, is; et ab omnibus istis verbalia dicuntur.

Dens, tis; inde hic denticulus, li, diminut. et hoc dentale, lis ·i· vomer; unde Persius: sulcoque terens dentalia Quinti. Item ab hoc nomine, quod est dens, hic dentix, cis ·i· piscis qui multos habet dentes, qui aliter dicitur lucius, et haec dentaria, ae ·i·

ferrum illud, unde medici dentes tollunt. Dens componitur bidens, tis ·i· ovis, ita dicta a duobus dentibus qui prominent, et edentulus, a, um ·i· extra*ctis dentibus*; unde Prudentius in libro hymnorum: edentularum cantilenae suaserint. Componitur quoque hic tridens, entis, quod aliter et fuscina dicitur et creagra; et hic triens, tis ·i· vas tres spinas, quasi tres dentes habens; unde Persius: validumque trientem excutit è manibus; et hoc bidental, lis ·i· locus in quo fulgur cadit, et aliquid a fulgure percussum; unde Persius: triste iaces lucis, evitandumque bidental.

Do, as, dedi, dare, datum, tu, verb. neut.; inde hic dator, ris, et datus, a, um, et hoc datum, ti, et haec datio, nis, et datatim adv. ·i· de dato in datum; unde Plautus in Gurgulione: tum isti qui ludunt datatim servi scurrarum. Item a do dativus, a, um, et datitius, a, um ·i· facilis ad dandum, et hic dodrans, tis ·i· quadrans, et haec Dodona, ae ·i· Diana Dea glandium; unde Statius Thebaidos: et nemorum Dodona parens. Item a do dapis, dapem, a dape, nomen triptotum; in plurali vero totum invenitur; unde hic et haec dapsilis, et hoc le ·i· largus; et inde dapsiliter adv. et haec dapsilitas, tis, et dapatice adv. ·i· magnifice. Et dapino, as, verb. activ. ·i· largiri; unde Plautus in Captivis: aeternum tibi dapinabo victum. Dapis componitur dapifer, eri. Item a do haec dos, dotis; unde hic et haec dotalis, et hoc le; et inde dotaliter adv. et hoc dotalitium, tii ·i· dotis precium, et hic donista *, ae ·i· fenerator. Et dedo, is, dedidi, deditum, tu ·i· donare, verb. neut.; unde Prudentius in libro hymnorum ponens praeteritum ait: usum dux salutis dedidit; et inde hic

* *danista.*

deditor, ris, quod et pro donatore, et pro traditore dicitur; unde Iosephus in decimo quarto: miliciae reus civitatis deditor existat; et deditus, a, um, et haec deditio, nis, quod et pro datione, et pro traditione invenitur. Item a do, secundum quosdam, quaedam verba quorum praeterita in didi, et supina in itum, ut ista: edo, is; inde editus, a, um, quod comparatur editior, editissimus; et inde adverbia edite, editius, editissime, et haec editio, nis. Prodo, is; unde proditor, proditus, proditio. Reddo, is; unde redditus, a, um, et hic redditus, us. Obdo, is; unde obditus, a, um, et obditio, nis. Subdo, is; unde subditus, a, um, et subditivus, a, um ·i· suppositus. Abdo, is; unde abditus, a, um, et hoc abditarium, rii ·i· locus habilis ad abdendum. Indo, is ·i· foras emittere; inde inditus, a, um. Addo, is; unde additus, a, um. Perdo, is, perdidi; unde perditus a, um, et perditio, nis, et haec perdix, cis, eo quod facile perdat pullos suos; unde Ovidius: vulturis atque iecur, vel ius perdicis apertae. Trado, is; unde traditor, et traditus, a, um, et traditio, nis. Do componitur circumdo, as; unde circumdatus, a, um. Pessumdo, as ·i· subditum dare; nam pessum dicitur subtus; unde Lucanus: sidentia pessum corpora caesa iacent; et inde verbalia.

Dono, as, avi, tum, tu, verb. activ.; inde verbalia, et hic Donatus, ti, pro nomine libri, et hoc donum; unde et hoc donarium, rii ·i· donum, et hoc donativum, vi ·i· stipendium; unde et in vita sancti Martini dicitur: quum coepit imperator donativum erogare militibus. Item a dono haec donatica, cae ·i· corona qua victor donatur. Donum componitur hic do-

naferus, ri ·i· ille qui fert dona. Dono componitur redono, as, et condono, as ·i· remittere; et inde condonator, condonatus, condonatio, condonabilis; unde condonabiliter adv. Et sciendum quod donare aliquando dicitur pro honorare.

Deus, Dei; inde deicus, a, um, et deice adv. et haec deitas, tis, et deodicus, a, um ·i· deicus. Item ab hoc nomine, quod est Deus, divus, a, um; unde divinitus adv., et divinus, a, um, et divino, as, verb. activ. et inde verbalia divinator, divinatio, et hoc divinaculum li ·i· locus divinationis, quod et divinatorium dicitur. Item ab hoc nomine, quod est Deus, divum, et divo adverbia ·i· sub caelo, vel extra tectum, et hic dialis, lis, sacerdos Iovis, qui flammen, et lupercus, et aedivus, aedituus aliter dicitur, et dius, a, um ·i· divinus; unde Persius: ecce inter pocula quaerunt Romulidae saturi, quid dia poëmata pendant. Deus componitur semideus, et deicultor, et deificus.

Doleo, es, ui, tum, tu, verb. neut.; unde hic et haec et hoc dolens, tis, quod comparatur dolentior, dolentissimus; unde dolenter, dolentius, dolentissime adv. Et hic dolor, ris; unde dolorosus, a, um, et dolorose adv. et hic dolus, li; unde dolosus, a, um, et dolose adv. et haec dolositas, tis; et componitur subdolus, a, um; unde subdole adv. Doleo componitur condoleo, es; unde condolesco, is, verb. inchoat. Componitur quoque doleo, dedoleo ·i· non dolere; unde Ovidius de Remediis: vincula qui rupit dedoluitque semel.

Dulcis, comparatur dulcior, dulcissimus; unde dulciter, dulcius, dulcissime adv. et haec dulcedo,

nis, et dulciculus, a, um, diminut. Unde Cicero: aliquid dulciculae potionis videamus. Item ab hoc nomine, quod est dulcis, dulceo, es, quod non est in usu; et inde dicitur dulcesco, is, et hic dulcor, ris; unde dulcoro, as, verb. neut. et inde verbalia dulcorator, dulcoratus, dulcoratio. Dulcis componitur praedulcis, et quamdulcis, et dulciloquus, et dulcisapus ·i· dulce sapiens.

Decet verb. defectiv. inde hic et haec et hoc decens, tis, quod comparatur decentior, decentissimus; unde decenter, decentius, decentissime adv. Decens componitur indecens; unde indecenter adv. Item a verbo decet hoc decus, ris; et inde decuso, as, verb. activ. ·i· venustare, adornare; unde Marcianus Capella: novitate situs signiferum circulum decusaret; et inde decusatus, a, um, et decusatim adv. ·i· ornate et venuste; unde item Marcianus: huic rosis decusatim iunctis sertata contextio. Item a verbo decet, hic decor, ris, quod etiam communis generis invenitur; unde Naevius: magnamque domum, decoremque ditem duxerat; et inde decorus, a, um; et inde decore adv. Et decoro, as, verb. activ. Et notandum quod secunda syllaba de hoc nomine decorus, et de verbo decoro, et breviatur, et producitur; nam brevem posuit eam Statius Thebaidos ubi ait: terrarum decora alta viri decorique iugales. Theodolus vero longam, cum dixit: virgo decora nimis David de semine regis. Decoro componitur condecoro, as, et dedecoro, as, et ab istis verbalia. Decet componitur condecet, et dedecet ·i· disconvenit; et inde hoc dedecus, ris; unde dedecorosus, a, um, et dedecorose adverbium.

Dignor, aris, verb. depon. inde dignans, tis; unde dignanter adv. et dignatus, a, um; unde haec dignatio, nis, et dignus, a, um, quod comparatur dignior, dignissimus; unde digne, dignius, dignissime adv. et haec dignitas, tis, et dignitosus *, a, um, ·i· similiter dignus; unde Iohannes Chrysostomus in expositione super Matthaeum: cum in illo saeculo caro infirma dignitosae * animae fuerit subiecta. Dignus componitur condignus; et inde condigne adv. Componitur indignus, a, um; unde indigne adv. Dignor componitur indignor, aris ·i· irasci, et dedignor, aris, et ab istis verbalia.

* sic in repet. Ast heic *digniosus*.

* ut supra.

Dolo, as, verb. activ. Inde verbalia; et haec dolatura, rae, et hic et haec dolabra, rae: unde Iuvenalis: si lentus pigra muniret castra dolabra; et inde haec dolabella, ae, diminut. Invenimus quoque hoc dolabrum, ri. Item a dolo verbo hoc dolarium, rii ·i· locus in quo dolatur. Et pluraliter dolones ·i· tela, quae in vaginis absconduntur propter dolum, et hic dolus *, li, ·i· servus. Dolo componitur redolo, as.

* *dulus*.

Decem nomen indeclinabile communis generis; inde denus, a, um, et decies adverb., et denarius, a, um, et hic denarius, rii, pro numero; unde hic denariolus; et componitur cupidenarius, rii ·i· mercator cupiens denariorum; unde Terentius in Eunucho: concurrunt laeti obviam mihi cupidenarii. Item a decem, decimus, a, um; unde decimo, as, verb. neut. et decimatus, a, um, et haec decimatio, is, et decima, ae; unde haec decimula, ae ·i· parva decima diminut. et hic decumanus, ni ·i· maximus limes in agris; et inde per compositionem edecumo, as ·i· excerpere; unde edecumator, edecumatus; unde Ma-

crobius de Saturnalibus: inveni, inquit, iocos veterum virorum edecumatos ex multis libris; et inde haec edecumatio, is. Item a decem haec decas, dis ·i· decem; unde Smaragdus: per decades centum, per centum mille redundant; et inde hic decalogus, gi, per compositionem ·i· de decem praeceptis locutio; et decachordus, a, um ·i· decem chordarum; et hendecasyllabus, a, um; unde Prudentius in libro hymnorum: dulces hendecasyllabos revolvens. Item a decem hic digitus, ti, eo quod decem sint, quinque in utraque manu, primus pollex, secundus index et demonstratorius, tertius medius et impudicus, quartus medicinalis vel anularis, quintus auricularis. Et ab hoc nomine, quod est digitus, pluraliter hii indigetes, etum, per compositionem ·i· Dii apud antiquos, quos minime nominare audebant; et indigitor, aris, verbum deponens ·i· demonstrare, et nominare; unde Macrobius de Saturnalibus: constat hanc Deam Faunam Opemque in libris pontificum indigitari; et inde verbalia. Item a decem hic decanus, ni; unde haec decania, ae, et haec decanissa, ae ·i· decani uxor. Et per compositionem hic decurio, nis ·i· princeps super decem; vel, ut alii volunt, decurio dicitur quasi de curia existens, qui etiam aliter et decures, et decudes dicuntur. Sciendum quod antiqui dicebant decumus pro decimus; unde Plautus in Amphitrione: alter decumo post mense nascetur puer. Decem componitur undecim, unde undenus, a, um, et undecies adv. Duodecim; unde duodenus, a, um, et duodecies adv. Componitur quoque decem haec decempeda ·i· pertica ·i· decem habens pedes; unde Horatius in Odis: nulla decempedis metata porticus.

Dominus, ni; inde hic domicellus, li, et hic dominellus, li, diminut. et haec domina, ae; unde haec dominella, ae, et haec domicella, ae, diminut. et dominicus, a, um; unde dominice adv. et domnus, a, um per syncopam. Item ab hoc nomine, quod est dominus, dominor, aris, verb. depon.; unde dominator, dominatus, dominatio, et hic dominatus, us, et hoc dominium, nii. Item ab hoc nomine, quod est dominus, haec domus, us; unde haec domuscula, ae, diminut. et domesticus, a, um, et hoc domicilium, lii, ·i· domus fastigium, et domi adverb. ·i· in domo; unde Plautus in Amphitrione: domi bellique duellatores optimi. Et domo, as, verb. frequent.; unde hic domitor, ris, et domitus, a, um, quod componitur indomitus, a, um, et edomitus, et hoc doma, tis ·i· domus. Domo componitur edomo, as, et perdomo, as, et ab istis verbalia. Dominus componitur vicedominus. Et notandum quod dominus secundum quosdam a domo verbo et minor; vel dicitur dominus quasi dans minas.

Doceo, es, cui, ctum, tu, verb. activ. Inde hic doctor, ris, et doctus, a, um, quod comparatur doctior, doctissimus; unde docte, doctius, doctissime adverb. et haec doctrina, ae, et doctim adverb. ·i· docte; unde Plautus in Gurgulione: omnes liquores in me tuos sino doctim. Item a doceo hic et haec docibilis, et hoc le; unde docibiliter adverb. Dicimus etiam docilis pro docibilis; et inde dociliter adverb. et hoc documen, nis, quod non est in usu; sed inde extractum est hoc documentum, ti, et hoc dogma, tis; unde dogmatizo, as ·i· docere; et inde verbalia. Doctus componitur doctiloquus, a, um, et indoctus, a, um, et

semidoctus, a, um. Doceo componitur edoceo, es, et dedoceo, es ·i· non docere, et ab istis verbalia.

Disco, discis, didici, verb. neut. et caret supino; unde hic discipulus, li; unde haec discipula, ae, et haec disciplina, ae, quia per ipsam discimus: alii autem dicunt disciplinam dirivari a displiceo verbo, et dicitur disciplina secundum illos quasi displicina eo quod legentibus displiceat; et inde disciplinor, ris, verb. depon.; unde verbalia disciplinator, disciplinatus, a, um, quod componitur indisciplinatus; et inde indisciplinate adverb. Disco componitur edisco, is, et dedisco, is.

Dyas graece, duo latine; inde per compositionem hic dialogus, gi, duorum locutio; et haec dissologia, giae ·i· sermo duorum, et haec dialectica, cae ·i· duorum lectio, vel duorum disputatio; et inde dialecticus, a, um, unde dialectice adverb. Et diplo, as ·i· duplicare, et haec diaphonia, ae, ·i· vocum dissonantia, et haec diphonia, ad ·i· duplex locutio, et haec dipla, ae ·i· nota in testamentis signandis, et haec diplois, idis ·i duplex vestimentum, et hic dipondius, dii ·i· duo pondera, et diptota nomen indeclinabile ·i· nomen duos tantum casus in singulari habens, ut Iupiter, Iovis. Sic etiam dicimus triptota, vel tricoptota, quod tres habet casus in singulari; ut opis, opem, ab ope; monoptota quod unum tantum habet casum, ut mille.

Dexter, a, um; inde haec dextera, ae, unde haec dextra, ae, per syncopam, et hic et haec dextralis, et hoc le, et hoc dextrocherium, rii ·i· torques aurea; et per compositionem dextrorsum adverb.; nam horsum dicitur in ista parte adverbium; et componitur

dextrorsum ·i· in dextra parte. Componitur quoque dextera ambidexter, ri ·i· ille qui utraque manu utitur pro dextera, sicut fuit Ahot: de quo fit mentio in libro Iudicum, et dextroversum adverb. ·i· adversus dexteram, in dextera parte; unde Plautus: si deos seductas dextroversum.

Divido, is, divisi, sum, su, verb. activ.; inde hic divisor, ris, et haec divisio, nis, et divisus, a, um; quod componitur indivisus, a, um; unde indivise adverbium. Item a divido divisim adverbium ·i· separatim, et divisivus, a, um ·i· divisus, et dividuus, a, um, similiter pro divisus. Et componitur indivisus, a, um; unde individue adv. Item a divido hic et haec divisibilis, et hoc le; quod componitur indivisibilis; unde indivisibiliter adv. et haec dividia, ae ·i· discordia, et hoc dividiculum, li ·i· castellum in divisione terrarum positum. Et per compositionem hoc diversorium, rii ·i· cella ab aliis divisa. Item a divido divisiosus, a, um ·i· ille qui alios dividit, et discordare facit.

Durus, a, um, quod comparatur durior, durissimus; inde dure, durius; et haec duritas, is, et haec duritia, ae, et duriter ·i· dure; unde Terentius in Adelphis: factum a vobis duriter. Item ab hoc nomine, quod est durus, duro, as; unde hic et haec durabilis, et hoc le; et inde durabiliter adv. Et componitur induro, as; et inde induratus, a, um, et haec induratio, nis. Item ab hoc nomine, quod est durus, pluraliter dirae, arum ·i· furiae, eo quod durae sint; unde Statius Theb.: sceleris perstant in pectore dirae; et inde tractum est dirus, a, um ·i· crudelis, et hoc dorsum, si, eo quod durior pars sit corporis, et hoc dorsiculum, li, diminut. Et per compositionem edorso, as ·i·

Digitized by Google

dorsum scindere; et inde verbalia. Item ab hoc nomine, quod est durus, dureo, es, quod non est in usu; sed componitur indureo, es, et addureo, es; inde quoque dicitur duresco, is, quod componitur indurcsco, is. Durus componitur praedurus ·i· valde durus. Notandum autem quod partes dorsi ex utraque parte eminentes palae dicuntur; medietas vero spina vocatur, spinaeque iuncturae spondylia nuncupantur.

Duo, duae, duo; inde haec dulcusis, is ·i· servitus charitativa, quae fit inter duos; et componitur hic diucensus, us ·i· duorum census, et haec duudens, tis ·i· ovis, vel agnus duos tantum habens dentes. Item a duo hic et haec dualis, et hoc le. Et per compositionem duplico, as; et inde duplicatus, a, um, et haec duplicatio, nis, et duplus, a, um, et hic et haec et hoc duplex, cis; unde dupliciter adv. et haec duplicitas, tis, et hic duplicarius, rii ·i· ille qui duabus favet partibus.

Dumus, mi, inde dumosus, a, um ·i· spinis plenus, et dumose adv. et hoc dumetum ·i· locus dumo plenus, quod etiam hoc dumectum, ti, et hic et haec dumalis, et hoc le; unde Marcianus Capella: hirta dumalibus setis.

Denseo, es, ui, verb. neut. et caret supino; inde densesco, is, verbum inchoat. et densus, a, um, quod comparatur densior, densissimus; unde dense, densius, densissime adverb. et haec densitas, tis; et denso, as, verb. activ.; et inde verbalia. Et componitur condenso, as. Densus quoque componitur condensus.

Secundum autem mater Grammatica de quarta littera digerens sermonem, talibus iteratim coram consodali poëtarum phalanga exorsa est.

Digitized by Google

REPETITIONES.

D

Dictitare, frequenter ditare.
Dicturire, dictare, desiderare.
Dictannum, quaedam herba.
Dicterium, rii, verbum iocose prolatum.
Dida *, charta, cautio, scheda, tomus, membrana.
Dicax, loquax, facundus, verbosus, disertus.
Dicaculus, aliquantulum loquax.
Dicacitas, loquacitas, disertitudo, facundia.
Dictaea, Diana.
Dipticha, manualis, quae et pugillaris, et ephemeris dicitur.
Diana, quasi Duana i. die et nocte lucens.
Ditio, potestas.
Dictatura, quasi praefectura.
Distichum vel distichium, carmen duorum versuum.
Deplumator, duplicator, versipellis.
Degulator, gluto, heluo, ardelio.
Dicare, dictare.
Diecula, parva dies.
Diatim, de die in diem, vel per singulos dies.
Diarium, diei precium.
Denuntiare, pronuntiare, et prohibere.
Demutilare, detruncare.
Diversiclinium, locus ubi diverso coniunguntur.
Diaeta, diei itineratio.
Dierectus, malus dies.
Diespiter, Iovis, quasi diei pater.
Diesses, spatia de uno in alterum sonum vergentia.
Ducare, nutrire.
Ductile, quod facile potest deduci.
Ductare, ducere vel tractare.
Dusius, daemon, zabulus : diabolus deorsum ruens.
Dentale, vomer.
Dentosus, dentibus plenus.
Dentatus, dentibus armatus.
Datatim, numeratim, de dono in donum.
Dentaria, est ferrum unde medici dentes tollunt.
Dentrix, piscis qui plures habet dentes sicut lucius.
Dodona, Diana.
Daticius, facilis ad dandum.
Dodrans, quadrans.
Dapinare, largiri.
Demeare, transire, transmeare, demigrare.
Demitigare, demulcere. Terentius: utinam videam demitigari tibi caput sandalio!
Discerptim, carptim, minutim.

* p. 158. v. 17. *dica.*

Duodennis, XII. annorum.
Decursare, decurrere.
Discordiosus, discordia plenus.
Deoccursim, fluxim, stillatim, pluviatim, guttatim, undatim.
Dispensans, dapaticus, daticius, munificentissimus.
Dapsilis, largus, prodigus, munificus, donaticus.
Dotalicium, dotis precium, arrha.
Dedere, dare.
Dapatice, large, dapsiliter, munificenter.
Danista, fenerator.
Deditor, dator vel traditor.
Dedicio, datio vel traditio.
Duculus, parvus dux.
Donativum, donum, stipendium satellicium.
Donarium, donum, munus.
Donaferus, qui fert dona.
Dedolere, *non* dolere.
Donatica, corona qua victor donatur.
Divinaculum, locus divinationis.
Dionysia, festa Bacchi. Terentius in tertia comoedia: Dionysia hic apud me sis volo.
Divo, sub caelo.
Dialis, Iovis sacerdos: qui aliter lupercus et flamen et aedituus dicitur.
Dius, divinus.
Digrabulum, digitus, quia sunt digiti per duos gradus digesti.
Deuterogamiae, secundae nuptiae.
Dyota, vas vinarium. Horatius: deprome quadrimum sabina, o Thaliarche, vinum dyota.
Discerniculum, ornamentum muliebris capitis.
Dulcorare, dulcem facere.
Dulciculus, aliquantulum dulcis.
Dulcisapus, quod dulce sapit.
Decusare, ornare, venustare, decorare, polire.
Decusatim, ornate, decore.
Decorosus, decorus.
Densetus, densus vel densatus. Macrobius de Saturnalibus: et mulierum corpus quasi naturali humore densetum.
Dedecorare, dehonestare, conviciare.
Dedecet, disconvenit.
Dignitosus, dignus.
Dispendium, dampnum vel nimia largitas.
Dispensare, largiri.
Displodere, delere, concutere.
Dolumen, ascia, securis, asciculus.
Dolones, tela quae absconduntur propter dolum in vaginis.
Dolabra, ferrum unde dolatur.

Dolabella, parva dolabra.

Dromo, longa navis. Et quia de navibus fecimus mentionem, libet de diversitate nominum earum loqui, et de membris, et de instrumentis earum. Musculus, dicitur parva navis. Barca navis mercatoria. Paro navis priratarum. Myoparo navis ex vimine et corio contexta; unde in historia dicitur: gens Saxonum in myoparonibus, non viribus, nituntur; fugae potius quam bello parati. Celox vel celonis, velox dicitur navis; Ennius: labitur uncta carina per aequoraque alta celonis. Parvae naves dicuntur cymba, carabus, caupulus, lembulus, scapha, linter vel lintris, caudea eo quod longa ad instar caudae, legia eo quod legat i. colligat ante se aquas, liburnus eo quod libere currat; Horatius: ibit liburnis inter alta navium. Partes navis, puppis posterior pars, prora anterior, carina media, cymba ea pars quae vicinior est aquis, eo quod aquis superincumbat, forma via, latera concava. Omnes tamen partes navis pro ipsa quoque navi dicuntur. Instrumenta navis sunt haec; aplustre dicitur gubernaculum; antemnae, chordae illae quae ante anmen * sunt positae; transtra, sedilia navium; forus, foramen illud per quod remus emittitur; malus, arbor in qua velum pendet; carchesium summitas mali in qua chordae currunt. Lucanus: atque utinam summi curvet carchesia mali; cherucus, illud quod ad instar vexilli malo superponitur, et secundum ventum movetur. Lucanus: instabit summis minor ursa cherucis.

* Ita cod.

Decumanus, maximus limes in agris.

Decachordus, decem chordarum.

Discire, dissentire, disiungere.

Diffutare, disceptare.

Dispungere, donare; ideo et dispunctores dicuntur qui dona militibus erogabant.

Delitare *, deludere vel insanire.

* *delirare.*

Delirus, insanus, brutus, insulsus, lymphatus, stolidus, bardus, blennus, debacchatus, insipidus.

Deliramentum, stulticia vel derisio.

Displodere, concutere.

Digitized by Google

Depannare, dilacerare.
Dipsa vel dipsis, genus serpentis.
Deterire, vel deteriorare vel peiorare.
Draconita, gemma in fronte draconis.
Decas, decem.
Decurio, qui decem militibus praeest.
Desidescere, torpescere, pigritari, relaxare.
Decumus, decimus.
Disuria, aridae urinae digestio.
Diameros, recta linea loquendi.
Dynamidia, potestas herbarum, vel locus ubi medicina reconditur.
Decempeda, pertica decem pedum.
Didascalus, magister, paedagogus, praeceptor, doctor, monitor.
Discophorus, puer discum ferens.
Discolus, difficilis vel alienus, vel deorsum a schola ineruditus.
Depuire, verberare; Naevius: depuit me miseram ad necem.
Distesus, pertesus, perforatus, consumptus.
Dextimus, optimus vel in detra parte positus.
Diobolares, merces duobus obolis emtae.
Duellator, geminae pugnae victor.
Diffarreatio, dissolutio inter virum et feminam.
Domicilium, altitudo domus.
Domal, domus, penetral, penates, lar, aedes, casa, recessus.
Doctim, docte, sapienter.
Dogmaticus, sophisticus, doctus, sagax, prudens, instructus.
Dogmatizare, instruere, docere, erudire.
Duriosus, durus.
Duriter, dure.
Dextrocherium, torques, periscelides.
Dextrorsum, ad dexteram partem.
Dyas graece, duo latine.
Dialogus, locutio duorum.
Dissologia, sermo duorum.
Diplois, duplex vestimentum.
Dipondius, duo pondera.
Diaphonia, vocum dissonantia.
Diapsalma, divisio psalmi.
Decapolis, civitas quae decem habet civitates.
Depropiare, appropinquare.
Draconarius, vexillarius, signifer.
Didrachma, obolus.
Dipla, nota in testamentis signandis.
Diplare, duplicare.
Dialectica, duorum lectio vel disputatio.

Digitized by Google

Diploma, duplex locutio.

Diptota, nomen in singulari duos casus habens, ut Iupiter, Iovis.

Dirus, crudelis, crudus, truculentus, trux, atrox, saevus, violentus, ferus, feralis, bestius.

Dirae, Furiae vel Furiarum suggestiones.

Diudiculum, castellum in divisione terrarum positum.

Divisorium, cella ab alia separata.

Divisiosus, qui per suam discordiam et alios dividit.

Divisivus, divisus, separatus, semotus, seiunctus, segrex, dividuus, segregatus, selectus, disparatus, diductus, dimotus, diffoederatus, discopulatus, dispertitus, dissociatus, discriminatus.

*Cod*lina.

Dividia, discordia, Bellona,

Divisim, separatim.

Diucensus, duorum census.

Dulevsis, servitus charitativa quae fit inter duos.

Didens, ovis vel agnus duos tantum dentes habens.

Duplicarius, ille qui duabus favet partibus.

* *diarrhoea.*

Duplus, duplicatus.

Dumicetum, dumetum, locus spinosus.

Dumalis, dumis plenus.

Dioblatarius, ille qui opere suo duos obolos promeretur. Plautus: ubi sumptus petunt famuli, stat ibi fullo etc. Aurifex, faber auri; lanarius, qui lanam carpit; caupones, vini venditores; patigiarii, ianitores; inclusarii, qui vicinorum pecora includunt; flammarii, qui ignem faciunt; violarii, macellones; carinarii, coenum cicientes, nam carinos coenum dicitur; manulearii, qui manicas faciunt, nam manulea dicitur manica; propolae, unguenta vendentes; linteones, qui lintea* ad usum faciunt; sutates, qui sudes faciunt; molocaenarii, qui canes pascunt, quia molossus canis dicitur; scrofarii, porcarii; semisonarii, dimidium obsonium capientes, farcitores.

Dispendium, damnum, superstitio, iactura, discrimen.

Demoliri, terere, exterminare, demetere.

Dumtaxat, scilicet, videlicet.

Disceptare, contendere, cavillare, disputare.

Diaria *, continuus ventris dolor.

Ditis, Pluto, quod et pro divite dicitur.

Delicatus, delitiosus, mollis, effluens.

Digitized by Google

Deliberare, mittere vel disponere vel discernere.

Duellum, duorum bellum quod et duellium dicitur.

Duellio, duelli victor, qui et duellator dicitur vel duellans.

Domiduca, qui novam sponsam ducit domum; nomen quoque est Iunonis.

Demetere, abscindere, destruere. Propheta: demetam posteriora tua.

Ducenarius, princeps duorum.

Delubrum, locus in quo Deus stat, sicut locus in quo est candela.

Destinare, proponere, vel mittere, deliberare.

Dyspnoicus, suspiriosus, qui plus recipit quam remittit.

Dortonoicus, qui tantum remittit quantum reicit.

Dasmaticus, qui plus emittit quam reicit.

Delegare, mittere, deliberare, destinare.

Delibutus, inunctus, balanatus, balsamatus.

Deamare, valde amare.

Discretivus, discretus, providus, cicur, catus, gnarus, varus.

Delicatudo, elegantia vel deliciositas. Iosephus: in illum autem delicatudo ex deliciis et fortitudo convenerant.

Discertare, discernere.

Defaecatus, deorsum a faece purus, illimis, limpidus, effaecatus, purulentus.

Disiunctim, separatim, segregatim, semotim.

Discrimen, dampnum, iactura, superstitio, dispendium.

Discriminare, dividere. Statius: et ferrugineam frontem discriminat anguis.

Defetiscor, fatigare, vexare, inportunare.

Dilapidare, dispergere.

Dilapidatorie, sparsim, vastatorie.

Dilancinare, dilaniare.

Digladiare, discindere, exoccare, exartuare.

Dexossare, deartuare.

Diludium, diversus ludus ab alio. Horatius: displicet ille locus, clamo et diludia posco.

Deorsum, ex altera parte.

Depeculatio, spoliatio, rapina.

Dornicatio*, reditus ad proprium.

* *domicatio?*

Dementatio, insania, lymphatio, stomachatio.

Dualitas, duplicitas, alterplicitas.

Delimatus, a lumine exclusus, exterminatus, expatriatus.

Deverbium, canticum quod ante mortuum canitur.

Delitor, qui aliquem occidit. Accius: fictor scelerum, fratris deditor delitor.

Diducere, in diversum ducere, distrahere.

Diductus, distractus, quod in Iuvenali reperies.

Divortium, ubi divisae sunt viae.

Diverticulum, ubi de via una vertitur in aliam.

Diluere, abluere, eluere.

Dilutus, ablutus, vel madidus. Persius: dilutas queritur geminet quod fistula guttas.

Depeciscor, paciscor, pactum facere.

Depubes, iuvenis inpubes, vel porcus sugens *, et dicitur depubes quasi deorsum a pube i. a setis.

* Cod. *suggeres.*

Degenerare, deorsum a genere.

Degrassari, crudeliter agere.

Despicari, despicere, deludere, subsannare.

Desciscere, vocare, calare, nuncupari, percunctari.

Deliquere, decrescere. Ovidius: delicuit, stagnumque suo de nomine fecit.

Demonstratorius, digitus qui dicitur index.

Dispertiri, dare, donare, dispungere, praebere, tribuere.

Depilare, furari, clepere, depeculari, expilare.

Depelliculare, decipere, defraudare, illicere.

Delenire, mitescere, mitem efficere.

Delinimentum, mulcedo. Plato in Timaeo: animorum placiditatem continebamus in delinimentis musicae artis.

Divaricare, diversum facere.

Deunces, decem unciae. Persius: gravidos factura deunces.

Deliquium, distillamen. Plautus: tibi domi nihil deliquium est.

Discordiosus, discors.

Dilectus, us, electio. Quintilianus: et quanta dilectui tuo fit invidia.

Disseptus, dissutus. Homerus: et modo disseptos humeros.

Deses, piger.

Develare, discooperire. Ovidius: oraque develat miserae pudibunda sororis.

Desuetudo, quod aliquem desuetum facit.

Delumbis, debilis. Persius: natat delumbe saliva.

Dispescere, separare. Augustinus: quanta intercapedine summa ab infimis dispescuit.

Dindyma, sacra mysteria.

Dentilegus, qui fractos habet dentes. Plautus: omnes mortales dentilegos faciam.

Debriare, inebriare.

Derogare, detrahere.

Depalare, reserare.

Delirus, stultus, stolidus.

Direptim, raptim.
Dissitus, separatus, divisus.
Despumare, foras mittere.
Dissidentia, discordia.
Discidium, discordia.
Diapsalma, medietas psalmi.
Distaedet, valde taedet.
Devincere, litigare.
Devectare, seorsum portare.
Diblaterare, divulgare.
Defensare, defendere.
Diversifinium, diversitas patriae.
Defluvium decursio.
Digeries, digestio.
Degulare, devorare.
Deierare, periurare.
Deartuare, dividere, exossare, lacerare, lancinare, exartuare, diminuere, decerpere.
Deliquus, purus, clarus.
Defuturus, absentatus.
Dissentire, discordare.
Disertum, eloquentem.
Disertare, diserte loqui.
Dissicere, dissecare.
Desidescere, pigrescere.
Detentare, saepius retinere.
Detrectare, detrahere.
Diversare, variare.
Devenustare, ornare.
Deventilare, dispergere.
Divergere, declinare.
Debrutescere, desipere.
Defrensus, detritus.
Dilatare, differre.
Defrenare, deservire.
Digerere, explicare.
Digestim, ordinatim.
Deguttare, decurrere.
Decipula, deceptio.
Deciduus, qui cito cadit, quod et reciduus, et occiduus, et cadabundus, et inciduus dicitur.
Decipulosus, illecebrosus, fraudulentus, stegnosus, strophosus, versipellis, alterplex, factiosus, dolosus.
Decertare, depugnare, agonizare.
Decoctores, dissipatores.
Declivus, lubricus, descensus, vel inclinatus.
Decedere, cedere, deesse, cessare, abire.
Deceptuosus, deceptione plenus.
Decunx vel deunx, decem unciae.
Defensaculum, defensio, protectio, tutamen, tutamentum, tutela, opis, opitulamen, suffragium, suffragatio, praesidium, suppeditatio, subventio.
Decurales equi, quasi de curru existentes.
Decurius vel decurio, qui de curia est.
Decuriatus, decuria honoratus.
Decuplatus, decies multiplicatus.
Defletus, deploratus.

Deglubere, nudare, spoliare, abstirpare, absorbere, devorare.

Deliberare, cogitare, censere, diiudicare.

Deliberativus sermo, in quo est suasio et dissuasio.

Delicius, deliciosus.

Delicatus, oblectans.

Delitere, oblitere, abscondere, recondere, clanculare, subacellare.

Deliramen, stulticia, stoliditas, deliramentum, fatuitas, exorbitatio a sensu.

Deligere, deorsum ab electione, vel separare.

Dilumentum, lavatio, dilutio, ablutio.

Delenificus, blandus.

Demorosus, mora plenus.

Dementicus, deorsum a mente, amenticus, furiosus, lymphaticus.

Daemoniaticus, daemone plenus.

Destertere, vigilare, expergiscere.

Dental, fulmen Iovis, a similitudine dentis, unde bidental i bis a fulmine percussum.

* Ita cod.

Denundinare, vendere vel publicare.

Depeculare, depraedare, expilare.

Depilare, rapere, diripere, distrahere.

Dependere, donare, impendere, dare, tribuere, praebere, conpensare, rependere, datare, dedere, repensare.

Depensurus, daturus.

Depeciscor, pacem rumpo.

Destricare, consummare.

Desciscere, ignorare, deserere.

Desiduus, ignavus, piger, deses, socors, plumbeus, silicernus, somnolentus, iners, inerticus.

Deteriorare, peiorare.

Desultorius, nocivus, quasi deorsum ab exultatione.

Despectare, despicere, spernere, aspernari, subsannare.

Dicentarius, habundans.

Dopimus, opiparus, opulentus.

Diformis vel diformosus, turpis.

Dimensio, numeratio.

Dilargus, valde largus.

Dilucidus, valde clarus.

Dilucidare, clarescere, deflorare, declarare, enodare, enevare *.

Depalare, luculentare, aperire.

Dilucide, clare, aperte, perspicue, luculenter, limpide.

Discriminare, dividere.

Discrimen, periculum, separatio.

Dissentire, contradicere.

Dissepire, distrahere.
Dissectus, distractus, laceratus.
Dissentericus, lunaticus.
Discipulari, discere.
Discire, dediscere vel dissentire.
Disparile, dissimile.
Dispalare, diffugere vel dispergere.
Disterminare, separare.
Dispellere, depellere.
Devotare, iurare vel voto se astringere.
Declivium, vallis vel nimius descensus.
Discussor, inquisitor, interpretator.
Dissolentia, dissuetudo, insolentia, desuetudo.
Disligere, solvere, quod et disligare dicitur.
Disquirere, indagare, investigare.
Dissultare, sonum emittere.
Disclusus, exclusus.
Displosus, distractus.
Disdonare, diversa donare.
Devectare, portare, gerere, vehere, vectare, gestare, ferre, baiulare, tollere, sustollere, asportare.
Devenustare, ornare, comere, vernare, limpidare, deflorare, clarificare.
Devexus, declivus, inclinatus, humilis.
Devectus, deportatus, baiulatus, delatus.
Devicare, deorsum a via ire.
Debilitare, infirmare, inbecillare.
Disgregare, disiungere, separare, seiungere, semovere, disparare, amovere.
Disgreges, segreges, divisi, separati.
Distortus, valde tortus.
Divertere, deflectere, declinare.
Deplicare, decedere, devitare.
Diloricare, deverberare, depuire.
Divortium, diversitas viarum.
Divalis, dius, divinus.
Dividia, tristicia, molestia, maesticia.
Dividuare, dividere, separare.
Diutule, aliquandiu.
Diovolus, denarium volens, qui suum honorem nummi gratia amittit.
Duplare, duplicare vel curvare.
Discursim, discursanter, discursiliter.
Diversiclinium, diverticulum, heteroclitum, diversiculum, conpitum, diversitas viarum.
Duodecennis, duodennis, XII. annorum.
Decursim, transeunter, transitorie, perfunctorie, praetereunter.
Decursare, saepe decurrere.

PROLOGUS

QUINTAE LITTERAE.

Talia artita dirivandi norma, ratiocinante Grammatica, unus de assistentibus inibi poëtis in huiusmodi ocius vocem erupit: O admiranda ubique locorum disciplinae latialis informatrix, quam dulcia redolent mella, sophistica tuae doctrinae effamina! quam huberi fertilitate instituti tui apotheca redundat! Videntur mihi in lepidissima * tuae astipulationis serie affluentia omnium antiquorum ingenia consonare; quodque ratum et efficax inter consularem moderni temporis gregem versatur, continua * tuae disputationis assertione, pariter inmisceri. Nunc igitur, o mira latinae scientiae conglutinatrix, inchoatum dirivandi solito locutionis vomere exara campum, tuosque pingui veritatis sagina reficiens affatim, conmanipula; res quae in coeco hactenus retrusa laberyntho delitebant, in lucem nobis effunde. Faciam, inquit, Grammatica perpromte, tantoque hunc avidius laborem exhauriam, quanto per hoc inquietis discipulorum meorum aemulis graviora scio iacula illaturam. Pigra namque invidia de celeritate, quam in bonis explendis exercent boni, celeriter semper et dire sauciatur. De quinta igitur littera primum aggrediamur tractatum ·i· de E, quam secundum Marcianum spiritus format lingua paulum pressiore. Dixit, et obticuit; post, talia verba recepit.

* Cod. *lepissima*.

*Cod. *convivia*.

Digitized by Google

E

Edo, es, dicitur pro comedere; inde hic estor, ris ·i· vorator, et haec estrix, cis ·i· femina gulosa; unde Plautus iu Cassia: novi ego illas ambas estrices; et hic essus, us, et hoc edulium, ii ·i· cibus. Et esurio, is, verbum desiderativum, et essus, a, um; quod componitur exesus, a, um, et semesus, et coësus, et obesus, ·i· circumesus, et haec esuries, ei; unde esurio, is. Item ab edo haec aedes, is ·i· domus; et inde hic aedilis, is ·i· custos aedis; unde Augustinus in secundo de civitate Dei: vir gravis Tertullus aedilis futurus; unde aedilicius, a, um ·i· res pertinens ad aedilem, et hic aedituus, ui, similiter custos aedis. Aedes componitur aedifico, as; et inde verbalia, et hoc aedificium, cii, et hic haedus dicitur ab edendo, eo quod tener sit, et comestibilis; et inde hic haedillus, li, diminut.; unde Plautus in Asinaria: agnellum me tuum dic esse haedillum et vitellum. Item ab edo haec esca, cae; unde haec escaria, ae ·i· mensa escis plena, et escosus, a, um ·i· escis plenus, et esculentus, a, um ·i· crassus; et inde haec esculentia, ae ·i· crassitudo. Et per compositionem inesco, as ·i· decipere; unde Terentius: nescis inescare homines, Samnio. Ab hoc quoque nomine esca dicitur haec esculus, li, vel pro arbore, vel pro fructu illius arboris, quia nihil paene est nisi esca; unde Ovidius: non nemus Heliadum non frondibus esculus altis; et inde hoc esculetum, ti ·i· locus ubi multae crescunt esculi; unde Horatius in Odis: Daunia latis alit esculetis; et hoc escale, is ·i· quodlibet vas ad escas deferendas

aptum ; unde Iuvenalis : adde et bascaudas, et mille escalia. Item ab edo hic edulus, li ·i· degulator qui multum comedit, et hic et haec et hoc edax, cis, quod comparatur edacior, edacissimus ; unde edaciter, edacius, edacissime adverbia ; et haec edacitas, tis, et edaculus, a, um ·i· aliquantulum vorax. Et per compositionem haec peredia, ae ·i· edendi superfluitas, sicut bibera bibendi. Edo componitur exedo, is, et comedo, is ; unde hic comestor, oris, et comestus, a, um, et haec comestio, nis, et hic et haec comestibilis, et hoc le, et hic comedo, onis ·i· gluto.

Emo, is, mi, tum, tu, verb. activ. Inde hic emtor, ris, et haec emtrix, et emtus, a, um ; unde haec emtio, nis, et emticius, a, um ·i· ad emendum facilis, et hoc emtorium, rii ·i· locus ubi emitur, quod et aliter dicitur hoc empurium, rii; unde Iosephus in nono: ad portum navigare ad empuria nequaquam praevaluit. Item ab emo hic et haec et hoc emax, cis, et haec hemina, ae ·i· mensura quaedam ad emendum vinum ; unde Persius : fregerit heminas Areti aedilis iniquas ; quod ut quibusdam placet dicitur ab emiciendo. Emo componitur redimo, is ·i· emere ; unde redemptor, redemptrix, redemptus, redemptio. Eximo, is ·i· demere ; unde exemptus, exemptio. Addimo, is ·i· auferre ; unde ademptus, ademptio, nis. Perimo, is ·i· occidere ; unde peremptus, a, um, et haec peremtio, nis. Dirimo, is ·i· dividere ; unde diremtus, a, um, et haec diremtio, nis. Coëmo, is ·i· similiter emere ; unde coëmtus, a, um, et haec coëmtio, nis.

Aequus, a, um ; comparatur aequior, aequissimus ; unde aeque, aequius, aequissime adverb. et haec

* Cod. *equus*.

aequitas, tis. Et aequo, as, verb. activ.; unde verbalia aequator, ris, aequatus, a, um, et haec aequatio, nis, et hic et haec aequabilis, et hoc le, per syncopam; et inde aequaliter adverb. et haec aequalitas, tis. Aequo componitur coaequo, as, et adaequo, as, et exaequo, as, et ab istis verbalia. Item ab hoc nomine, quod est aequus, hic equus, ui ·i· caballus, eo quod aeque currat; et inde equinus, a, um, et haec equa, ae, et hic equarius, rii ·i· custos equorum, et hic equuleus, ei, pro quodam tormento, et hic eques, tis ·i· miles; unde haec equitissa, ae ·i· femina bene equitans, et hic et haec equestris, et hoc tre. Et equito, as; unde verbalia equitator, equitatus, equitatio, et hic equitatus, us; unde in Canticis: equitatui in curribus Pharaonis assimilavi te. Equus quando est pro caballo componitur hoc equistatium, tii ·i· stabulum ubi equi stant. Equito componitur inaequito, as ·i· non aeque agere; unde Ambrosius super Hegesippum: comprehensoque interiori templo etiam Simoni inaequitabat Iohannes. Aequus quando est pro recto componitur etiam hoc aequinoctium, ii, et iniquus, a, um, quod comparatur iniquior, iniquissimus; unde inique, iniquius, iniquissime adverbia, et haec iniquitas, tis.

Aes *, ris ·i· metallum; inde aereus, a, um, et hoc aenulum, li ·i· caldarium ad instar cacabi *. Et aeratus, a, um, quod componitur obaeratus, a, um, et subaeratus, a, am, ambo pro aere conductus; unde *in vita sancti* Martini: obaeratos habes meos scriptores, per quos tibi ineptiae meae publicantur. Item ab hoc nomine, quod est aes, aeneus, a, um, et hic aerator, ris ·i· cornicen aere canens, et aeruco, as ·i· aera in unum colligere, sicut nunc numularii faciunt.

* Cod. *es*.
* Cod. *cacabus*.

Digitized by Google

Esse dicitur nomen indeclinabile; inde haec essentia, ae, et hic et haec essentialis, et hoc le; unde essentialiter adverb. et componitur inessentialiter. Item ab esse aeternus, a, um; unde aeterne adverb. Aeternus componitur coaeternus, et sempiternus; et inde haec coaeternitas, et haec sempiternitas. Item ab esse haec aetas, tis; unde haec aetatula, ae. Et per compositionem coaeternus, a, um ·i· eiusdem aetatis, et hoc aevum, vi; unde aeviternus, a, um ·i· perdurabilis, et aevitaneus, a, um, quod in aevo durat. Et componitur coaevus, a, um ·i· eiusdem aevi, et coaequaevus, a, um, in eodem sensu, et longaevus, a, um, et grandaevus, a, um. Esse quando venit a sum verbo componitur pluribus modis, de quibus alias loquemur.

Erro, as, avi, verb. activ. inde verbalia. Et hic erratus, us, et hic error, ris; unde erroneus, a, um ·i· errore plenus, et errabundus, a, um, et erraticus, a, um, et hic et haec erratilis, et hoc le, omnes in eodem sensu, et hic erro, nis ·i· vagus quilibet et instabilis; unde Horatius in Sermonibus: teque ipsum vitas fugitivus et erro. Erro verbum componitur aberro, as, et pererro, as, et inerro, as, et ab istis verbalia.

Epulor, aris, verb. depon.; inde verbalia epulator, epulatus, a, um, et haec epulatio, nis; et hoc epulatorium, rii ·i· locus epulationis, et hoc epulum, li. Pluraliter dicimus hae epulae, arum, et hic epulonus, ni ·i· gluto epulis deditus, quod etiam aliter dicitur hic epulo, nis; unde Augustinus in decimo de civitate Dei: epulones etiam Deos Iovis parasitos esse dixerunt. Epulor componitur coepulor, et inde verbalia.

Epi graece, supra latine. Componitur conco-

pos * ·i· positus, et dicitur episcopus ·i· supraposítus; et inde hic et haec episcopalis, et hoc le, et hic episcopatus, us, et hoc episcopium, pii. Et componitur chorepiscopus ·i· vicarius episcopi, quod saepe in decretis reperies, et hic archiepiscopus, pi ·i· princeps episcoporum; et inde archiepiscopalis, et archiepiscopatus, us. Item epi componitur haec epistola, ae; unde hic et haec epistolaris, is, et hic epitaphista, ae ·i· epistolarum scriptor, et hoc epithaphium, ii ·i· mortuorum superintitulatio, et hoc epigramma, tis ·i· superscriptio alicuius rei; et inde hic epigrammista, tae ·i· epigrammatis scriptor. Item epi componitur hic epilogus, gi ·i· superlocutio alicuius rei; et inde hoc epilogium, gii, quod idem significat, et epilogare ·i· prologum facere. Et hoc epistylium, ii ·i· trabs super columpnas posita. Et hoc epitoma, tis ·i· sermonis abbreviatio; unde epitomari ·i· breviter loqui. Et hoc epicroculum, li ·i· pallium meretricale croco supertinctum. Et hoc epithalamium, ii ·i· carmen nuptiale. Et haec epiphora, ae ·i· lippido oculorum, quando scilicet pellicula superducitur oculo; hinc et aliae partes possunt dici, quae alibi conventius proferentur.

* Ita cod.

Egeo, es, egui, verb. neut. et caret supino; inde egenus, a, um, et haec egestas, tis, et egesco, cis, verb. inchoat. Et aeger, a, um; unde haec aegritudo, nis, et haec aegrimonia, ae ·i· infirmitas. Et aegrotus, a, um; unde aegroto, as; unde verbalia. Item ab hoc nomine, quod est aeger, aegre adv. et aegresco, cis. Egeo componitur indigeo; unde indigenter adv. et haec indigentia, ae, et indiguus, a, um ·i· egens.

Digitized by Google

Eo, is, ivi, itum, tu, verb. neut. Inde hoc iter, itineris; unde itineratius, a, um. Et itero, as, verb. activ. et inde iteratus, a, um, et haec iteratio, nis, et iteratum, et iterum, et iterato adv. Dicimus quoque hic iter, eris, pro quadam ave, quae paene flava est tota et crocea; unde et morbum iteriatum vocamus, quando aliquis in cute flavescit. Itero componitur reitero, as; inde reiteratus, reiteratio, reiteratim, et reiteratio adv. Eo componitur exeo, is; unde hic exitus, us, et hoc exicium, ii •i• tormentum; et inde hoc exiciolum, li, diminut. et exiciosus, a, um, et hic et haec exicialis, et hoc le, et exicialiter adv. et hoc exitum *, ti, dicitur ab exeo, quod componitur hic extinspex, cis •i• augur qui inspicit exta. Item ab eo componitur abeo, is; unde abitus, a, um •i• escosus, et carne plenus; et comparatur abitior, abitissimus; unde Terentius comparativum ponens in Eunucho sic ait: si qua est abitior, pugilem aiunt. Et dicitur aliquando abitus pro porrectus; et inde tunc dicitur haec abicio, nis •i• recessio; unde Terentius in tertia comoedia: propterea haec turba, atque abicio evenit. Et secundum Isidorum haec abies pro arbore dicitur ab hoc verbo abeo, eo quod cito sursum abeat; et inde haec abiecula, lae, diminut. et abietinus, a, um, et abiegnus, a, um in eodem sensu. Item eo componitur redeo, is; unde reditus, a, um, et haec reditio, nis, et hic reditus, us, et haec rheda, ae •i• currus vel carrus ad eundum et redeundum habilis; unde Iuvenalis: tota domus rheda componitur una. Item eo componitur traneseo, is; inde hic et haec et hoc transiens, is, et transeunter adv. unde Augustinus in secundo de civitate Dei: quod vicium Salustius

* ita cod.

transeunter attingit; et transitus, a, um; unde haec transitio, nis, et transitivus, a, um, et transitorius, a, um, et transitorie adv. Item eo componitur pĕreo, is; inde verbalia; et hoc periculum, li; unde hoc periclum, li, per syncopam, et periculosus, a, um; et periclitor, aris ·i· periculum incurrere, quod etiam dicitur pro experiri; unde Plautus in Amphitrione: periclitatus sum animum tuum. Periculum quoque pro experimento; unde Terentius in Eunucho: fac periculum in litteris, in palaestra. Et a pereo, perito, as ·i· perire verb. frequent. Unde Plautus in Captivis: quod per virtutem peritat, non interit. Item eo componitur obeo, is ·i· mori; inde hic obitus, us ·i· mors, et obiter * adv. interim; unde Iuvenalis: atque obiter * faciem linit. Componitur quoque eo intereo, is ·i· mori; inde hic interitus, us, et haec internicies, iei ·i· occisio. Adeo, is; inde hic aditus, us. Coëo, is; unde hic coitus, us. Praetereo, is; unde praeteritus, a, um, et haec praeteritio, nis. Subeo, is; inde subitus, a, um, et subito adv. et subitaneus, a, um. Introëo, is; inde hic introitus, us. Circueo, is; inde hic circuitus, us. Ambeo, is ·i· cupere; inde ambitus, a, um, et haec ambitio, nis; unde ambitiosus, a, um ·i· cupidus; et haec ambitiositas, tis, et haec ambicies, ei ·i· cupiditas, et hic ambitus, us, quod et pro circumdatione, et pro cupiditate dicitur. Notandum quod omnia supina compositorum verborum ab eo habent primam litteram brevem, excepto solo ambeo, quando est pro circundare; unde Ovidius in primo Metamorph.: iussit et ambitae circundare brachia terrae.

* cod. *obitum.*

* cod. ut antea.

Aestas *, tis; inde haec aestatula, ae, diminut. et

* cod. *estas.*

aestuosus, a, um, et hic aestus; unde aestivus, a, um, et hic et haec aestivalis, is. Et aestuo, as, quod componitur exaestuo, as; unde exaestuatus, exaestuatio. Aestas componitur aestifer, a, um; ex praepositio; inde extra, quod comparatur exterior, extremus, extimus; unde Prudentius in libro Psychomachiae: stridensque per extima calcis; et inde haec extremitas, tis, et extremo, as ·i· ultimum facere, et exterus, a, um ·i· alienus, et extraneus, a, um, et externus, a, um; inde externos, as ·i· alienare. Item ab hac praepositione, quae est ex, extraneus, a, um ·i· extra terram positus; et experitus, a, um ·i· imperitus, quasi extram periciam; et excipuus, a, um ·i· exceptuus; et hoc excipulum, li ·i· venabulum, eo quod aprum excipiat. Et exoticus, a, um ·i· peregrinus et ignotus; et haec expolia, ae ·i· praeda ab expoliando dicta; et expercius, a, um ·i· expers; et examussim adv. ·i· regulariter; nam amussis dicitur regula; et excreare ·i· expuere; et expapillare ·i· denudare.

Ebrius, a, um, compositum est a bria ·i· a quadam mensura, et dicitur ebrius quasi extra briam ·i· extra mensuram, et ebriolus, a, um ·i· aliquantulum ebrius; unde Naevius: tristes, inquit, atque ebrioli incedunt. Et haec ebrietas, tis, et ebriosus, a, um, et ebrio, as; unde Aristoteles: mulieres, quae raro ebriantur, cito senescunt. Quod componitur inebrio, as; et inde inebriatus, a, um, et haec inebriatio, nis. Debrio, as; unde debriatus, a, um, et haec debriatio, nis.

Ephoebus, bi ·i· iuvenis imberbis; inde hic ephoebiolus, li, et ephoebian nomen indeclinabile ·i· locus prostitutionis, ubi iuvenes meretricabantur.

Digitized by Google

Eminet verb. defectiv. inde hic et haec et hoc eminens, is; unde eminenter adv. et haec eminentia, ae; et eminulus, a, um ·i· aliquantulum eminens; unde Prudentius in libro Hymnorum: si modicum salis eminulis digitis tangere virgo velis. Eminet componitur supereminet; et inde supereminens, et supereminenter adv. et haec supereminentia, ae.

Ege * graece, capra latine; inde haec egloga, ae ·i· sermo de capris loquens, et haec aegilopa, ae ·i· caro quae nascitur in angulis oculorum: unde Macer de viribus herbarum: aegilopas curat siquis conmasticat. * αἴξ.

Ecclesia, ae ·i· congregatio fidelium; inde haec ecclesiola, ae, et ecclesiasticus, a, um, et ecclesiazare ·i· concionari.

Exul, lis, communis generis; inde hoc exilium, ii, et exulor, aris, verb. depon. et inde verbalia; et exulanus in exilio positus.

Primo tandem super quinta littera taliter enucleato tractatu, his denuo monitis mater Grammatica solitae narrationis dulcedinem natorum * praesentium auribus coepit instillare. * cod. *natum.*

Digitized by Google

REPETITIONES.

E

Esse, comedere, vesci, cibare, epulari, prandere.
Esor, epulator.
Epulosus, mandox, pransor, mandocus.
Estrix, femina gulosa.
Aedes *, domus, tectum, doma, penetral, penates.
Aedituus, custos aedis, flamen, sacellio.
Aedilis, magister aedis.
Aedilitius, res pertinens ad aedem.
Aedificium, aedium effectio.
Haedillus * diminutivum ab haedo.
Escosus, escis plenus.
Epulosus, dapilentus.
Escaria, mensa escis referta, assidela.
Esculentus, crassus, carnulentus, succulentus.
Eduli, voratores, degulatores comedones, ardeliones, estores, catiliones, helluones, epulones, abliguritores, mandones, mandoces.
Esculentia, pinguedo, arvina, carnulentia.
Esculus, nomen arboris.
Esculetum, locus ubi multae esculi crescunt.

* Cod. *edes*. et sic deinceps.

* Cod. *ed*.

Edaculus, li, aliquantulum edax.
Escale, vas ad escas deferendas aptum.
Emticius, ad emendum facilis.
Emax, quod cito emitur.
Empurium, emtorium, ubi aliquid emitur.
Exsomnis, vigil, quasi extra somnum.
Extremiscere, pavere.
Equuleus, tormentum quoddam.
Equestris, equiti similis.
Equistatium, stabulum ubi stant equi.
Aequinoctium, aequitas noctium.
Aenulum, caldarium, aerium, cacabus, lebes.
Aeneatores, cornicines, cornicrepae, tibicines, liticinatores, tubicines, lyricines.
Aerucare, aera in unum colligere.
Epulo, gluto, quod et epulonus dicitur.
Aeviternus, in aevo durabilis.
Aevitaneus, qui in aevo durat.
Erroneus, errore plenus.
Errabundus, erratilis, vagus,

lustrones *, errones qui vagi sunt et instabiles.

Exascere, asperum fieri, sicut vinum ascidum.

Everruncare, purgare, vel aequalem reddere.

Eventilare, dispergere vel publicare.

Evanidus, qui cito evanescit. Ovidius: pectoraque in tenues abiere evanida rivos.

Exancorare, navem solvere.

Aegoceron, capricornus, qui rhinoceron dicitur.

Egloga, sermo de capris, nam aegos capra dicitur.

Expes, sine spe. Ovidius: solus inops expes, leto poenaeque relictus.

Educare, nutrire, fovere, nutricare, alere, alumnare.

Egerere, foras emittere vel evacuare.

Emancipes, a servitute liberati.

Edecumare, excerpere.

Edecumatus, excerptus.

Egestuosus, mendicus.

Egestus, foras emissus vel vacuatus. Statius Thebaidos: egestas alternis mortibus urbes.

Exauctoratus, auctoritate plenus *. Quintilianus: exauctoratas manus labori agresti subegit.

Elices, fontes quae ex se aquam eliciunt.

Oeconomia, dispensatio.

Erogare, largiri, dispertiri, dispungere, inpendere, distribuere, prorogare, dampnare.

Ergastulum, magisterium. Iohannes chrysostomus: per hoc ipsum quod ergastulum huius artis aperuit.

Eudoxia, claritas.

Eulogium, testimonium vel cantus. Marcianus: mixtis eulogium modis coaequans.

Elogium, ordo criminum vel vitiorum.

Eucharis, gratiosus, gratificus.

Epicharis, supergratiosus.

Ephemeris, tabula manualis. Iuvenalis: in cuius manibus quasi pinguia succina cernis ephemerides.

Aerumpna, miseria, inedia, penuria, calamitas, inopia.

Aerumpnare, inopem facere.

Aerumpnatus, inops factus. Plautus: aerumpnatus, et deartuatus sum miser.

Ephoebus, invenis, inpubes, pubeta, investiceps, nephrendines, imberbis, primipilus, adolescens, puellus, iuvenculus.

Encaenia, dedicationes.

Excrementum, quod supercrescit, sicut ungues. Lucanus: rodit excrementa manus.

* sic plur.

* immo secus p. 202.

Haemorrhogius, qui sanguinem mingit pro urina.

Aegis, scutum.

Edulium, cibus, epulum, cibarium, dapis.

Effibulare, pallium dissolvere. Prudentius: avulsis exfibulat ilia zonis.

Expergiscor, evigilo.

Enicto, as, pernocto, as.

Experrectus, per se evigilatus.

Expergitus, quem alius evigilat.

Enodis, extra nodum. Ovidius: enodisque abies, curvataque glandibus ilex.

Elicere, foras emittere.

Erumpere, scaturire, scatere.

Electare, elicere.

* *cave.* Echinna *, insula quaelibet. Lucanus: pene gener crassis oblimat Echinadas undis.

Elecebra, meretrix ab eliciendo.

Elucus, semisomnis vel languidus.

Eliquare, glutire, sorbere. Persius: eliquat ac tenero supplantat verba palato.

Eliquus, purus.

Enervare, denodare, vel debilem facere. Ovidius. enervant animos citharaeque iocique.

Exaggeratim, cumulanter.

Experimentum, probamentum.

Aegrimonia, aegritudo.

Edentulus, sine dentibus.

Enucleare, declarare. exponere, reserare, propalare.

Enervare, deflorare, enodare.

Enucleatim, pure et aperte, clare, perspicue.

Eliquide, luculenter, floride.

Heteroclitum, diversiclinium ubi diversae sunt viae. Plautus: tute scis quae sint heteroclita.

Exenterare, eviscerare, aperire.

Enteria, intestina, exta, viscera, vitalia.

Efferre, effervere, calfacere, ebullire.

Effaecatus, purus, limpidus, splendidus, coruscus, conspicuus, stelleus, gemmeus, vernus, praelustris, praecluis, rutilus, perspicuus, fulgidus, clarus.

Effeminare, debilitare, vel devirginare.

Hemitheus, dimidius Deus. Marcianus: quosque Hemitheos, quosque latine Semones dicunt.

Elegans, clarus, quasi ab aliis electus.

Elegantia, excellentia, extollentia.

Eluere, lavare, diluere, colluere, perluere.

Eluvies, macula, sordes, colluvia, piaculum, colluvium, colluvies, labes.

Elixare, coquere in aqua.

Elixatura, decoctio.

Elixus, coctus vel emolitus. Iuvenalis: quis tecum sectile porrum sutor et elixi vervecis labra comedit.

Elumbis, debilis, vel luxuriosus, mollis, impudicus, impudicatus, debilis, delumbis.

Enervis, effeminatus.

Enchiridion, liber manualis.

Emolumentum, lucrum.

Exinmutuare, facere pauperem ex censu saepe mutuato.

Echinus, piscis est navis retinens. Lucanus in sexto: non puppim retinens curo tendente rudentes in mediis echinus aquis.

Emembris, debilis.

Energia, animi anxietas. Fulgentius: daemones per energiam non credimus illabi animae.

Emungere, purgare, sicut nasum facimus.

Emunctorium, ferrum unde candelam emungimus.

Elimare, purgare, eruderare *.

Elimate, purgate et enucleate.

Emblemata, pavimenti varietates, et pro copia dicitur. Prudentius: sordent argenti emblemata.

Elimamentum, purgamentum.

Exoletus, excretus. Plautus: domi reliqui virginem exoletam. Dicitur etiam exoletus pro eo quod est foetidus. Prudentius: Ganymedem exoletum qui tyranno prodidit.

Exodiarius, delectabilis, turpitudo.

Erudimentum, doctrina, eruditio.

Expilare, rapere. Salustius: tacitis animis dedignamini aerarium expilari.

Expertim, experte, probate.

Enydris, serpens in aqua.

Expeditio, sicut dicitur aliquem esse in expeditione militum, ubi milites prompti sunt ad bellandum.

Frudeare, purgare, quasi rudem auferre.

Hemisphaerium, dimidia sphaera.

Exertare, denudare. Statius: exertare humeros.

Extuberare, purgare, vel aequare.

Extricare, exsolvere.

Exulcerare, sauciare, vulnerare, plagiare.

Extorris, expers.

Exin, deinde. Homerus: exin deducit laetos ex hoste triumphos.

Emelicus, mimus, ioculator. Iohannes chrysostomus: inter ipsos emelicos, qui agunt ludibria, fit zelus.

Epibata, qui superveniens dato naulo transit.

* infra *erudeare*.

Embolismus, superaugmentum.
Epula, missa.
Aestimatus, us, aestimatio. Macrobius de Saturnalibus: quae consentiunt aestimatu aetatis.
Epitaphista, epistolarum scriptor.
Epacta, adiectio.
Exorcismus, coniuratio.
Efficaciter, fortiter.
Emissicius, qui saepe emittitur. Plautus: circumspectatrix cum oculis emissiciis.
Hepar, iecur.
Hepaciarius, quod ad hepar attinet. Plautus: tum te morbus agitat hepaciarius.
Oenophorum, vas vinarium. Iuvenalis: illa venit rubicundula oenophorum sitiens.
Edentatus, absque dentibus.
Ephippia, ornatus equorum. Horatius: optat ephippia bos piger.
Aegeator, hortator navis, a mare Aegeo (1).
Elicores, hortulani ab aqua elicienda.
Enervitus, enerviter, debiliter, molliter, delicate, effeminate, fragiliter.
Epitoma, abbreviatio.
Epitomarius, qui breviter loquitur.
Endromadis, duplex pallium, vel palla villosa. Iuvenalis: igniculum brumae si tempore poscis, accipit endromadem.
Exquisitim, exquisite.
Exomologesis, confessio.
Exolare, exulari, quasi extra solum proprium ire.
Explodere, excludere, repercutere, conplodere, concussare, concutere.
Exrogare, aliquid de veteri in novam legem transferre.
Hendecasyllabus, duodecim syllabarum. Prudentius in hymnis: dulces hendecasyllabos revolvo.
Esedum, genus curruum. Horatius: eseda festinant.
Exuberes, infantes ab ubere extracti.
Eiectare, foras emittere.
Exsensis, extra sensum.
Edulianum, quoddam genus piri, eo quod prae omnibus aptum sit ad edendum. Et quia de piris fecimus mentionem, libet hic interserere quot modis dicuntur. Est pirum aniicianum, eo quod cetera sapore suo vincat; nam ἀνίκητος victor dicitur. Est et pirum cucurbitinum, eo quod ad instar cucurbi-

(1) Confer glossarium vetus apud me T. VI. p. 504.

Digitized by Google

tae cito crescat. Est et pirum cirritum, eo quod molle sit sicut cirris id est crinis. Est et calculosum pirum, eo quod sit minutum, ut calculus. Est et crustuminum pirum, eo quod duram habeat corticis crustam. Est et decimanum pirum, tam minutum scilicet, ut decem possint contineri manu. Est et laminum * pirum, eo quod veniant spisse sicut lanugo. Est et latissanum pirum, propter eius plurima latera ita dictum. Est et laureum pirum, eo quod sit minutum sicut loligines qui sunt pisces parvi. Unde Plautus : loliguncules minutos fabulare credas. Est ut turranianum pirum, eo quod in longum protendatur ut turris. Est et volenium pirum, scilicet quod vix in vola concluditur. Est et sementivum pirum, eo quod ex satis pipinis proveniat. Mala quoque multis modis dicuntur. Est namque malum amerinum, eo quod amari * sit saporis. Est et malum coccimellum, eo quod dulce sit et purum quasi coctum melle. Est et malum conditivum, eo quod conditi sit saporis. Est et malum musteum, eo quod musto habundet. Est et malum orbiculatum, eo quod sit prae ceteris rotundum. Est et malum praecox, eo quod cito maturescat. Est et malum puniceum, eo quod sit rubeum et intus et foris. Est et malum quirianum, eo quod sit militibus congruum, nam quirites sunt milites. Est et malum scantianum, eo quod in longum scandat *. Multa quoque trahunt nomina ex locis et ex insertoribus ; sed nunc ad proposita, unde sumus digressi, redeamus.

* ita cod.

* *cave.*

Empyrius, igneus.

Erippitare, oscitare.

Everriator, qui facit everras i. mundicias circa mortuos.

Ebiones, pauperes piscatores.

Eboratus ex ebore factus.

Emicatim, resplendenter. Sidonius : vix solutus emicatimque prosiliens.

Elucidare, aperire.

Exsors, extra sortem.

Edissertare, disserere.

Exulanus, exul. * *cave.*

Edentare, dentes excutere.

Edentatus, edentulus, dentifragus.

Edissecare, dividere, discindere, digladiare.

Edilancinare, diverberare, exossare, excarnificare, dilacerare.

Edurus, valde durus, praedurus, quamdurus.

Edormire, vigilare, nictare.

Excubitare, expergisci, nictitare, pernoctare, elucubrare.

Eviratus, effeminatus, debilitatus, imbecillatus, delumbis, elumbis, enervis, enervatus.

Effeminatorium, domus meretricum.

Effamina, loquelae, verba, famina.

Emembrare, extra membra ponere.

Egestare, egerere, foras emittere.

Efferre, proferre, emittere, elicere.

Exportare, evehere, foras portare.

Exinanitus, humiliatus, evacuatus.

Efficientia, effectus.

Effectivus, facilis ad efficiendum.

Efficax, fortis, vehemens, virilis, virtuosus, lacertosus, agilis, promtus.

Effontire, venenose loqui, vel foras emittere.

Aequilibris, aequaliter libratus.

Aequimanus, ambidexter, aequaliter utraque manu utens.

Aequidiales, aequinoctiales.

Aerumpnosus, mendicus, pauper, egenus, egens, exheredatus, inops, egestuosus, miser, calamitosus, aerumpnatus.

Aequamen, aequamentum, aequitas, aequalitas.

Aequipollere, aequiparare, conparare, assimilare, parificare, aequare, conferre.

Aequipollenter, aequaliter, conparanter, conparative.

Etymologia, causae redditio, vel causae ratio.

Etymologicus, tropicus, figuratus.

Aenigmaticus, expositivus, ad exponendum obscurus.

Ephot, superindumentum; erat enim pallium superhumerale ex quattuor coloribus, aurum habens inductum et in coloribus intermixtum.

Epudorius, inpudens, inverecundus, infrontuosus, irreverens, inpudoratus.

Epulones, vel epulo, gluto, epulator.

Epensare, aeque cogitare vel aeque iudicare.

Ebilare, mutilare, detruncare.

Hebetare, obdurescere, obtundere.

Hebetatus, obtunsus, obduratus.

Digitized by Google

Educamen, nutrimen, fomen, fomentum, nutrimentum, alimentum, alimonia, nutricamen.

Educatorius, nutricator, confotor.

Expalmare, expellere, dispungere, detrudere.

Epultare, extrudere.

Exlex, sine lege, dissolutus.

Ephoebian, locus ubi iuvenes prostituebantur.

Encaeniare, sollempnizare, celebrare, dedicare; inde encaenia, dedicationes.

Epicerna, anathema.

Eminens, excelsus, altus, sublimis, praepollens, excellens, editus.

Eminentia, celsitudo, sublimitas, praepollentia, excellentia, apex, fastigium, altitudo.

Excretus, exputus, emissus, elicitus.

Epudoratus, extra pudorem, inpudens, inverecundus.

Emicanter, splendenter, radianter, emicatim.

Emicare, fulgere, splendere, coruscare, radiare, cluere, nitere, gliscere, fulgurare, clarere.

Effoetus, laxus.

Exterminare, extra terminos ponere.

Expatriare, extra patriam ducere vel cicere.

Exterminium, exilium, destructio, desolatio.

Exprior, extra prioratum ejectus.

Eiectare, eicere, foras proicere.

Eleganter, electe.

Elegantissime, electissime.

Expolire, ornare, elimare, scupere, vernare, devenustare.

Excommunicare, extra communionem ponere.

Ephippiare, equum ornare.

Effigiare, imaginare, formare, figurare.

Efflagitare, rogare, precari, orare.

Eruncare, evellere, vellicare.

Egeria, nympha.

Egertosus, medicus.

Egestuare, fluctuare *, egerere.

* quasi ab *aestuare*.

Effugium, fuga, diffugium.

Exgrex, extra gregem aliorum nobilium, inclytus, celticus, egregius, augustus, praelustris, authenticus, segrex, insignis.

Elucubrare, vigilare.

Embolismus, magnus annus, vel superaugmentum mysticum, media statio, vel medius versus.

Hemitogium, dimidia toga.

Emoliri, machinari.

Emotus, semotus, amotus, divisus, segregatus, seposi-

Digitized by Google

tus, separatus, disparatus, seiunctus, disiunctus.

Exlex, extra legem positus.

Emutire, tacere, obmutescere, reticere.

Emortuus, ex parte mortuus.

Emicraneus, vermis in capite; unde et dicimus dolorem in capite emicraneum esse.

Eminet, apparet.

Eminare, erumpere, effluere, decurrere, emanare, scaturire, effontire, emergere, ebullire, sentinare, prodire, carinare.

Enervis, debilis, quasi extra nervos.

Haemorrhoides, sanguinem evomentes, quia αἷμα sanguis dicitur.

Eminus in promtu, in aperto, palam, in propatulo, coram, sub divo.

Empos, impotens, cui adimitur potestas; et sic dicitur impos, non potens; et praepos, valde potens; sic intelligitur empos, i. ademta potestate imminutus.

Emulcere, lenire, mitigare, blandiri, demitigare, demulcere, palpare.

Emonsus, purgatus, ab emungendo dictum.

Enervatio, pigritia, exinanitio, evacuatio.

Excubitores, vigiles, manubiae.

Excubiae, elucubratores.

Aenigma, obscura locutio, similitudo.

Enodabils, solubilis, extricabilis, explicabilis, deflorabilis, interpretabilis, intelligibilis, advertibilis, scibilis, cognoscibilis.

Enimvero, certe, nempe, etenim.

Epactae, adiectiones, concurrentes.

Epiphania, manifestatio vel superapparitio.

Heptateuchus, vetus testamentum, quinque libri Moysi, sextus Iosuae, septimus Iudicum.

Epulaticus, epulis plenus.

Ergastulum, locus dampnatorum, carcer.

Erinacius, lepus, vel gens invalida.

Eruptus, egestus, emissus

Aestuosus, aestu plenus.

Evergere, inclinare.

Euphonia, dulcis sonus, vel bonus sonus.

Euge, bene gaude.

Eulogiae, benedictiones, salutationes, donationes.

Hexedra, cathedra, assida, sedes, subsellium, thronus, suggestus, sella.

Expiscari, omnes pisces capere.

Exquisitor, coguitor, curiosus.

Extricare, solvere, vel terminare.
Extricabilis, solubilis.
Excreare, sputum proicere.
Excreamentum, sputum.
Exfretare, navigare, transfretare.
Expectaculum, expectatio.
Expedit, utile est, prodest, proficit.
Exceptare, tractare, commentari, conminisci.
Exorcismus, coniuratio.
Exorcizare, coniurare.
Exorcista, coniurator.
Exolescere, crescere.
Exsigniter, insigniter.
Expudiare, repudiare.
Epilemma, emplaustrum. Marcianus: quaevis epilemmatis vice procrearet.
Episcopus, superpositus, superintendens.
Episcopium, episcopatus.
Epitaphium, mortuorum supertitulatio.
Epigramma, alicuius rei superscriptio.
Extergifacium, mappa, togilla, gausape, facitergium, tergimentarium, manutergium, manupiarium, manumundum.
Epigrammatista, epigrammatis scriptor.
Epilogus, alicuius rei superscriptio.
Epilogare, proloquium facere.
Epistylium, trabs super columpnas posita.
Epicroculum, pallium meretricale, quasi supertinctum.
Epithalamium, carmen nuptiale.
Epiphora, lippido oculorum, quando scilicet pellis quaedam superducitur.
Exter, ultimus. Statius Thebaidos: sed quid apud tales quis nec sua pignora curae exter honos.
Exterus, extraneus, externus, peregrinus, exoticus.
Externare, alienare.
Exterraneus extra terram suam positus.
Exsolanus, extra solum patrium positus.
Excipulum, venabulum, eo quod aprum excipiat.
Exoticus, peregrinus, quod in Prudentio reperies.
Expercius, expers, extorris, inmunis.
Examussim, regulariter; nam amussis dicitur regula per quam examinatur an rectum opus surgat.
Expolia, praeda, ab expoliando.
Excreare, expuere, exputare.
Expapillare, denudare, expectorare, exertare, exerere.
Extimus, ultimus.
Ebriolus, aliquantulum ebrius.

Digitized by Google

Aegilopa, caro quae nascitur in angulis oculorum.
Eudulia, bonum servicium.
Heritudo, dominatio.
Extestinus, alienigena.
Exulaticus, exul, exterminatus, exolanus.
* *extenuare.* Epithymum, turibulum, thymiaterium, thymiamaterium, turicremulum.
Efflictim, cruciabiliter. Plautus: hic te efflictim deperit.
Exhalare, foras emittere.
Enervis, debilis, sine virtute.
Eniti, cogere, parere.
Exodium, inceptio cantus.
Exoccupare, expedire, liberare.
Exasciare, dolare.
Exauctorare, extra auctoritatem ponere.
Emissarius, ad mittendum aptus.
Hemicadium, vas olearium.
Evidens, apertus.
Evidentia, claritas, apertio.
Excidium, destructio.
Excidiosus, excidio plenus.
Aequipollere, aequiparare.
Aequipollentia, aequitas, aequa similitudo.
Aequiponderare, librare.
Excantare, discantare.
Excellere, superare, praecesse.
Excolentissimus, purus, delitiosus.
Exciduus, quod facile cadit.
Excrementum, illud quod excrescit.
Excarnificare, dilacerare.
Extuare *, diminuere.
Enecare, occidere.
Aerumpnatus, miser effectus.
Enectus, in aqua occisus. Horatius: bos est enectus arando.
Exosus, odiosus.
Exoptare, optare, desiderare.
Exoptanter, desideranter.
Exhanclare, haurire.
Hemina, quaedam mensura.
Enimvero, certe.
Evectare, portare.
Extollentia, superbia.
Extollenter, arroganter.
Evirare, debilitare.
Expiare, purgare.
Exportare, exsolvere.
Exputescere, foetere.
Epotus, bene potatus.
Explorare, exquirere.
Excubiae, vigiles.
Excubitare, vigilare.
Excolitus, bene cultus.
Excors, sine corde.
Exclusorius, ianitor.
Efferus, saevus.
Efferatus, saevitia elatus.
Efferare, saevire.

PROLOGUS

SEXTAE LITTERAE.

Deinde paululum contiscescens Grammatica, talibus iterato fuit exorsa: Atqui nunc, o egregia mei * sodalicii manus, nunc verbis est meis sedulo attendendum, quia primum sextae litterae sum in praesentiarum exhibitura tractatum, qui adeo copiosa partium ubertate refectus * redundat, ut vix queat expletum a quopiam propalari; unde videor a quibusdam frivolas contexere nugas, dum exoticas sibique incognitas profero partes, quia cum studiolis suis aliquantillas animo recondiderint micas, totam grammaticae amplitudinis affluentiam ebibisse se opinantur, nec aliquid sibi indiscussum aut auribus autumant ineventilatum. Quibus certissime repromitto, si in latialis scientiae ediscenda arte nestoreos repleverint annos, semper aut lectitando, aut auscultando aliquid novi percipient, quod nunquam vel raro perceperunt. Quamobrem huiusmodi oratos * esse volo, quatinus incognita, quae cum ratione prolata audierint, modeste et sine disceptatione recipiant, reminiscentes probatissimorum ad hoc semper desudare studium, ut aliquid assidue ediscant incognitum. Primum igitur de sexta littera exordiamur tractatum, quam dentes formant labrum deprimentes inferius.

* cod. *medii.*

* *refertus?*

* cod. *oratores.*

F

Facio, is, eci, ere, actum, tu, verb. neut. inde hic factor, ris, et factus, a, um; unde haec factio, nis, quod aliquando pro proditione dicitur; et inde factiosus, a, um ·i· proditor, et versipellis; et factiose adv. et hic factus, tus, et haec factura, rae. Et factito, as, verb. frequent. et faxo, is, verb. defect. et comicum; unde Terentius in Andria: praeter quam te rogem, faxis verbum cave. Item a facio hic et haec facilis, et hoc le, quod comparatur facilior, facillimus; unde faciliter, facilius, facillime adv. et haec facilitas, tis, et haec facultas, tis. Facilis componitur difficilis, quod comparatur difficilior, difficillimus; unde difficiliter, vel difficulter, difficilius, difficillime adv. et haec difficultas, tis. Inveni etiam difficax pro difficilis; unde Ambrosius super Hegesippum ponens comparativum ait: tardior quidem harum appulsus, et difficatior excursus. Item a facio hoc facinus, oris; inde facinorosus, a, um, et facinorose adv. et haec fax, cis, et haec facula, ae, et haec fals, cis; unde falco, as; et inde verbalia, et hic falcarius, rii, et hic falco, nis, pro ave. Et falcito, as, verb. frequent. et haec faus, cis ·i· Cerberus, ianitor inferni; unde Virgilius: Cerberus hinc ingens latratu regna trifauci personat. Item a facio haec facies, ei; unde faciecula, ae, et haec fascia, ae; unde haec fasciola, ae diminut. et hoc fasceale, is ·i· fascia. Componitur facies hoc facitergium ·i· togilla. Item a facio fele nomen indeclinabile ·i· cerva; unde Ovidius Metamorph. in quinto: fele soror Phoebi, nivea Saturnia vacca, pisce Ve-

Digitized by Google

nus latuit. Et facessite verb. defectiv. •i• discedite ; unde Prudentius in libro Hymnorum : facessite, inquit, ne nostram gravet obsequela mortem. Et facetus, a, um, quod comparatur facetior, facetissimus ; unde facete, facetius, facetissime adv. et haec facetia, ae •i• urbanitas. Item a facio hic fascis, is •i• honus ; et inde hic fasciculus, li ; et pluraliter fasces, ium •i• honores, et hoc fascinum, ni •i• incantatio ; et fascino, as •i• incantare ; unde Virgilius : nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos. Facio componitur inficio •i• tinguere ; et inde infectus, a, um, et haec infectio, nis, et inficias verb. defectiv. •i• ad negandum ; unde Terentius in Adelphis : ille inficias ibit, sat scio ; et inde inficior, aris •i• negare verb. depon. unde verbalia. Item facio componitur sufficio, is ; unde hic et haec et hoc sufficiens, tis, et sufficienter adv. et haec sufficientia, et suffectus, a, um, et haec suffectio, nis. Invenimus quoque suffire pro sufficere ; unde Virgilius : at suffire thymo, cerasque recidere inanes quis dubitet ? Item facio componitur afficio, is quod pro tormentari dicitur ; et inde affectus, a, um, et haec affectio, nis, et hic affectus, us ; unde affectuosus, a, um, et affectuose adv. Et affecto, as ; unde verbalia. Praeficio, is ; inde praefectus, a, um, et haec praefectio, nis, et hic praefectus, ti, pro praetore ; unde praefectura, ae. Reficio, is, unde refectus, a, um, et haec refectio, nis, et hoc refectorium, rii. Conficio, is •i• tinguere ; inde confectus, a, um, et haec confectio, nis. Invenimus etiam confixe pro efficere ; unde Macrobius de Saturnalibus : oportet, dicit, qui ex quadrantibus confit intercalare. Deficio, is ; unde haec deficientia, ae, et defectus, a, um, et

hic defectus, us, et haec defectio, nis. Perficio, is; unde perfectus, a, um, et haec perfectio, nis. Proficio, is; unde profectus, a, um, et hoc proficuum, ui. Officio, is; unde hoc officium, ii, et officiosus, a, um ·i· intentus, a, um; et comparatur officiosior, officiosissimus; unde officiose, officiosius, officiosissime adv. et haec officiositas, tis. Efficio, is; unde effectus, a, um, et effectio, nis, et effectivus, a, um, et hic effectus, us, et hic et haec et hoc efficax, cis; quod comparatur efficacior, efficacissimus; unde efficaciter, efficacius, efficacissime adv. et haec efficacitas, tis, et haec efficacia, ae, ambo pro vigore et agilitate. Item facio componitur nihilifacio, is, et floccifacio, is ·i· parvipendere; unde Terentius in Eunucho: qui illum non floccifecerim. Componitur etiam sacrifico, as; unde verbalia, et hoc sacrificium, et sacrificulus, li, ·i· sacrificium faciens; unde Macrobius de Saturnalibus: pontifex lunae observabat aspectum, visamque regi sacrificulo nunciabat. Componitur quoque facio cum multis aliis partibus, de quibus aliis in locis loquemur.

Fido, is, fisus, sum, verb. neut. Inde hic et haec et hoc fidens, is; unde fidenter adv. et haec fidentia, ae, et fidus, a, um; unde haec fiducia, ae, et hic et haec fiducialis, et hoc le, et fiducialiter adv. et haec fiducialitas, tis, et fiduciarius, a, um ·i· fidus. Fidus componitur infidus, a, um. Item a fido haec fides, ei; unde haec fidecula, ae ·i· parva fides, et hic et haec fidelis, et hoc le, quod comparatur fidelior, fidelissimus; unde fideliter, fidelius, fidelissime adv. et haec fidelitas, tis, et haec fidelia, ae ·i· urna, vel canna; unde Persius: respondet viridi

non cocta fidelia limo. Fidelis componitur infidelis; unde infideliter adv. et haec infidelitas, tis. Fides componitur hic fideiussor, ris ·i· fidem pro aliquo iurans, et perfidus, a, um, ·i· perdens fidem; et inde perfidia, ae, et fidifragus, a, um ·i· fidem frangens. Fido componitur confido, is; unde hic et haec et hoc confidens, is; et inde confidenter adv. et haec confidentia, ae, et confisus, a, um. Componitur etiam diffido, is; et inde hic et haec et hoc diffidens, is; unde diffidenter adv. et haec diffidentia, ae, et diffisus, a, um.

Findo, is, findi, fissum, verb. activ. Inde fissus, a, um, et haec fissio, nis, et haec fissura, ae, et haec fiscina, ae ·i· corbulus ex iunco et stramine factus; unde Virgilius: sunt et caseoli quos iuncea fiscina siccat. Et inde haec fiscinula, ae, et haec fiscella, ae, diminut. et hic ficellus, li ·i· casei mollis appetitor. Item a findo haec fimbria, et haec fistula, ae, unde hic fistulator, ris. Et fistuo, is ·i· cum fistula canere; et inde verbalia; et haec fidis, dis ·i· chorda; unde haec fidicula, ae ·i· parva chordula unde ligabantur manus martyrum; unde Prudentius in libro Hymnorum: ignes, et fidiculae saeviant. Et componitur hic fidicen, nis ·i· quilibet cum chorda canens, et haec fidicina, ae ·i· citharista, ae. Item a fiudo hic faber, ris ·i· animal quoddam, quod venatoribus se insequentibus mentulas findit, quod alio nomine dicitur castor, eo quod se castret; et haec fibula, ae ·i· cinctura et firmatorium pallii; unde Ovidius Metamorph. in secundo: fibula vestem vitta cohercebat; et inde effibulo, as ·i· exolvere; unde Prudentius in Psychomachia: avulsis effibulat ilia zonis; et inde verbalia.

Item a findo fidus, quod non est in usu; sed componitur bifidus, a, um, et trifidus, a, um, et quadrifidus, a, um; et haec filix, cis ·i· quaedam herba, quae gallice felgie vocatur; unde Persius: non tamen ista filix ullo mansuescet aratro; et hic et haec fissilis, et hoc le, quod facile finditur; unde Plautus: non deceret te habere fissile caput. Findo componitur praefindo; et inde verbalia.

Fingo, gis, finxi, fictum, tu, verb. activ. Inde hic fictor, ris, et fictorius, a, um, et fictus, a, um; unde haec fictio, nis, et ficticius, a, um, et fictim adv. et hoc figmen, nis; unde Marcianus: cur ergo non fateris nil figminis futura *; et inde hoc figmentum, ti, et figmentatus, a, um ·i· fictus. Item a fingo hic figulus, li ·i· ollarius, et haec figura, ae; unde figurativus, a, um, et figurative adv. Et figuro, as; unde figuratus, a, um, et haec figuratio, nis, et figuratim adv. et hic et haec figuralis, et hoc le; unde figuraliter adv. Figuro componitur configuro, as, et transfiguro, as, et ab istis verbalia. Item a fingo hic et haec fictilis, et hoc le; unde fictiliter adv. Et componitur confingo, is; unde confictus, a, um, et haec confictio, nis. Effingo, is; unde effectus, a, um, et haec effectio, nis, et haec effigies, ei ·i· imago; et inde effigiatus, a, um; unde Augustinus de civitate Dei in octavo: et quid tale de materiis affabre effigiatis.

* ed. *figura*.

Flo, as, avi, atum, tu, verb. neut. Inde hic flatus, us, et hic et haec flatilis, et hoc le, et hoc flabrum, bri ·i· flatus; et inde hoc flabellum, li ·i· illud unde muscas abigimus: unde Terentius in Eunucho: cape hoc flabellum, et ventulum huic facito. Item

a flo hoc flamen, nis. Dicimus etiam hic flamen pro sacerdote Iovis; et inde hic flamineus, ei ·i· praeminister sacrorum, et haec flaminica, ae ·i· sacerdotissa, unde Macrobius de Saturnalibus: camillos dicebant, et camillas flaminum, et flaminicarum praeministros, et hoc flaminium, nii ·i· sacerdotium. Item a flo haec flamma, ae, eo quod flatu excitetur; unde haec flammula, ae; et flammasco, is, verbum inchoativum. Et flammo, as, quod non est in usu; sed componitur inflammo, as; et inde verbalia; et hoc flammeum, ei ·i· infula nuptiarum tenuis, et vento agitabilis; et inde hoc flammeolum, li, diminut. unde Prudentius in Psychomachia: flammeolum, strophium, diadema, monile. Flo componitur sufflo, as; unde hic sufflator, is, et sufflatus, a, um, et haec sufflatio, nis, et hoc sufflamen, nis. Conflo, as; unde conflatus, a, um, et haec conflatio, nis, et hoc conflatorium, rii; et pluraliter conflages, gum ·i· loca ventosa, in quibus multa confluunt flamina. Componitur quoque flo, perflo, as; et inde perflatus, et perflatio. Inflo, as; et inde inflatus, et inflatio, inflatilis. Afflo, as; et inde afflatus, et afflatio, et hic afflatus, us.

Ferio, is, percussi, nam mutuat praeteritum, verb. activ. Unde Ovidius: ipsaque caeruleis charta feritur aquis; et inde ferus, a, um, quod comparatur ferior, ferissimus; unde fere, ferius, ferissime adverb. et feritas, tis. Ferus componitur efferus, a, um ·i· crudelis; et inde effero, as ·i· crudeliter agere; unde Ambrosius super Hegesippum: efferaverat Herodes universos; et inde efferatus, a, um, et haec efferatio, nis. Item a ferio haec fera, ae, secundum Isidorum, eo quod desiderio suo feriat; et inde ferinus,

a, um, et haec ferula, ae, et hic et hoc ferox, cis, quod comparatur ferocior, ferocissimus; unde ferociter, ferocius, ferocissime adverb., et haec ferocitatis, tis, et haec ferocia, ae ·i· ferocitas; unde Marcianus: Pythagorei edocuerunt ferociam animi tibiis mollire. Et hic et haec feralis, et hoc le; unde feraliter adverb. et haec feralitas, tis. Ferox componitur praeferox ·i· valde ferox; unde Ambrosius super Hegesippum: qui praeferoces gentes immanitate simul numero validiores. Inveni autem ab hoc nomine, quod est ferox, ferocio, is ·i· saevire; et inde verbalia. Et a feriendo secundum Isidorum furiae dicuntur; unde venit furiosus, a, um, et furiose adverb. et haec furiositas, tis, et hic et haec furialis, et hoc le, et furialiter adv. et furibundus, a, um; et furio, is, verb. neut. Et componitur praefurio, is, et defurio, is. Ferio componitur referio, is.

Fruor, ris, itus sum, verbum deponens. Inde fruitus, a, um, et hoc frumen, is ·i· summa pars gutturis, et hoc frumentum, ti; unde frumentor, aris ·i· frumenta colligere; et inde verbalia. Item a fruor hic fructus, us; unde fructuosus, a, um, et fructuose adv. et haec fructuositas, tis, et fructuarius, a, um ·i· utilis et fructu plenus. Et per compositionem fructifero, as; unde verbalia. Fructuosus componitur infructuosus. Item a fruor haec fruges, is ·i· fructus; et inde frugi nomen indeclinabile ·i· bonus, et valens; unde hic et haec frugalis, et hoc le, et frugaliter, et haec frugalitas, tis, et haec Frugeria, ae ·i· Dea frugis. Fruges componitur frugifer, ra, um. Item a fruor hic fructex, cis; unde fructicosus, a um ·i· spinis plenus, et hoc fructetum, ti ·i· locus spinosus. Et fructicor, aris

Digitized by Google

·i· crescere; unde Iuvenalis: ponens participium ait: fructicante pilo, neglecta et squalida cœura; et inde verbalia. Fruor componitur confruor, eris, et defruor, et perfruor, eris, et ab istis verbalia.

Famulor, aris, verbum deponens; inde verbalia; et hic famulatus, us, et hic famulus, li; unde haec famula, ae, et hoc familicium, cii ·i· servicium; unde Marcianus: habere quamplures in familicio disciplinas. Et hic et haec familiaris, et hoc re, quod comparatur familiarior, familiarissimus; unde familiariter adverb. familiarius, familiarissime, et haec familiaritas, tis. Et per compositionem hic paterfamilias ·i· ille qui de familia curam accipit. Item a famulor haec fama, ae; et inde famosus, a, um, quod comparatur famosior, famosissimus; unde famose, famosius, famosissime adv. et haec famositas, tis. Et famo, as, quod non est in usu; sed componitur defamo, as; unde defamatus, a, um, et defamatio, nis. Infamo, as; unde infamatus, a, um, et haec infamatio, nis; et hic et haec infamis, et hoc me; unde haec infamia, ae. Famulor componitur confamulor, aris.

Fumus, mi; inde fumosus, a, um, et haec fumositas, tis, et fumigabundus, a, um, et fumidus, a, um. Et fumasco, is, verbum inchoativum. Et fumo, as, quod componitur refumo, as, et infumo, as, et suffumo, as, et ab istis verbalia; et hoc suffumigium, gii ·i· suffumatio; unde Marbodus de lapide gagato: per suffumigium mulieri menstrua redde. Item ab hoc nomine, quod est fumus, fumigo, as ·i· infumare; inde fumigatus, a, um, et fumigatio, nis. Et fumido, as, similiter infumare; et inde fumidatus, a, um, et haec fumidatio, nis. et haec fulina ·i· coquina; un-

de hic fulinarius, rii ·i· coquinarius, cocus. Item ab hoc nomine, quod est fumus, haec fuligo, nis ·i· nigredo; unde Iuvenalis: ille supercilium madida fuligine tinctum; et inde fulgineus, a, um, ambo pro niger, et haec fulica, ae ·i· quaedam avis in paludibus commorans.

Fulgeo, es, fulsi, verbum neutrum, et caret supino; inde fulgesco, is, verbum inchoativum. Et refulgesco, is, et fulgidus, a um, quod comparatur fulgidior, fulgidissimus; unde fulgide, fulgidius, fulgidissime adverbium; et hic fulgor, ris, et hoc fulgetum, ti ·i· fulgor. Item a fulgeo hoc fulgur, ris; unde fulgureus, a, um, et fulguratio, nis. Fulguro componitur effulguro, as; et inde verbalia. Fulmen quoque secundum quosdam dicitur a fulgeo; et inde fulmineus, a, um, et fulmino, as; et inde verbalia. Fulgeo componitur praefulgeo, es, et effulgeo, es, et refulgeo, es. Fulgidus componitur praefulgidus ·i· valde fulgidus, et quamfulgidus in eodem sensu.

Foveo, es, fovi, fotum, tu, verbum activum; inde fotus, a, um, et fotio, nis, et hic fotus, us, et hic haec fotilis, et hoc le ·i· nutribilis, et hoc fomen, nis; unde hoc fomentum, ti, et hic fomes, tis ·i· nutrimentum. Dicuntur etiam fomites scintillae quae prosiliunt ex ferro, sicut assullae quae cadunt ex asseribus. Item a foveo, hoc folium, ii, eo quod ignem foveat; et inde hic folliculus, li, et follesco, is ·i· inflare, et foliatus, a, um ·i· curvatus, et haec folinicia, ae ·i· vanitas. Et notandum quod folium dicitur pro quadam preciosa herba, quae ex fonte paradisi descendit; unde Prudentius in libro hymnorum: spirant et folium, fonte quod addito; et inde effici-

tur preciosum unguentum quod vocatur foliatum; unde Iuvenalis: moechis foliata parantur. Foveo componitur confoveo, es; et inde confotus, a, um, et haec confotio, nis. Refoveo, es; unde refotus, a, um. Et refocilo, as ·i· nutrire; et inde refocilatus, a, um, et haec refocilatio, nis.

Phos graece, ignis latine; inde hic focus, ci; unde hic foculus, li, diminut. Et foculo, as ·i· nutrire; et inde verbalia. Per compositionem hic phosphorus, ri ·i· lucifer quasi phos ferens ·i· lucem; unde Marcianus: lucem videbis phosphore. Item a phos haec fornax, cis; unde haec fornacula, ae, diminut. Et secundum Isidorum: hoc foenum, ni, eo quod facile igne incendatur; et inde hoc foeniculum li, quasi oculorum foenum, et hoc foenicium, cii ·i· herba fullonum, quae nigram facit tincturam; unde Isaias secundum septuaginta translationem: si fuerint peccata nostra quasi foenicium. Item a phos hic pharus, ri ·i· visio ignis, quo nomine vocabant montem quemlibet iuxta portum positum, super quem igne incenso designabant navigantibus portum inesse; et haec fenestra, ae, eo quod ferat nobis lucem; unde haec fenestrella, ae, diminut. et fenestratus, a, um, et haec festra, ae, per syncopam ·i· parva fenestra; unde Macrobius de Saturnalibus: festra quidem minusculum ostium est in sacrario.

Fusco, as, vi, tum, tu, verb. activ. Inde fuscator, ris, et fuscatorius, a, um, et fuscatus, a, um, et haec fuscatio, nis, et hoc fuscamen, nis; unde hoc fuscamentum, ti, et fuscus, a, um ·i· niger. Et per compositionem hoc fuscotinctum, ti ·i· fustanium. Item a fusco hic fuscus, ci ·i· tinctio alicui rei superducta;

et inde fuscosus, a, um ·i· supertinctus. Et fusco, as ·i· colorare; et inde fucatus, a, um, et haec fucatio, nis. Sciendum autem quod fucus etiam dicitur pro quadam ape, quae non mellificat, sed mel aliarum comedit; unde Virgilius: ignavum fucos pecus a praesepibus urget, vel arcet. Fusco componitur obfusco, as, et inde verbalia.

Frendeo, es, dui, verbum neutrum, et caret supino ·i· concutere; inde phren nomen indeclinabile ·i· quaedam exagitatio furoris a cerebro descendens; et inde phreneticus, a, um, et haec phrenesis, is ·i· ipsa rabies, et fresus, a, um ·i· concussus; unda et fabam fresam dicimus ·i· concussam, et tritam. Et per compositionem hic nefrens, dis ·i· infans quasi nondum frendens ·i· nondum dentibus concutiens; unde Livius: quem ego nefrendem alui, lacteam immulgens opem. Item a frendeo, frendesco, is, et frendo, dis ·i· frenare, et hoc frenum, ni, eo quod equi dentibus concutiatur; et inde per compositionem effrenus, a, um ·i· sine freno. Et freno, as; unde verbalia. Et componitur effreno, as, et refreno, et ab istis verbalia. Frendeo componitur defrendeo, es; et inde defrensus, a, um ·i· decussus et detritus.

Farcio, is, farsi, vel facivi, farsum, su, verbum activum; inde hic fractor, ris, et farsitus, a, um, et haec farsio, nis, et hoc farcimen, nis; unde hoc farcimentum, ti. Et farcino, as ·i· replere, et componitur refarcino, as, et suffarcino, as ·i· succingere; unde Terentius in Andria: vidi Cantharam suffarcinatam, et ab istis verbalia. Item a farcino hoc fertum, ti ·i· repletio extorum, vel ventris. Et ferto, as, quod non est in usu; sed componitur referto, as ·i· replere; Mar-

bodus de lapide magnete: si vir claustra domus spoliis gazisque refertet. Et haec farina, ae, dicitur a farcio, eo quod inde facile aliquid farciatur; unde haec farinula, ae, et farinacius, a, um ·i· de farina factus, et hoc far, ris; unde farreus, a, um ·i· ex farre factus, et farracum, ci ·i· puls ex farre facta, et haec farrago, nis ·i· stramen, vel quaelibet vilis annona; unde Persius: tenui in farragine mendax. Farcio componitur refarcio, is; inde refertus, a, um, et haec refertio, nis. Confercio, cis; unde confertus, a, um, et confertio, nis.

For non dicitur, faris et fare, verbum deponens; inde verbalia; et haec fabula, ae, unde haec fabella, ae, diminut. et fabulosus, a, um, et fabulose adverb., et hic fabulo, nis ·i· fabularum narrator. Et fabulor, aris: unde verbalia; et hic et haec fabularis, et hoc re; unde fabulanter adverb. Item a for fabundus, a, um ·i· loquax, et facundus, a, um ·i· disertus; quod comparatur facundior, facundissimus; unde facunde, facundius, facundissime adverb. et haec facundia, ae, et haec facunditas, tis; unde facundatus, a, um ·i· eloquens. Et hoc famen, nis; unde per compositionem effamino, as ·i· loqui; unde Marcianus: nec claudentes assertiones effaminare morabor; et inde verbalia. Et effamen, nis ·i· loquela. Item a for, faris, quod non est in usu; sed componitur infans ·i· loquens, et tunc comparatur infantior, infantissimus; unde Prudentius in libro hymnorum ponens comparativum ait: largire carmen mihi infantissimo. Dicitur quoque infans pro puero *; et tunc inde venit hic infantulus, li, et hic infantillus, li, et infanticulus, li, omnia pro infante, et hic et haec infantilis, et hoc

* Cod. *perpetuo.*

le ; unde infantiliter adverb. et haec infantia, ae, et infanticus, a, um ·i· infantilis. Item a for per compositionem bifariam indeclinabile ·i· in duabus partibus ; unde Haimo super epistolas Pauli : lex Moysi bifariam dividitur. Et trifariam ·i· tribus partibus, et multifariam ·i· in multis partibus ; unde Apostolus ad Hebraeos : multifariam, multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis. Item a for hoc fanum, ni ·i· templum ; et inde hoc fanulum, li, diminutiv. et hic fanaticus, ci ·i· fani custos. Et componitur profanus, a, um ·i· execratus, quasi procul a fano ; et profano, as ·i· execrare, et inde verbalia ; et infandus, a, um, et nefandus, a, um, et nefastus, a, um, omnia pro execrandus, et per compositionem a for derivantur. For componitur affor, ris ; unde affatus, a, um, et haec affatio, nis, et hic et haec affabilis, et hoc le ; unde affabiliter adverb. et haec affabilitas, tis. Effor, ris ; unde effatus, a, um, et haec effatio, nis, et hic et haec effabilis, et hoc le, quod componitur ineffabilis ; unde ineffabiliter adverb. Praefor, aris ; unde praefatus, a, um, et haec praefatio, nis ; et inde haec praefatiuncula, ae, diminut. Profor, aris ; unde profatus, a, um, et haec profatio, nis.

Forma, ae ; inde formula, ae, diminut. et haec formella, ae, diminut. et formosus, a, um, quod comparatur formosior, formosissimus ; unde formose, formosius, formosissime adverb. et haec formositas, tis, et hoc formum, mi ·i· calida massa ferri sicut extrahitur ab igne ; unde formidus, a, um ·i· calidus, et plur. hii formicales, ium ·i· forcipes fabrorum *, quibus forma ·i· calida de fornace educuntur. Item a forma formo, as, verb. activ. ; unde formator, ris, forma-

* Cod. *librorum.*

tus, formatio, et hic et haec formalis, et hoc le; unde formaliter adverb. Et componitur reformo, as, et conformo, as, et transformo, as, et ab istis verbalia. Formo componitur hic et haec uniformis, et hoc me; unde uniformiter adverb. et haec uniformitas, tis, et hic et haec conformis, et hoc me ·i· unius formae, et inde conformiter adverb. et haec conformitas, tis, et hic et haec deformis, et hoc me ·i· turpis; unde deformiter, et haec deformitas. Componitur quoque forma biformis, et triformis, et quadriformis, et septiformis, et multiformis.

Foras adverb. ad locum; inde forinsecus. Et foris in loco; et componitur aforis, et deforis, et praeforis, et eforis, omnia adverbia in loco. Item a foras, foro, as, quia quod foris est foratur *; et inde foratus, a um, et haec foratio, nis, et hoc foramen, nis, et haec forago, nis ·i· filum quo textrices opus distinguunt, et hic forus, ri ·i· foramen illud in navi, de quo remus emittitur, quod in Lucano reperies; et inde hic forulus, li ·i· scriptorium, eo quod ad cornua imponenda sit saepe perforatum; unde Iuvenalis: hic libros dabit, et forulos, mediamque Minervam. Foro componitur perforo, as, et circumforo, as, et ab istis verbalia. Item a foras hoc forum, ri, eo quod semper sit foris; unde hoc forulum, li, diminut. Et per compositionem circumforanus, a, um ·i· circum fora vagans. Et inforo, as ·i· inplacitare in foro; unde Plautus: licetne inforare, si incomiciare non licet? unde verbalia. Item a foras hic et haec forensis, et hoc se ·i· foris conversans, et hic et forassis, et hoc se ·i· foris manens; unde Prudentius in libro hymnorum: quamquam forassem linguam forte tetigissem; et haec

* *furatur?* pass.

forica, cae ·i· locus in foro ubi inmunda confluunt stercora; unde Iuvenalis: inde reversi conducunt foricas. Et plur. hae fores, ium ·i· ianuae; et componitur bifores, ium ·i· geminae portae; unde Ovidius Metamorph. in secundo: argenti bifores radiabant lumine valvae. Item a foras per compositionem haec forceps, cipis, eo quod capiat quod foris est; et inde haec forcicula, ae ·i· parva forceps; et haec forpes, forpicis ·i· forceps fullonum, quasi quod foris est in veste capiens; et inde haec forpicula, ae ·i· parva forpes, et haec forfex, cis ·i· forceps nummulariorum; unde haec forficula, ae ·i· parva forfex; unde quidam ponens haec tria nomina ait: forcipe fila, filum cape forfice, forpice ferrum. Item a foras haec frons, tis, secundum quosdam, eo quod foris sit, et in aperto; et inde haec fronticula, ae, et frontosus, a, um ·i· impudibundus, quod comparatur frontosior, frontosissimus; unde Augustinus in commentario super psalterium de Maria Magdalena, quae solebat in fornicatione sua frontosa esse, frontosior sit ad salutem. Frons componitur hic bifrons, tis ·i· Ianus, et hoc frontispicium, cii ·i· inspectio frontis; unde Iosephus in duodecimo: coronam in modum psalmi conferunt, et frontispicia ut versatilia.

Fendo, is, non est in usu; sed componitur defendo, is; unde hic defensor, ris, et defensorius, a, um, et defensus, a, um, et haec defensio, nis. Et defenso, as ·i· defendere; et inde verbalia. Componitur etiam fendo, offendo, is, quod pro reperire, et pro irasci dicitur; unde offensus, a, um, et haec offensio, nis, et haec offensa, ae ·i· culpa, et hoc offendiculum, li, et offenso, as ·i· saepe irasci; et in-

Digitized by Google

de verbalia : et hoc offensaculum , li •i• culpa , et obex ; unde Prudentius in Psychomachia : centum errare sinit , perque offensacula multa. Offensus componitur inoffensus. Componitur quoque fendo , infendo , is •i• irasci ; unde infensus , a , um •i• iratus ; unde Terentius in Andria ; me pater infensus servat. Et haec infensio , nis , et infenso , as.

Furvus , a , um •i• niger ; unde secundum Isidorum , hic fur , ris , eo quod nocte ambulat ; unde furtivus , a , um , et furtive , et furtim adverb. et hoc furtum , ti , et furor , aris ; unde hic furator , ris , et furatus , a , um , et haec furatio , nis , et hic crebrifurus , ri , per compositionem •i• locus crebro habens fures , et hic furfur , ris , grossum far , eo quod minutior farina inde furatur. Item ab hoc nomine quod est fur , haec furca , cae ; inde haec furcula , ae , et furcatus , a , um , quod componitur bifurcatus , a , um , et trifurcatus , et haec fulcella , ae •i• furcula , parva furca. Et plur. furciles lium •i• furcae ubi suspenduntur fures ; et inde per compositionem affurcillo , as •i• suspendere , et concutere ; et inde verbalia. Furca componitur hic furcifer , ri , et hic trifurcifer , ri •i• potarius qui tres habet furcas ad honus gerendum ; unde Plautus : an tu furcifer herum nos fugitare. Etiam fur trifurcifer.

Phonus , ni •i• cantus ; inde phonicus , a , um •i• musicus ; unde Sidonius : psalmorum hic modulator et phonicus. Et per compositionem haec antiphona , ae •i• ante cantata , et hic paraphonista , ae •i• cantor , eo quod paret sonos •i• cantus ; et synphonia , ae •i• totus cantus ; unde synphonicus , a , um , et synphonice adv. et hic synphonista , ae •i• cum synphonia canens , et synphonizo , as ; unde verbalia.

Fero, ers, tuli, latum, tu, verbum anomalum; inde hic et haec fertilis, et hoc le, quod comparatur fertilior, fertilissimus; unde fertiliter, fertilius, fertilissime adverb. et haec fertilitas, tis, et haec Feronia, ae ·i· Dea agrorum, et hic ferentarius, rii ·i· sagittarius ferens arcum; unde Ambrosius super Hegesippum: sed ut solent in ferentariorum proeliis, plura vulnera quam neces inferebantur. Item a fero, hic et haec et hoc ferax, cis ·i· fecundus; et comparatur feracior, feracissimus; unde feraciter, feracius, feracissime adverb., et haec feracitas, tis, et feraculus, a, um ·i· aliquantulum ferax, et hoc ferculum, li, et hoc feretrum, tri, eo quod mortuum ferat, et haec pharetra, ae, eo quod mortem ferat ·i· sagittas; et inde pharetratus, a, um. Item a fero hoc ferrum, ri; unde ferreus, a, um, et ferreolus, a, um, diminut. et haec ferrugo, nis ·i· ferri rubigo, et hic ferrarius, rii, quod componitur fabriferrarius, rii; et ferro, as; unde ferratus, a, um, et haec ferratio, nis. Et componitur differro; et inde verbalia. Notandum autem quod ferrugo dicitur pro quodam simili ferro; et tunc inde dicitur ferrugineus, a, um; item fero, secundum Rabanum, hic et haec fortis, et hoc te, eo quod fortiter ferat adversa; quod comparatur fortior, fortissimus; unde fortiter, fortius, fortissime adverb. et haec fortitudo, nis. Et forto, as, quod componitur confortо, as; et inde confortatus, a, um, et haec confortatio, nis. Fortis componitur quamfortis ·i· valde fortis. Fero componitur confero, ers; unde collatus, a, um, et haec collatio, nis, et collativus, a, um ·i· largus et amplus ubi multa conferuntur; unde Plautus: quis hic homo est cum collativo ventre, et ocu-

lis herbeis. Offero, ers; unde oblatus, a, um, et haec oblatio, nis; unde haec oblatiuncula, ae, et haec offa, ae; unde haec offula, ae, et haec offella, ae, diminutiv. Differo, ers ·i· prolongare; unde hic et haec et hoc differens, tis, quod comparatur differentior, differentissimus; unde differenter, differentius, differentissime adverb. Differens componitur indifferens, et haec differentia, ae, et dilatus, a, um, et haec dilatio, nis, et dilato, as ·i· differre; unde dilatus, a, um, et haec dilatio, nis. Suffero, ers ·i· pati; inde hic et haec et hoc sufferens, is, quod comparatur sufferentior, sufferentissimus; unde sufferenter, sufferentius, sufferentissime adverb. et haec sufferentia, ae, et sublatus, a, um, quod in alio sensu dicitur pro ablatus, et haec sublatio, nis. Aufero, ers ·i· eripere; inde ablatus, a, um, et haec ablatio, nis, et ablativus, a, um. Refero, ers; inde relatus, a, um, et haec relatio, nis, et relativus, a, um ·i· quod ad aliquid refertur. Effero, ers ·i· superbire, elevare; inde elatus, a, um, et haec elatio, nis. Componitur quoque fero profero, ers ·i· producere. Praefero, ers ·i· anteferre. Infero, ers; circumfero, ers; et ab istis verbalia. Sciendum autem quod fero dicitur pro cupere; unde Ovidius Metamorph. in primo: in nova fert animus mutatas dicere formas corpora. Dicitur et pro dicere, et pro tolerare.

Fugio, is, fugi, verbum neutrum, et caret supino; inde hic et haec et hoc fugax, cis, quod comparatur fugacior, fugacissimus; unde fugaciter, fugacius, fugacissime adverb. et haec fugacitas, tis, et haec fuga, ae; unde fugitivus, a, um. Et fugo, as; unde fugatus, a, um, et haec fugatio, nis. Et fugito, as,

verbum frequentativum; unde Plautus: an tu furcifer herum nos fugitare censes. Fugio componitur confugio, is; unde hoc confugium, gii ·i· securitas, et tutela, et haec confugela, ae ·i· adiutorium, et hic confuga, ae ·i· similiter cum alio fugiens. Diffugio, is; unde diffugium, gii, et diffugus, a, um ·i· in diverso fugiens. Profugio, is; unde profugus, a, um, et hoc profugium, gii ·i· fuga; Iosephus: ut aliquod profugium inveniret. Refugio, is; unde refugus, a, um, et hoc refugium, gii. Effugio, gis; unde effugus, a, um ·i· fugitivus, et hoc effugium, gii. Componitur quoque praefugio, is, et aufugio, gis, et circumfugio, is.

Ferveo, es, fervui, verbum neutrum, et caret supino; inde effervesco, is, quod et confervesco, is, et hic fervor, ris, et hoc fervorium, rii ·i· caldarium, rii, et fervidus, a, um, quod comparatur fervidior, fervidissimus; unde fervide, fervidius, fervidissime adverb. et haec ferviditas, tis. Item a ferveo hoc fermentum, ti; unde fermentarius, a, um. Et fermento, as; unde fermentatus, a, um, et haec fermentatio, nis. Ferveo componitur efferveo, es, et deferveo, es. Sciendum autem quod dicimus etiam fervo, is, tertiae coniugationis correptae; unde Virgilius: fervere Leucaten.

Frango, gis, fregi, fractum, tu, verbum activum; inde fractus, a, um, et haec fractura, ae; unde haec fractio, nis, et fracticius, a, um, et fractim adverb. et hoc fragmen, nis, unde hoc fragmentum, ti, et hoc fragum, gi ·i· legumen, quod gallice dicitur freses; unde Ovidius Metamorph. in primo: montanaque fraga legebant. Item a frango hic et haec frangibilis, is, vel fractilis; et inde frangibiliter adverb. vel fractiliter adv. et hic fragor, oris; unde fragorosus, a, um; et haec

sphragitida *, ae ·i· stilus: unde Prudentius in libro hymnorum: qui cum sacrandus accipit sphragitidas. Item haec fraxinus, ni, eo quod facile frangitur; unde fraxineus, a, um, et hoc fraxinetum, ti ·i· locus ubi fraxini crescunt, et hoc fritillum, li ·i· mollixiellum, eo quod grana frangat; unde Iuvenalis: parvoque eadem movet arma fritillo. Item a frango hic et haec fragilis, et hoc le, quod comparatur fragilior, fragilissimus; unde fragiliter, fragilius, fragilissime adverb. et haec fragilitas, tis, et hic fragus, gi ·i· recurvatio poplitis, vel ipse poplex; unde et suffragines poplitis dicuntur; et inde fragor, aris, quod non est in usu; sed componitur suffragor, aris ·i· auxiliari; unde hic suffragator, oris, et suffragatus, a, um, et haec suffragatio, nis, et suffraganeus, a, um ·i· auxiliatorius, et hoc suffragium, gii. Item fragor componitur refragor, aris ·i· resistere; et inde refragator, refragatus, refragatio, et hic et haec refragabilis, et hoc le; unde refragabiliter adverb. Et componitur irrefragabilis ·i· irresistibilis; unde irrefragabiliter adverb. Componitur quoque fragus, confragus, a, um ·i· tuberosus, cumulosus; unde Prudentius in Psychomachia: et confragis arboribus dumeta tegunt. Frango componitur effringo, gis, anfringo, is, et circumfrango; et inde verbalia et hic anfractus, us ·i· circumfractio. Perfringo, gis, confringo, gis, infringo, gis, refringo, gis, et ab istis verbalia.

* cod. *fragitida*. Sic et mox.

Fornax, cis; inde hic fornaculus, li, parvus fornax, et hoc fornalium, lii ·i· sacrum quoddam in fornaculo factum. Fornacalia etiam vocamus instrumenta ad opus fornacis aptata. Et fornacio, is ·i· fornare; unde fornacitus, a, um ·i· in fornace coctus, et haec fornacitio, nis. Item ab hoc nomine, quod est fornax, haec

fornix, cis ·i· domus meretricum arcuata, ut fornax; unde Iuvenalis: lenonum pueri quocumque in fornice nati; et inde fornicor, aris; unde hic et haec fornicatrix, cis, et hic fornicarius, a, um, et fornicatus, a, um, et fornicatio, nis. Fornicor componitur confornicor, ris; et inde verbalia.

Faveo, es, avi, fautum, tu, verbum neutrum; inde hic fautor, ris, et haec fautrix, cis, et hic favor, ris; undè hic et haec favoralis, et hoc le, et favoraliter adverb. et favorosus, a, um ·i· favore plenus, et hic favissor, ris ·i· piscator, qui semper favet, ut sibi bene eveniat, et hic favidicus, ci ·i· ille qui vera dicit cui ceteri favent. Item a faveo hic favus, vi; unde hic favillus, li ·i· parvus favus, et hic favonius, nii ·i· levis ventus, et instabilis; unde Ovidius Metamorph. in XI: utque sub adventu spirantis lene favoni. Inveni etiam hoc favonium, nii, pro levi odio. Dicimus quoque favius, a, um ·i· levis et inponderosus; unde Plautus: quae vult cubare pandit saltum favium. Item a faveo faustus, a, um ·i· felix, cui cuncta favent; et comparatur faustior, faustissimus; unde fauste, faustius, faustissime adverb. et haec faustitudo, nis. Faustus componitur infaustus.

Finio, nis, vi, et finii, finitum, tu, verbum neutrum; inde finitus, a, um, et haec finitio, nis, et hic finis, is; unde et hic et haec finalis, et hoc le, et finaliter adverb., et finitivus, a, um. Finis componitur hic et haec affinis, et hoc ne ·i. vicinus; unde affiniter adverb. et haec affinitas, tis, et hoc affinium, nii, ambo pro vicinitas. Componitur quoque finis hic et haec confinis, et hoc ne ·i· vicinus; unde confiniter adverb. et haec confinitas, tis, et hoc confinium, nii, ambo pro

vicinitas, et hoc bifinium, nii ·i· divisio inter duos fines. Sic et trifinium dicimus, et quadrifinium, nii, et diversifinium, nii ·i· divisio inter diversas patrias, et interfinium, nii ·i· terminus inter duos fines. Sciendum autem quod finis pro consummatione, et pro patria *dicitur*. Finio componitur definio, is; unde definitus, a, um, et haec definitio, nis. Praefinio, is; unde praefinitus, a, um, et haec praefinitio, nis.

Fundo, is, fudi, fusum, verb. activ.; inde fusus, a, um, et haec fusio, nis, et fusim adverb. et hic et haec fusilis, et hoc le; unde fusiliter adverb. et hoc fusorium, rii ·i· illud in quo aliquid infunditur, et haec funda, ae; unde haec fundula, ae, et haec fundibula, ae ·i· funda; et inde hic fundibalista, ae ·i· fundae iactator, quod aliter dicitur hic fundibalus, li, et hic funditor, ris; unde Salustius: in sinistra parte Mallius cum funditoribus. Item a fundo hic et haec futilis, et hoc le, quod cito decurrit; unde Terentius in Adelphis: tu nihil nisi sapiat ille futilis. Et hic fundus, di; unde hic fundulus, li ·i· minimus piscis qui adhaeret fundo. Et fundo, as; unde fundator, ris, fundatus, fundatio, et hoc fundamen, nis, et hoc fundamentum, ti, et fundito, as, verbum frequentativum; unde Plautus in Amphitrione: cum cruciatu tuo ista verba funditas. Item a fundo hic fons, tis, eo quod ex se aquam effundat; et inde hic fonticulus, li, et fontanus, a, um ·i· iuxta fontem habitans. Fundo componitur profundo, is; unde profusus, a, um, et haec profusio, nis, et profundus, a, um, quod comparatur profundior, profundissimus; unde profunde, profundius, profundissime adverb. et haec profunditas, is, et profundo, as * ·i· effundere; unde Terentius in Adel- * *cave.*

phis: profundat, perdat, nihil ad me; et inde verbalia. Componitur fundo. Effundo, is, et confundo, is, et diffundo, is, et suffundo, is, et infundo, is, et perfundo, is, et refundo.

Fallo, is, fefelli, verb. neut. et caret supinis; inde hic et haec et hoc fallax, cis, quod comparatur fallacior, fallacissimus; unde fallaciter, fallacius, fallacissime adverb. et haec fallacia, ae, et hoc filtrum, tri ·i· quoddam genus acutissimi veneni; unde Iuvenalis: hic thessala vendit filtra. Item a fallendo falsus, a, um, quod comparatur falsior, falsissimus; unde false, et falso, falsius, falsissime adverb. et haec falsitas, tis. Et componitur falsidicus, a, um, et falsificus, us, um; et falsifico, as; unde verbalia. Item a fallo hoc fel, lis; unde felleus, a, um. Fallo componitur refello, is.

Fluo, is, fluxi, fluxum, xu, verb. neut. inde est hic fluxus, us ·i· alicuius rei decursio, et fluidus, a, um ·i· madidus, et hic fluor, ris ·i· madiditas, et fluvidus, a, um ·i· madidus; unde Lucanus: traxit iners caelum fluidae contagia pestis. Item a fluo hoc flumen, nis; unde flumineus, a, um, et hic fluvius, vii; unde hic fluviolus, li, diminut. et fluviosus, a, um; et fluvio, as ·i· hundare; unde Iosephus in octavo decimo: nihil inter eos aut ditior fluviatur, aut pauperior defraudatur; et inde verbalia, et hic et haec fluvialis, et hoc le. Item a fluo hic fluctus, us; et inde fluctuculus, li. Et fluctuo, as ·i· dubitare; unde fluctuatus, a, um, et haec fluctuatio, nis. Et componitur fluctus fluctivagus, a, um. Item a fluo hic * frondes, is, eo quod cito fluat; unde frondosus, a, um, ·i· frondibus plenus; et frondesco, is, quod componi-

* ita cod.

tur refrondesco, is, et confrondesco, is, et hic frondator, ris ·i· avis quaedam quae et frondibus nidum facit; unde Virgilius: hinc alta sub rupe canet frondator. Item a fluo hic flos, ris, eo quod cito fluat; unde hic flosculus, li, et floridus, a, um, et hoc florarium, rii, et hoc floretum, ti ·i· locus ubi flores crescunt. Et floreo, es; unde floresco, is; et componitur efflореo, es, et refloreo, es; sic etiam dicimus efflоresco, et refloresco. Et floro, as, quod non est in usu, sed componitur defloro, as ·i· excerpere; et inde defloratus, et defloratio. Fluo componitur affluo, is; unde affluens, tis, et affluenter adverb. et haec affluentia, ae ·i· habundantia, et affluus, a, um ·i· habundus. Defluo, is; unde defluus, a, um, quod cito decurrit, et hoc defluvium, vii ·i· excussio; unde Macer de viribus herbarum: defluvium capitis, si suco seminis huius ungas saepe caput, reprimi dicit Galienus. Superfluo, is; unde superfluus, a, um, et superflue. Influo, is; unde influus, a, um. Confluo, is; unde confluus, a, um. Notandum autem, quod fleo secundum Isidorum dicitur a fluo, eo quod qui flet lacrimis fluit; et inde hic fletus, us, et hic et haec flebilis, et hoc le; unde flebiliter adverb. et haec flebilitas, tis, et fletus, a, um, quod non est in usu; sed componitur infletus, a, um; unde Ambrosius super Hegesippum: incautum spiculo transigit, ne infleta esset. Fleo componitur effleo, es, et defleo, es.

Fulcio, is, fulcii, et fulcivi, fultum, tu, et fulcitum, tu, verb. neut. inde fultus, a, um, et fulcitus, a, um, et hoc fulcimen, nis, et hoc fulcimentum, ti, et haec fultura, ae, et hoc fulcrum, ri ·i· sponda lecti, quod pro ipso accipitur lecto; unde Prudentius in Psychomachia: ubi multo fulcra mero, ve-

terique toreumata rore rigantur. Fulcio componitur effulcio, is; unde effultus, a, um, et haec effulcio, nis. Suffulcio, is; unde suffultus, a, um, et haec suffulcio, nis.

Frigeo, es, frigui, et frixi, verb. neut. et caret supinis; inde frigidus, a, um, quod comparatur frigidior, frigidissimus; unde frigide, frigidius, frigidissime adverb. et haec frigiditas, tis, et hoc frigus, ris; unde frigorosus, a, um ·i· frigidus, et hoc phrygium, gii ·i· quaedam mitra pontificalis; unde Constantinus imperator: phrygium candido splendore eius sacratissimo vertici imposuimus. Item a frigeo, frigesco, is, quod componitur refrigesco, is. Et plur. frigores, um ·i· febres quae nos faciunt frigere, et haec * frigilla, ae ·i· avis quaedam, quae frigore cantat. Et friguto, is ·i· frigide se deducere, sicut catulus facit quando habet frigus; unde Plautus in Cassia: quid frigutis? quid istud tam cupide cupis? Item a frigeo frigero, as, quod non est in usu; sed componitur refrigero, as; unde refrigeratus, a, um, et haec refrigeratio, nis, et hoc refrigerium, rii, et haec febris, is, dicitur a frigeo, eo quod frigere nos faciat; et inde haec febricula, ae, et febricito, as ·i· febres habere; unde Macrobius de Saturnalibus: ut febrienti varium, et non simplicem cibum daret; et inde febrisco, is, verbum frequentativ. Frigeo componitur refrigeo, es, et perfrigeo, es; unde Iuvenalis: et si perfrixit cantat bene. Notandum autem quod dicimus etiam frigo, is, frixi, xum, xu ·i· frigere * sicut facimus in patella; et inde frixus, a, um ·i· cum sagina in patella coctus, et haec frixatura, ae ·i· coctura, ae, et haec frixa, ae, ·i· carbonella; et hoc frixorium, rii ·i· ferrum super

* cod. *hic.*

* cod. *frire.*

quod coquitur. Et componitur confrigo, is; unde confrixio, nis, et hoc confrixorium, rii ·i· caldarium, et patella, et ferrum super quod aliquid coquitur.

Fateor, eris, verbum deponens; inde fassus, a, um; et hoc fatum, secundum quosdam; unde hic et haec fatalis, et hoc le; et inde fataliter adverb. Et fatidicus per compositionem ·i· fatum dicens. Sciendum autem quod secundum Quintilianum de causis fatum dicitur a facio; unde et ait: quid est fatum, nisi quod fit, et non habet casum? Fateor componitur profiteor, eris; unde hic professor, ris, et professus, a, um, et haec professio, nis, et hic propheta, ae, quasi profitens tacita; unde haec prophetissa, ae, et propheticus, a, um, et propheto, as, et hic et haec prophetalis, et hoc le, et prophetizo, as. Componitur fateor, confiteor, eris; unde hic confessor, ris, et confessus, a, um, et haec confessio, nis. Diffiteor, eris, et enfiteor, ris, ambo pro negare.

Fodio, is, fossum, su, verb. neut. inde hic fossor, ris ·i· ille qui fodit, et hoc fossorium, rii ·i· ligo cum quo foditur, et haec fossa, ae, unde haec fossula, ae. Et fodo, as, et fosso, as, ambo pro saepe fodere, et ab istis verbalia, et hic fossatus, us. Fodio componitur effodio, is, et diffodio, is, et suffodio, is, et infodio, is, et ab istis verbalia.

Foedo, as, avi, atum, tu, verb. activ.; inde foedatus, a, um, et haec foedatio, nis, et hoc foedamen, nis, et foedus, a, um, quod comparatur foedior, foedissimus; unde foede, foedius, foedissime adverb. et haec foeditas, tis, et hic foetor, ris, et foedosus, a, um ·i· foedus. Et foetet verb. defect.; unde foetidus, a, um, et foetosus, a, um ·i· foetidus. Item a foedo

haec faex, cis; unde haec faecula, ae ·i· parva faex; unde Horatius in Sermonibus posuit illud pro pulte: siser, alec, faecula coa; et inde faeculatus, a, um ·i· faece plenus, quod et pro foetendo * dicitur. Invenimus quoque faeculentus pro foetidus a faecula dirivari; unde Macrobius de Saturnalibus: laxatis spiramentis effluit labes faeculenta. Et faeculentia ·i· foeditas. Et faeco, as, quod non est in usu; sed componitur effaeco, as ·i· purgare quasi faecem extra ponere; et inde effaecatus, a, um, et haec effaecatio, nis. Componitur quoque defaeco, as, similiter pro purgare; unde Prudentius in libro Hymnorum: sed tincta postquam membra defaecaverat; unde etiam Macrobius de Saturnalibus: in venis et arteriis fit digestio, quia acceptum sanguinem quodam modo defaecant; et inde defaecatus, a, um ·i· purus quasi deorsum a faece, et haec defaecatio, nis. Foedo componitur effoedo, as, et confoedo, as, et refoedo, as, et ab istis verbalia.

* ita cod.

Foecundo, as; inde foecundator, foecundatio, et foecundatus, a, um, quod comparatur foecundior, foecundissimus; unde foecunde, foecundius, foecundissime adverbium et haec foecunditas, tis. Foecundus componitur infoecundus. Item a foecundo, as, foetus, a, um; unde foetura, ae, et foetuitus, a, um ·i· foeturam habens vel generatus, et hic foetus, us ·i· foetura, et foecutina ae ·i· quaelibet sordida causa, per quam mulier foetum temptat eicere. Foetus componitur effoetus, a, um ·i· debilis, quasi sine foetu ·i· sine fortitudine, quod in Boëthio reperies. Item a foecundo secundum Isidorum haec ficus, ci, vel us, pro arbore, quod etiam dicitur pro fructu

ipsius arboris, et pro quadam infirmitate; unde Martialis Cocus: dicemus ficus quas scimus in arbore nasci, dicemus ficos Caeciliane tuos. Et quando est pro infirmitate; inde dicitur ficosus, a, um ·i· illa infirmitate plenus. Quando vero pro arbore haec ficulnea, eae ·i· parva ficus, et hoc ficulnetum, ti ·i· locus ubi multae ficus crescunt, et ficulneus, a, um ·i· de ficulnea existens, quod et ficeus dicitur.

Fungo, is, funxi, functum, tu, verb. neut.; inde functorius, a, um ·i· quod bonum est ad fungendum, et functus, a, um, et haec functio, nis, et hic fungus, gi ·i· quaedam herba, quae aliter boletus dicitur. Ponitur etiam pro vetusto panno; unde et Marbodus de lapide crystallo: amotosque sibi solet hic accendere fungos. Fungo componitur defungo, is ·i· mori; inde defunctus, a, um, et haec defunctio, nis. Perfungo, is ·i· uti; inde perfunctus, a, um, et haec perfunctio, nis, et perfunctorius, a, um ·i· ad perfungendum; et inde perfunctorie adv.

Figo, is, fixi, fixum, xu, verb. activ.; inde fixus, a, um, et haec fixio, nis, et haec fixula, ae ·i· fibula, quae ad firmandum pallium infigitur. Figo componitur defigo, gis, et configo, gis, et perfigo, gis, et circumfigo, gis, et ab omnibus istis verbalia.

Physis graece, natura; inde physicus, a, um, et haec physica, ae, pro quadam arte. Et fisiculo, as ·i· prophetare, vel pronuntiare; et inde fisiculatus, a, um ·i· praenuntiatus, vel praeconsultus; unde Marcianus: fisiculatis extorum prosicis viscera loquebantur. Hinc etiam secundum quosdam hic fiscus, ci ·i· saccus ubi publicus census reponebatur; unde Prudentius de Psychomachia: gravidos furtim distendere fiscos; et in-

de fiscale, lis ·i· redditus regalis; unde Iosephus in duodecimo: tres annos liberamus a tertia parte fiscalium. Item a physis haec fisedula, ae ·i· parvus piscis, quod etiam hic fiscedulensis dicitur; unde Plautus in Captivis: opus est turdetanis, opus fiscedulensibus.

Funus, eris; inde funereus, a, um, et hoc funusculum, li ·i· parvum funus, et funestus, a, um ·i· funeri proximus, et hic et haec funebris, et hoc re ·i· mortalis. Et funero, as; unde verbalia. Item ab hoc nomine, quod est funus, hic funis; unde hic funiculus, li ·i· parvus funis, et hic funambulus, li ·i· qui super chordam ambulat. Et notandum quod funus dicitur in domo, cadaver apud tumulum, umbra apud inferos.

Fortuna, ae; unde fortunatus, a, um; et inde componitur infortunatus. Et hoc fortunium, nii, quod non est in usu; sed componitur infortunium, nii, et forte adverb. et forte fortuna ·i· forte, et fors ·i· forte similiter adverb.; unde Prudentius in Psychomachia: et fors innocuo tinxisset sanguine ferrum. Item a fortuna fortuitus, a, um ·i· fortunatus, et fortuito ·i· forte adverb. et forsan, fortan, fortassis, fortasse adverb. quae semper dubitative proferuntur, sicut et fortuna est dubitabilis.

Femina, ae; inde haec femella, ae; et inde haec feminula, ae, et femineus, a, um, et femellarius, a, um ·i· femineo operi deditus, et femineos habens mores. Et femino, as, quod non est in usu; sed componitur effemino, as ·i· femineo more vivere, et debilitare, et effeminator, ris, et effeminatus, a, um, et haec effeminatio, nis. Item a femina hoc femen, nis ·i· femur feminae; unde hoc feminale, is ·i· vestis coxam tegens, quod et braccam dicimus, et hoc

femur, ris ·i· coxa virilis; et inde hoc femorale, is ·i· braccae virorum, eo quod femora tegant.

Foenus, ris ·i· lucrum quod de gabulo accipitur; inde foenoreus, a, um, et foenero, as ·i· foenus accipere; unde hic foenerator, ris, et foeneratorius, a, um, et foeneratus, a, um, et haec foeneratio, nis, et hoc foeneramen, nis. Et foenixor, aris, verb. depon. ·i· foenerare; et inde foenixator, foenixatus, foenixatio. Foenero componitur defoenero, as ·i· deservire *, et hic defoenerator, ris, et defoeneratus, a, um; unde Ambrosius super Hegesippum: iam Antonius Cleopatrae amori defoeneratus serviebat. Dicitur quoque defoenerare pro coniungere, vel pro illigare.

* cod. *desevire*.

Flagrum, ri ·i· verberatio, vel virga unde verberamur; unde hoc flagellum, li, et flagello, as; unde flagellator, ris, et flagellatus, a, um, et haec flagellatio, nis, et hoc flagitium, tii ·i· dedecus pro quo flagellamur; et inde flagitiosus, a, um ·i· dedecorosus, et flagitiose adverb. et haec flagitiositas, tis. Et flagito, as ·i· rogare; et componitur efflagito, as, similiter rogare; et inde efflagitatus, a, um, et haec efflagitatio, nis.

Fastidio, is, ivi, tum, tu ·i· taedere verb. neut.; inde fastiditus, a, um ·i· taediosus, et fastidiose adverb. et haec fastidiositas, tis. Et hic fastus, us ·i· superbia; unde fastuosus ·i· superbus; unde Marcianus: neque enim fastuosa rigidus elatione diffugiam; et inde fastuose adverb. et haec fastuositas, atis ·i· elatio. Dicimus quoque hic fastus, ti, pro libro in quo totius anni facta describebantur; unde et quidam de libris Ovidii libri fastorum intitulantur, ubi multorum continentur gesta annorum; hinc et Lucanus repre-

henditur, qui fastum non secundae, sed quartae protulit declinationis dicens: an meus Eudoxi vincetur fastibus annus? Ab hoc nomine fastus, quando est pro superbia, dicitur hoc fastigium, gii ·i· altitudo; et inde fastigiolum, li, diminut. et fastigiatus *, a, um ·i· altus et elevatus, quod comparatur fastigatior, fastigatissimus; unde Sidonius ponens superlativ. ait: ad arcem fatigatissimae felicitatis evectus; et inde verbalia.

*in rep. *fastigatus.*

Filius, lii; inde hic filiolus, li, diminut. et haec filia, ae; unde haec filiola, ae, et hic et haec filialis, et hoc le, et haec filiatio, nis ·i· filiorum cognatio, et hic filiaster, ri ·i· ille qui filiam habet. Item ab hoc nomine, quod est filius, hoc filum, li; unde filiatus, a, um ·i· curvatus, quia filum cito curvatur. Et filo, as, verb. neut. unde filator, filatus, filatio, et hoc filasterium, rii, eo quod per fila pendens agitatur, et hic filacista, ae ·i· filator, qui pro mercede filat; unde Plautus: treceni cum astant filacistae in atriis, textores, limbularii, arcarii. A filo secundum quosdam dicitur hic flamen, nis ·i· sacerdos Iovis, quasi filamen, eo quod in collo reliquias per fila deportet; sed de isto superius pleniter diximus.

Fraus, dis; inde haec fraudicula, ae, diminut. et fraudulentus, a, um, quod comparatur fraudulentior, fraudulentissimus; unde fraudulenter, fraudulentius, fraudulentissime adverb. et haec fraudulentia, ae. Et fraudor, aris, vel defraudor, aris, ambo enim dicimus, et ab istis verbalia.

Festum, ti; inde hoc festulum, li, et hoc festale, is ·i· festum, et festivus, a, um; unde festive adverb. et hic et haec festivalis, et hoc le, unde festivaliter adverb. et haec festivitas, tis; et inde festi-

Digitized by Google

vitatula, lae, diminut. Item ab hoc nomine, quod est festum, festus, a, um ·i· festivus. Et componitur infestus, a, um ·i· odibilis, quod comparatur infestior, infestissimus; unde infeste, infestius, infestissime adv. Et infesto, as ·i· adversari, verb. activ.; et inde infestus, a, um, et haec infestatio, nis. Componitur quoque festus profestus, a, um ·i· dies omnino festivus; et ideo dicitur profestus quasi prorsus festus. Profesti etiam vocantur vigiliae festorum dierum; unde Horatius in Sermonibus: temere edi luce profesta. Hinc quoque Macrobius de Saturnalibus: dies omnes, aut festos, aut profestos, aut intercisos vocant. Item a festo, festino, as ·i· accelerare; et inde festinatus, a, um, et festinatio, nis, et festinus, a, um, et festinatio, et festinatim adverb. et per compositionem confestim adverb.

Fremo, is, ui, verb. neut. et caret supinis; inde hic fremitus, us, et hic fremor, ris, et fremebundus, a, um, qui cito fremit, et haec framea, ae ·i· quoddam telum, eo quod meticulosos fremere faciat; unde in Hieremia legitur: framea suscitare adversus eos, qui dispergunt gregem meum. Item a fremo, fremisco*, is, et hoc fretum, ti; unde per compositionem transfreto as; et inde verbalia et fretus, a, um ·i· tutus et impavidus. Fremo componitur infremo, is, et refremo, is.

Faber, bri; inde hic faberculus, li, diminut. et haec fabrica, ae; unde haec fabrilla, ae ·i· parva fabrica, et hic et haec fabrilis, et le; unde fabriliter adverb. Et fabrico, as; unde fabricator, fabricatus, fabricatio. Et componitur refabrico, as; unde verbalia et fabrus, a, um ·i· cautus et ingeniosus; unde Sidonius:

Demosthenis eloquia fabra protulere ; et fabre adverb. ·i· ingeniose. Quod componitur fabrefactus , a , um ·i· artificiosus, a, um, et ingeniosus; unde Plautus in Cassia : haec fallacia est fabrefacta. Et fabrus componitur affabrus , a , um ·i· cautus , et ingeniosus; unde affabre adverb. ·i· caute. Augustinus de civitate Dei in octavo : et quicquid tale de materiis affabre effigiatis. Faber componitur aurifaber , bri.

* ita cod. Flecto , is , flexui * , flexum , xu , verb. neut. inde flexus , a , um , et haec flexio , nis , et haec flexura , ae , et flexuosus , et flexuose adverb. et haec flexuositas , tis, et hic et haec flexibilis , et hoc le ; unde flexibiliter adverb. et hic flexus , us ·i· fluxuositas alicuius rei ; unde

* *metae.* Persius: aut mundi * quam mollis flexus. Flexibilis componitur inflexibilis ; et inde inflexibiliter adverb. Flecto componitur inflecto , is , et deflecto , is , et reflecto , is , et circumflecto , is , et conflecto , is , et ab istis verbalia.

Fligo , is , non est in usu. Componitur affligo , is ·i· cruciari ; unde hic afflictor , ris , et afflictorius , a , um , et afflictus , a , um , et haec afflictio , nis , et afflicto , as ·i· saepe cruciari ; unde Terentius in Eunucho : te redimas quanti queas, ne te afflictes ; et inde verbalia. Componitur quoque fligo , confligo , is ·i· pugnare ; unde conflictor , ris , et conflictus , a, um, et haec conflictio , et hic conflictus , us.

Frater , ris ; inde hic fraterculus , li , diminut. et hic fratruelis , is , et fraternus , a , um , et haec fraternitas , tis , et haec fratria , ae ·i· uxor fratris mei. Et fratrisso , as ·i· fratri assimilari ·i· insimul oriri , ut unus non excedat alium. Frater componitur confrater.

Foedus, ris; inde foederatus, foederator, foederatio, et hic foecialis ·i· ille qui legatione utitur pro pace. Et componitur con'oedero, as ·i· coniungere; unde verbalia. Et confoedustus, a, um, ·i· uno eodemque foedere coniunctus.

Φαγεῖν graece, comedere latine; et inde haec fagus, gi, eo quod eius fructum comedebant antiqui; et inde faginus, a, um, et fagineus, a, um, et hoc fagium, gii ·i· summum aedificium, et hoc fagmetum, ti ·i· silva fagorum. Item a fagos secundum Isidorum hic favus, vi, quia magis comeditur quam bibitur; et hic fucus, ci, ·i· quoddam genus apium, eo quod aliorum laborem magis comedat, quam suum, et hoc sarcophagum, gi ·i· mausoleum quasi carnem comedens; nam σὰρξ caro dicitur.

Frustum, ti; inde hoc frustillum, li, diminut. et frustulentus, a, um, ·i· spissus, et frustis; unde Plautus: si frustulenta est aqua, da obsecro, ut absorbeam. Et frustatim adverb. quod etiam aliter dicitur frustillatim; unde Plautus: iam ego faxo ut hunc formicae frustillatim deferant. Hinc etiam dicitur frustror, aris ·i· cassari; et inde verbalia et frustra ·i· incassum adverb.

Flagro, as, verb. neut.; inde flagrans, tis, quod comparatur flagrantior, flagrantissimus; unde flagrantius, flagrantissime adverb. et haec flagrantia, ae. Dicimus fraglo, as, et frago as, omnia pro olere, et ab istis verbalia.

Futio, is, futivi, futitum, tu, verb. activ. inde hic futitor, ris, et haec futitrix, cis, et futitus, a, um, et haec futitio, nis. Et futito, as, verbum frequentativum, quod etiam dicitur fututo, as, et ab istis verbalia. Futio componitur effutio, tis.

Fames, is; inde haec famecula, ae, et famelicus, a, um; unde famelice adverb. et famicosus, a, um ·i· esuriens.

Frico, as, fricui, frictum, tu; inde fricatus, a, um, et haec fricatio, nis, et frictus, a, um; unde Iuvenalis: si prurit frictus ocelli angulus. Frico componitur perfrico, as, et refrico, as, et confrico, as, et ab istis verbalia.

Flaveo, es; inde flavus, a, um, et haec flavitudo, nis, et flavesco, is. Flaveo componitur reflaveo, es.

Futo, as ·i· arguere, componitur confuto, as, similiter pro arguere; et refuto, as ·i· renuere, et ab istis verbalia.

Frequens, frequentior, frequentissimus; unde frequenter, frequentius, frequentissime adverb. et haec frequentia, ae, et frequento, as; unde verbalia.

Felix comparatur felicior, felicissimus; unde feliciter, felicius, felicissime adverb. et haec felicitas, tis. Felix componitur infelix, cis.

PROLOGUS.

Talia intimante Grammatica, poëticus ille chorus in paedagogae suae admodum oratione obstupescens, secundum tractatum, qui de sexta supererat littera, explanari sibi poscit. Faciam, inquit Grammatica, tantoque alacrius quanto vos ad audiendum inpensiores esse intelligo; assumptaque disputatione, sponsam seriatim deintegravit locutionem.

REPETITIONES.

F

Factiosus, proditor, versipellis, tegnosus, strophosus, versutus, alterplex.

Factiose, versute, dolose, fraudulenter.

Factitare, frequenter facere.

Faxo, faciam.

Facessere, discedere. Marcianus: facessat ergo versilis profunditas.

Facula, parva fax.

Facultas, possibilitas.

Fele, cerva, indeclinabile.

Fasciola, parva fascia.

Facetus, urbanus, curialis, urbanicus.

Facetia, urbanitas.

Facitergium, togilla, mappa, mappula, gausape, orarium, manutergium, brandeum, manumundum, manupiarium.

Fascis, honus, sarcina, fasciculus.

Fasces, honores, insignia.

Fascinum, incantatio, praestigium.

Fascinare, incantare.

Fidentia, fidelitas, confidentia.

Fiducialis, fidus, fidelis, fiduciarius.

Fidecula, parva fides.

Fidelia, olla, urna, urceus, orca, obba.

Fideiussor, fidem pro aliquo iurans.

Fidifragus, qui leviter frangit fidem.

Fiscellus, mollis casei appetitor.

Fiscina, corbulus, clitella, qualus, quaxillus.

Falcitare, saepe falcare.

Phasma, phantasma. Iuvenalis: ageres ut phasma Catulli.

Fiscella, parva fiscina quae et fiscinula dicitur.

Fibula, cinctura vel firmatorium pallii.

Fidis, chorda.

Fidicen, cum chorda canens, qui et lyricen et citharista dicitur.

Fidicina, lyristria, citharistria, chordacistria.

Fidicula, parva chorda.

Fistuire, cum fistula canere.

Fiber, animal quod mentulas findit, quod et castor dicitur, eo quod se castret.

* *Maenades ?*

Fastigatus, elatus, sublimis, evectus, superbus.

Fastigiosus, exaltatus, sublimatus.

Filix, herba quae felgie dicitur.

Fissilis, qui cito potest findi.

Figmentatus, fictus, conpositus, conpaginatus.

Figmentatim, fictim.

Figmen, figmentum.

Flabellum, illud unde muscas abigimus.

Flabrum, flatus.

Flamen, sacerdos Iovis, qui et dialis, et lupercus, et aedilis, et creppus dicitur.

Flaminium, sacerdotium, presbyteratus, antisticium.

Flamineus, puer praeminister sacerdotis.

Flaminica, sacerdotissa.

Flaminascere, flammare incipere.

Flammeum, infula virginalis.

Ferocire, saevire, stomachari, lymphari, debacchari.

Feralitas, crudelitas.

Feralis, crudelis, ferus, saevus.

Feria, palmatoria, volaria.

Furiae, eo quod feriant, quae pluribus modis dicuntur: nam Hamadryades sunt furiae fontium, Oreades montium, Maiades * camporum, Dryades silvarum, Naiades maris quae et Nereides dicuntur, Eumenides inferni.

Frumen, summa pars gutturis*, quae et rumen dicitur.

Fructuarius, utilis, quod et fructuosus dicitur.

Fruges, fructus terrae.

Frugeria, Dea frugum.

Fructex, spinosus locus.

Fructicosus, spinosus, senticosus, vepricosus.

Fructicari, crescere, adolere, pullulare, incrementari.

Frugi, bonus, macte.

Frugalis, valens.

Frugalitas, valitudo.

Fructetum, locus spinosus.

Fructicetum, locus ubi multae frutices crescunt.

Falerare, ornare, a faleris i·

Digitized by Google

ab equorum ornamentis.

Familicium, servicium, obsequium, clientela, obsequela.

Fumicosus, fumosus, fuliginosus, fumidus.

Fumigabundus, fumidus, fumo plenus.

Fumidare, fumare, fuliginare.

Fumigare, fumare.

Fulina, coquina, popina, quilina vel culina, ciborina.

Fuligo, nigredo vel sudor fumatae domus.

Fulica, nigra avis in paludibus commorans.

Fuligineus, niger, pullus, fulvus, fuliginatus.

Figulus, ollarius.

Fulinarius, coquus, coquester.

Folium, pro fronde dicitur et pro quadam preciosa herba quae ex paradiso descendit.

Fomen, fomentum, nutrimentum, alimonia.

Fotilis, nutribilis.

Foliatus, curvatus, quia folium cito curvatur.

Folinicia, vanitas, inanitas.

Foculare, nutrire, fovere, educare, alumnare, nutricare, refocillare, alere, focillare.

Foculus, parvus focus.

Fornacula, parva fornax.

Pharus, ignis, visio, vel mons ubi igne incenso notabant portum ibi esse.

Fenestra, eo quod foeneret nobis lucem, quae dicitur φῶς.

Phosphorus, lucifer, eo quod ferat φῶς i. lucem.

Foeniculum, quasi oculorum foenum.

Foenicium, herba fullonum quae nigram facit tincturam.

Fuscus, niger, pullus, ater, atratus, furvus.

Fuscamen, nigredo.

Fuscare, denigrare.

Fenestrella, parva fenestra.

Festra, parva fenestra. Macrobius de Saturnalibus: et quidem festra minusculum ostium est in sacrario.

Fuscotinctum, fustanium.

Fuscare, colorare.

Fuscosus, supertinctus.

Fucus, quaedam apis quae non mellificat sed aliarum comedit laborem. Virgilius: ignavum fucos pecus a praesepibus arcet. Dicitur quoque fucus pro qualibet deceptione. Terentius: per impluvium fucum factum mulieri.

Frondere, concutere, conplodere.

Fresus, concussus; unde et faba fresa i. concussa dicimus.

Phren, membrana quae divi-

dit superiora et inferiora.
Phrenesis, furor, quae phrena commotam facit.
Fartor, extorum repletor.
Farcire, supplere.
Farcinare, replere.
Farrago, stramen, vel quaelibet vilis annona
Farinacius, ex farina factus.
Farracum, puls ex farre.
Fabulones, fabularum narratores.
Fabundus, loquax, dicax, facundus, disertus, eloquens, facundatus.
Fanum, templum, delubrum, sacellum.
Fescenninum, carmen nuptiale, quod et drama et epithalamium dicitur. Marcianus: hymenaeo fescennina quadam licentia personante.
Fanaticus, fani custos, qui et aedituus et sacrista dicitur.
Formum, calida ferri mur * sicut ab igne trahitur.
Formidus, calidus.
Formicales, forcipes fabrorum, quae forma ·i· calida de fornace educunt.
Formosus, pulcher, speciosus, decorus, decusiatus, decorosus, venustus, perspicax, vernus, limpidus.
Forinsecus, foris conversans.
Forassis, foris manens. Prudentius: quamquam forassem linguam tetigissem.
Forulus, scriptorum pluteum.
Fores, portae.
Forica, locus in foro ubi inmunda fluunt.
Forpes, forceps fullonum, quasi quod foris est pectens.
Forpicula, parva forpex.
Forfex, forceps nummulariorum, quasi quod foris est in nummo capiens.
Forficula, parva forfex.
Furvus, niger.
Frontosus, impudibundus.
Furfur, grossum far.
Furcifer, furcam portans.
Furcella, parva furca.
Fulgus, fulgor, fulmen, tria nomina sunt; fulgus tangit, fulgor incendit, fulmen findit; ideo et cum ternis radiis finguntur.
Furciles, furcae ubi suspenduntur latrones.
Phonus, sonus, melos, cantilena.
Phonicus, musicus.
Ferentarius, sagittarius.
Feronia, Dea ferendi.
Ferax, fecundus, fertilis.
Feraculus, aliquantulum ferax.
Feretrum, quod fert mortuum.
Ferrugo, ferri rubigo, vel quidam color similis ferro.
Ferrugineus, nigri coloris.
Fugitare, saepe fugere.
Fracticius, qui cito frangitur.
Fragum, freses. Ovidius: mou-

* ita cod. *ferri vis? forma?*

tanaque fraga legebant.
Fraxinetum, locus ubi fraxini concrescunt.
Falaricum, telum rotundum.
Fritillum, molinellum.
Fragitida, stilus.
Fragus, recurvatio poplitis, quod et suffraginatio dicitur.
Fornaculus, parvus fornax *.
Fornacalia, instrumenta ad opus fornacis aptata.
Fornicire, panem in fornace coquere.
Fornix, arcuata domus meretricum.
Favorosus, favore plenus.
Favissor, piscator qui semper favet ut sibi eveniat.
Faudicus, veridicus cui omnes favent.
Favillus, parvus favus.
Favius, levis.
Favonium, leve odium.
Favonius, lenis ventus et transitorius.
Faustus, felix, fortunatus.
Finitimus, vicinus, convicaneus, affinis, confinis.
Fonterminus, contiguus.
Fusilis, quod facile funditur.
Fusim, effusim, sparsim.
Fundibula, funda.
Funditor, fundae iactator.
Fundibalista, fundae iactator, qui et fundibularius dicitur.
Fundulus, minutus piscis, qui et gobio et scintilla dicitur.
Funditare, saepe effundere.
Flagiatores, qui pro mercede caedebantur.
Flustra, spumarum frusta.
Forbicides, gravidae, quae et uri dicuntur.
Fanatica, arbor fulmine tacta.
Falerae, ephippia, equorum ornamenta.
Frivolum, leve quid et inutile.
Filtrum, genus acutissimi veneni.
Flebotomum, ferrum quo venas incidimus; nam τομὴ incisio dicitur.
Faselus, navis, prora, cymba, lintris, liburnus, cumba, carina, celox, dromo.
Fimum pro sacco, fimum pro stercore dico.
Filicones, inutiles ut filix herba.
Futilis, qui cito effunditur.
Fluor, madiditas.
Fluvidus, madidus.
Fluctuare, haesitare, mussare, vacillare, nutare.
Fluviosus, aqua plenus.
Fluviare, ditare.
Frondosus, fronde plenus.
Frondator, avis quaedam quae ex fronde nidum facit.
Floretum, florarium, locus ubi flores crescunt.
Fulcimen, fulcimentum.

* *fornix* ? *parva fornax* ?

Fulcrum, sponda lecti.
Frigilla, avis quaedam quae frigore cantat.
Frigores, febres.
Phrygium, mitra pontificalis.
Frigutire, frigide deducere.
Febrire, febricitare, febres habere.
Frixus, cum sagina in patella coctus.
Frissa, carbonella.
Frissatura, coctura.
Fossorium, ligo cum quo foditur.
Fodare, fossare, saepe fodere.
Foedosus, foedus, sordidus, exoletus, foetulentus, putidus, spurcus, spurcilentus, porcidus, faeculentus.
Faeculentia, foetor.
Faecula, parva faex.
Foetus, foetum habens.
Foecutina, causa qua mulier foetum eicere tentat.
Ficus, arbor vel illius arboris fructus.
Ficus, infirmitas quaedam.
Ficosus, fico i' illa infirmitate plenus.
Ficetum, locus ubi multae ficus crescunt.
Ficulnea, arbor fici.
Functorius, quod bonum ad fungendum.
Fungere, uti, frui, vesci.
Fungus, boletus vel vetus pannus. Macer: amotosque sibi solet hic accendere fungos.
Fiscus, saccus publicus.
Fiscale, redditur regale.
Fiscedula, piscis parvus, fundulus, gobio, loligo, scintilla, fiscedulensis.
Funestus et funebris, funeri proximus.
Funusculum, parvum funus.
Funambulus, qui super chordam ambulat.
Forte fortuna, forte.
Fors, forte.
Fortuito, forte.
Fortuitus, fortunatus.
Femella, feminula.
Femellarius, femineo operi deditus.
Femen, coxa feminae.
Feminale, bracca, quod et femorale dicitur.
Foenixari, foenerare.
Foenus, lucrum de gabulo.
Fabacius, quod fit de fabis. Macrobius de Saturnalibus: cui pulte fabacia et larido sacrificatur, quod vires corporis his rebus maxime roborentur.
Feria, dies ab epulis ferendis.
Frontispicium, frontis inspectio.
Floccus, villus.
Flocci facere, vilipendere, floccipendere, naucipendere.
Filiatio, filiorum cognatio.

Filiatus, curvatus, aquilus, camuratus, obuncus, reduncus, arcuatus, lunatus.
Filiacista, filator, quod in Plauto reperies.
Flagrum, flagellum.
Flagitium, dedecus, iniuria, contumelia, flagitiositas.
Flagitiosus, dedecorosus, impudorosus.
Fugitare, saepe fugere.
Flagitare, efflagitare, rogare, precari, stipulari, inplorare, orare, intervenire, intercedere, interpellare.
Fastidire, taedere.
Fastidiosus, taediosus.
Fastus, superbia, elatio, extollentia, arrogantia, tuberositas, torositas, vesicatio, fastuositas.
Fastuosus, superbus, elatus, extollens, arrogans, tuberosus, torosus, vesicatus, fastigatus.
Fastigium, altitudo, apex, sublimitas.
Festulum, parvum festum.
Festale, festivitas.
Fraudulentia, fraus, stropha, tegna, factio, illectio, circumventio, dolus.
Fraudulentus, dolosus, factiosus, versipellis, tegnosus, strophosus, conplex, alterplex.
Festinatim, festinato, festinanter, confestim, mox, protinus, ilico, statim, properanter, propere, ocius, ocissime, incunctanter, actutum, curriculo concito, protinam.
Framea, gladius, mucro, cluniculum, ensis.
Fretus, securus, tutus.
Fabrilla, parva fabrica.
Fabrus, ingeniosus, artitus, artificiosus.
Fabrefactus, ingeniosus.
Flexuosus, flexibilis.
Flexus, flexuositas.
Fratria, uxor fratris.
Fratrissare, fratri assimulari, quod et fratrare dicitur.
Fecialis, qui legatione pro pace fungitur.
Faginus, fagineus.
Fagium, summum aedificium.
Frustillatim, frustatim.
Formella, parva forma.
Fulgetum *, fulgor, splendor, iubar, radiamen. * *fulgetrum?*
Fullonium, opus fullonum.
Fritamentum, vox merulae.
Frugiferatio, fertilitas.
Furcilla, homo vorax.
Frictus, fricatus.
Fragrantia, odor.
Fragrare, olere, quod et fraglare dicitur.
Futitare, futuare, saepe futire.
Frimiscor, intercipere.
Fribula, vasa fictilia.
Phiala, vasculum patulo ore.
Flascones, vasa vinaria.

Digitized by Google

Familicosus, familia plenus.
Fanariolus, vates, poëta, dictator.
Farcinare, implere, farcire.
Ferculum, mensa, vel vasculum mensorium, vel cibus oblatus.
Feronia, Iuno, eo quod ferat opem.
Philautus, qui se ipsum diligit.
Filicatus, celatus, sculptus.
Fiduciarius, fide vel fiducia plenus.
Fidiamus, amicus, fidem amans.
Physiologice, naturaliter.
Finalitas, terminatio.
Fiditus, fide ditatus.
Ficarius, sutor, alutarius, pelliparius.
Flabanus, custos porcorum, subulcus, scrofarius.
Flemen, ploramen, flentium humor.
Floreticus, rhetor qui dicta deflorat.
Fortunare, felicem facere.
Fomentare, nutrire, alere, alumnare, nutricare, foculare.
Phonascus, cantus a φωνη voce.
Foculare, quando nomen est, dicitur pro loco in quo est focus, vel pro folle, unde focus sufflatur; quando vero verbum est, tunc dicitur pro nutrire.
Fodeumata, medicamenta.
Fremor, murmur, strepitus, fremitus.
Frigutire, oegarrire, oegannire, subsannare, deludere, deridere.
Fruniscor, utor.
Frustrator, illusor.
Funeratus, sepultus.

PROLOGUS

SEPTIMAE LITTERAE.

Ubi praefata in lucem facunda locutione mater Grammatica expromisset *, per assuetum disputationis enitens campum, in haec iterato verba ora resolvit. Iam maxima ex parte labore nostro expleto, ad defloraudum septimae litterae tractatum curriculo pervenimus. Garrula vero oblatrantium invidorum ora ad ingerendas contumelias totiens relaxamus, quotiens impigrum vivi ingenii acumen ad commune nobis commodum aliquid utilitatis enodare desudat; verum orationis gladio, aut quod rabidos condecet adversum latratus, praeduro scipione undecumque tutante, regiam tanto liberius semitam incedemus, quanto ex bono cordis proposito aliquid proferimus boni. De septimo igitur apice ut disserendum est evolvamus tractatum, quem uti noster Marcianus edisserit, spiritus format cum palatu. Dixit, et incepit.

* ita cod.

G

Gigno, is, genui, tum, tu, verb. activ. Inde genitor, ris, et haec genitrix, cis, et genitus, a, um; unde haec genitura, ae, et genuinus, a, um ·i· naturalis; et inde haec gena, ae, et hic genitivus, et genuinus, ni ·i· dens maxillaris; unde Persius: et genuinum fregit in illis. Genitus componitur unigenitus, et ingenitus. Item a gigno hic genius, nii ·i· Deus naturae, et Deus qui praeest nuptiis; et inde hoc genitale pro mentula, et hic genialis, is ·i· lectus ubi sponsus et sponsa cubant; unde Iuvenalis: tyriusque palam genialis in hortis sternitur. Dicimus quoque hic et haec genialis, et hoc le ·i· nuptialis, et voluptuosus; et inde genialiter adv. ·i· nuptialiter, et voluptuose; unde Ovidius Metamorph. in undecimo: hospitis adventu festum genialiter egit. Item a gigno haec genesis, is ·i· generatio. Et per compositionem hic genearcha, ae ·i· princeps et caput totius generis, et hic genealogus, gi ·i· de genere loquens, sicut mathematicus; unde Fortunatus: quod sacer explicuit serie genealogus olim; et inde genealogia, ae ·i· sermo de genere. Item a gigno haec gens, tis; unde hic et haec gentilis, et hoc le; et inde gentiliter adv. et haec gentilitas, tis, et gentilicius, a, um ·i· de gentibus existens. Gens componitur bigens omnis generis ·i· ex duabus gentibus natus, et hoc genus, ris; unde generosus, a, um ·i· nobilis, et generose adv. et haec generositas, tis, et hic et haec generalis, et hoc le; unde generaliter, et generatim adv. ·i· speciatim, et haec generositas, tis ·i· universitas. Item a gigno haec

gymnia, ae ·i· exercitatio, quod etiam haec gymnacia, ae, dicitur, et haec gymnadis ·i· pugna; unde hic gymnacista, ae ·i· luctator, et hoc gymnasium, sii ·i· studium; unde gymnasiolum, li ·i· parvum studium, et hic gymnosophista ·i· magister gymnasii *; unde Prudentius in libro contra haereses: ostenditque suos vicatim gymnosophistas. Item a gigno hoc genu, et inde hoc geniculum, li ·i· parvum genu, et geniculator, ris ·i· genu inclinans; et inde verbalia; et hoc genium, ii ·i· ingenium; unde Iuvenalis: nemo mathematicus genium indempnatus habebit. Et componitur hoc ingenium, nii; unde hoc ingeniolum, li, et ingeniosus, a, um; unde ingeniose adv. et haec ingeniositas, tis. Ab hoc quoque nomine, quod est genus, dicitur genero, as; unde generator, generatus, generatio. Et componitur regenenero, as; unde regeneratus, regeneratio. Degenero, as ·i· deorsum esse a genere; et inde degeneratus, a, um. Gigno componitur progigno, is; inde hic progenitor, ris, et progenitus, a, um, et haec progenies, ei; unde haec progenicula, ae ·i· parva progenies.

* *cave.*

Gradior, eris, verb. depon. Inde hic gressus, us; unde hic et haec gressibilis, et hoc le ·i· quod facile graditur, et gressutus, a, um ·i· magnos gressus habens, sicut manutus dicitur qui habet magnas manus. Et grassor, aris ·i· crudeliter agere; unde et grassatores vocamus apparitores tyrannorum. Et componitur degrassor, aris ·i· debacchari; et inde degrassator, degrassatus, degrassatio, et degrassanter adv. ·i· crudeliter. Item a gradior, hic gradus, us; unde graduale, is, pro libro quodam, et gradatim adv. et hic Gradivus, vi ·i· Mars Deus belli, eo quod gradatim itur ad bellum, et hic grallator, ris ·i· cursor; unde

Plautus : vincis cursu cervas , et grallatorem gradu. Et grado , as , quod non est in usu ; sed componitur degrado , as ·i· deorsum a gradu ponere ; et inde degradatus , a , um , et haec degradatio , nis. Item a gradior hic et haec gracilis , et hoc le , eo quod aptus sit gradiendum , et illud comparatur gracilior , gracilissimus ; unde graciliter , gracilius , gracilissime adv. et haec gracilitas , tis , et gracieulus , a , um , vel gracillus , a , um , pro aliquantulum gracilis. Et sciendum quod gracilis secundum quosdam dicitur ab hoc nomine gratus , eo quod gratiosus sit. Gradior componitur progredior , ris ; unde progressus , a , um , et haec progressio , nis , et hic progressus. Regredior , ris ; inde regressus , a , um , et haec regressio , nis , et hic regressus , us. Egredior ; inde egressus , et egressio. Congredior , ris ; inde congressus , a , um , et haec congressio , nis , et hic congressus , us. Digredior , ris ; inde digressus , a , um , et haec digressio , nis , et hic digressus , us. Aggredior , is ; inde aggressus , a , um , et haec aggressio , nis. Ingredior , ris ; inde ingressus , a , um , et haec ingressio , nis.

Gero , ris , gessi , gestum , tu , verb. activ. Inde gerundus , a , um , pro gerendus , et tunc inde venit gerundius , a , um , et gestus , a , um ·i· factus , et haec gestio , nis , et hic et haec gestibilis , et hoc le. Et gestio , is ·i· cupere , et hic gestus , us ·i· corporis agitatio ; et inde gestuosus , a , um ·i· flexibilis , et diversis agitatus modis , et gestuose adv. ·i· agiliter , et gesticulor , aris ·i· diversis agitare modis ; et inde gesticulator , gesticulatus , gesticulatio. Et gesto , as , verb. frequent. unde verbalia ; et hoc gestamen , nis , et hoc gestatorium , rii ·i· illud in quo aliquid portatur. Et gesti-

to, as, aliud frequentativum; unde Plautus in Cistellaria: ego sum illius mater, haec me gestitavit; et inde verbalia. Item a gero, haec gesa ·i· genus teli, quod gallice dicitur gisarme, et haec gerra, ae ·i· nuga, et ineptia; et inde hic gerro, nis ·i· nugator; unde Terentius in tertia comoedia: gerro, iners, fraus, helluo, ganeo; et inde gerronaceus, a, um ·i· ex gerris natus; unde Plautus: quingentos repperi coquos cum senis manibus genere gerronaceo. Item a gero gerulus, quod componitur nugigerulus, li ·i· ille qui gerit nugas, et hic salutigerulus, li ·i· ille qui gerit salutes; unde Plautus: aequum est dare huic ancillas, mulas, muliones, salutigerulos pueros. Hinc etiam plurima nomina dicuntur per compositionem, ut est armiger, scutiger, claviger, de quibus alias plenius loquemur. Gero componitur suggero, is; inde suggestus, a, um, quod et pro suggestione dicitur, et pro tribunali ubi suggeruntur facta; unde Marcianus: Latoium sunt conspicati edito considentem arduoque suggestu; et inde suggillo, as ·i· suggerere, quod et pro strangulare dicitur; et inde suggillatus, a, um, et suggillatio, nis. Item a gero componitur digero, is ·i· explicare, ordinare, vel evacuare; unde in libro Iudicum dicitur: digere paululum vinum quo mades. Inde digestus, a, um; et componitur indigestus, et haec digestio, nis, et digestus, us ·i· digestio; unde Macrobius de Saturnalibus: quaero utrum simplex cibus an multiplex digestus sit facilior; et haec digeries, ei ·i· digestio, vacuatio; unde idem Macrobius: nec mirum si digeries morsum reprehensionis evasit. Et componitur indigeries, ei, quod idem significat; hinc etiam digestim venit ·i· ordinatim; unde Prudentius in libro Hym-

norum: dum tota mihi digestim Christi supellex scribitur. Item gero componitur aggero, is ·i· accumulare; et inde verbalia; et componitur exaggero, as; unde exaggeratus, exaggerator, exaggeratio, et exaggeratim ·i· cumulatim adv. Item gero componitur congero, is ·i· accumulare; unde congestus, a, um, et haec congestio, nis, et congestim ·i· cumulatim, et haec congeries, ei ·i· cumulus, et hic conger, gri, pro quodam pisce. Et congesto, as ·i· cumulare; et inde verbalia. Componitur quoque gero egero, is ·i· foras emittere; et inde egestus, a, um, quod aliquando dicitur pro evacuatus; unde Statius Thebaidos: egestas alternis mortibus urbes; et haec egestio, nis. Componitur etiam gero, ingero, is ·i· immittere; et inde ingestus, a, um, et haec ingestio, nis, et hic ingestus, us. Circumgero, is; unde verbalia.

Guttur, ris; inde haec gutturina, ae ·i· infirmitas quaedam, quae solet cum inflatione gutturis evenire; unde gutturnosus, a, um ·i· illam habens infirmitatem, et hic gurgulio, nis, mulot *, quia nil est paene nisi guttur; et inde hic gurguliunculus, li, diminut. unde Plautus in Rudente: gurguliunculos minutos fabulare credas. Notandum autem quod gurgulio quandoque dicitur pro priapo; unde Persius: quare detonsus gurgulio extat; et inde hoc gurgustium, tii ·i· domus pauperum, et rete piscatorium, eo quod in aquis gurguliones deprehendere solet; unde in libro beati Iob: numquid inplebis lagenas pelle eius, aut gurgustium capite piscium illius? Item ab hoc nomine guttur, hic gurges, tis; unde gurgitinus, a, um ·i· ad gurgitem pertinens? Et gurgito, as, quod non est in usu; sed componitur ingurgito, as ·i· de-

* ita cod.

vorare ; unde Plautus : vide ut ingurgitat merum plenis faucibus ; et inde ingurgitatus , a , um , et haec ingurgitatio , nis. Item ab hoc nomine , quod est guttur , haec gula , ae , unde gulosus , a , um , quod comparatur gulosior , gulosissimus , et gulose , gulosius , gulosissime adv. et haec gulositas , tis , et hic gulo , nis , et hic gulonus , ni , ambo pro lecatore. Et gulo , as , quod non est in usu ; sed componitur degulo , as ·i· devorare ; et inde degulator , degulatus , degulatio. Componitur etiam ingulo *, as ; et inde ingulator , ingulatus , ingulatio. Item ab hoc nomine , quod est guttur , hic gustus , us ; unde gusto , as , et gustito , as , et ab istis verbalia. Gusto componitur regusto , as , degusto , as , et acgusto , as , et ab istis verbalia.

* ita *in* , non *iu*.

Gratus , a , um , comparatur gratior , gratissimus ; unde grate , gratius , gratissime adv. et haec gratitudo , nis , quod componitur ingratitudo ; unde Iosephus in quarto : ut horum contra me velis ingratitudinem defensare. Item ab hoc nomine , quod est gratus , gratis adv. ·i· sponte ; et pluraliter grates , tum , et haec gratia , ae ; unde haec gratiola , ae , et gratiosus , a , um ·i· gratia plenus , quod comparatur gratior , gratiosissimus ; unde gratiose , gratiosius , gratiosissime , et haec gratiositas , tis. Et grator , aris ; unde verbalia. Et gratulor , aris ; unde gratulatus , gratulatio , et hoc gratulamen , nis , et gratulabundus , a , um ·i· laetus , et hilaris , et gratulanter , et gratuito ·i· gratis adv. Gratus componitur ingratus , et gratifico , as , unde gratificatus , a , um , et haec gratificatio , nis.

Gravis comparatur gravior , gravissimus ; unde graviter , gravius , gravissime adv. et haec gravitas , tis , et haec gravedo , nis ; unde Plautus : quare illa aut si-

mulet quasi gravedo profluat. Item ab hoc nomine, quod est gravis, haec gravitudo, nis, et hoc gravamen, nis. Et gravasco, is, verb. inchoat. et hic gravastellus, li, aliquantulum gravis; unde Plautus in Epidico: quae est haec muliercula, et ille gravastellus qui advenit? Et gravo, as; unde gravatus, gravatio; et componitur praegravo, as, et degravo, as, et aggravo, as, et ab istis verbalia. Item ab hoc nomine, quod est gravis, gravidus, a, um, quod comparatur gravidior, gravidissimus; unde gravide, gravidius, gravidissime adv. et haec graviditas, tis. Et gravido, as; unde gravidatus, a, um, et haec gravidatio, nis. Gravis componitur praegravis, et quamgravis ·i· valde gravis, et gravisonus, et gravidatus, et gravidicus.

Grex, gis; inde gregarius, a, um ·i· plebeius et vili genere natus, et gregatim adv. ·i· socialiter, communiter, et hic et haec gregalis, et hoc le ·i· ignobilis; unde Prudentius in libro Hymnorum: quod plebs gregalis excolat. Item ab hoc nomine, quod est grex, grego, as, quod non est in usu; sed componitur segrego, as ·i· separare; unde segregatus, segregatio. Aggrego, as; unde aggregatus, aggregatio, et hoc aggregamen, nis ·i· societas, et aggregatim ·i· coniunctim. Congrego, as; unde congregatus, et congregatio, et congregatim et congregatiuncula, ae. Disgrego, as; inde disgregatus, a, um, et haec disgregatio, nis ·i· dispersio. Abgrego, as ·i· dispergere; et inde abgregatus, abgregatio. Grex componitur egregius, a, um ·i· nobilis, et dicitur egregius ·i· extra gregem aliorum; et inde egregietas. Componitur etiam grex et hic et haec et hoc segrex, gis ·i· nobilis, quasi seorsum a grege aliorum.

Globus, bi ·i· cumulus; inde globosus, a, um, et globose adv., et haec globositas, tis, et globatim ·i· cumulatim, et secundum Isidorum haec gleba, ae, eo quod sit globus; unde glebosus, a, um. Et globo, as, quod componitur conglobo, as ·i· accumulare; et inde conglobatus, conglobatio, et hoc conglobamen, nis ·i· cumulus, et conglobatim ·i· spissim, vel cumulatim. Item ab hoc nomine, quod est globus, hic glomus, mi ·i· filorum cumulus; unde Horatius in Epistola: ut vinosa glomos furtivae Pyrrhia lanae. Dicimus hoc glomen, nis, et hoc glomer, ris, ambo pro filorum cumulo. Et ab hoc nomine glomer, glomero, as ·i· cumulare; unde glomeratus, a, um, glomeratio, et glomeratim adv. ·i· cumulatim. Et componitur agglomero, as, et conglomero, as, et ab istis verbalia.

Glaber, a, um, sine pilis, ut alii volunt nudus; Augustinus de civitate Dei in sexto: glabros, inquit, aut male barbatos videmus; et inde glabellus, a, um ·i· nudus; unde Marcianus Capella: ubi ciliorum pubem discriminat glabella medietas; et hic glabrio, nis ·i· calvus, vel imberbis; unde Cicero: in qua re significat glabrionis patris vim et acrimoniam.

Gutto, as, verb. neut. inde guttatus, a, um, et haec guttatio, nis, et hoc guttamen, nis, et guttatim. Et guttito, as, verb. frequent. et inde verbalia. Item a gutto, haec gutta, ae; unde haec guttula, ae, et guttosus, a, um ·i· guttis plenus, et guttim adv. et hoc gutturnium, nii ·i· vas quoddam ex quo aqua profluit perforata interiori parte, et hic guttulus, li, pro quodam minuto pisce, et hoc guttum, ti, quoddam genus ungenti; unde Iuvenalis: pleno composuit et om-

nia gutto. Et alibi idem ait: nec opposito pavidus tegit inguina gutto. Gutto componitur degutto, as; unde deguttatus, a, um, et deguttatio, nis, et hoc deguttamen, nis.

Grandis componitur grandior, grandissimus; unde granditer, grandius, grandissime adv. et haec granditudo, nis, et grandiusculus, a, um ·i· aliquantulum grandis; unde Terentius in Andria: fere iam hinc grandiuscula profecta est. Item ab hoc nomine, quod est grandis, grandesco, cis, verb. incohat. et secundum quosdam hoc granum, ni, eo quod crescendo grande efficiatur; et inde hoc granulum, li, diminut. et hoc granarium, rii. Et per compositionem ingrano, as ·i· grana in horreum ponere; et inde verbalia. Et haec grando, nis, et dicitur grando quasi grandis data; et inde grandineus, a, um, et grandino, as, et inde verbalia. Grandis componitur grandaevus ·i· senex, et grandiloquus, a, um, et grandisonus, a, um, et hic et haec praegrandis, et hoc de.

Gannio, nis, gannivi, tum, tu, verb. neut. quod proprie agunt vulpes; sed translative refertur ad homines; inde gannitus, a, um, et haec gannicio, nis, et hic gannitus, us, et haec ganea ·i· taberna, quia ibi multa inutilia ganniunt; et inde hic ganeo, nis ·i· tabernarius, vel potator; unde Terentius in tertia comoedia: gerro, iners, fraus, helluo, ganeo; et hoc ganeum, nei ·i· theatrum, locus scilicet in terra defossus ubi ad ludendum, et ad scortandum confluebant; unde Plautus in Aularia: consen tu illum hodie primum assuetum ire in ganeum. Hinc etiam Terentius in Adelphis: credo adductum esse in ganeum nunc ab aliquo. Gannio componitur oggannio, is; unde Plau-

tus in Amphitrione: cui numquam unam rem me semel licet praecipere furi, quin centies eadem imperem atque ogganniam. Hic autem dicitur pro inculcare, alibi pro stulte loqui.

Gloria, ae; inde haec gloriola, ae, et gloriosus, a, um, quod comparatur gloriosior, gloriosissimus; unde gloriose, gloriosius, gloriosissime adv. et haec gloriositas, tis, et glorior, aris; unde glorianter adv. et gloriatus, a, um; unde haec gloriatio, nis. Et componitur conglorior, aris; et inde verbalia. Gloria componitur glorifico, as; unde glorificatus, glorificatio, et hoc glorificamen, nis. Et componitur quoque gloria, inglorius, a, um ·i· sine gloria, ut quidam: non quaeras gloriam, et non dolebis cum inglorius fueris.

Γῆ ·i· terra; inde georgicus, a, um ·i· terrenus, a, um. Et per compositionem hic geographus, phi ·i· terrae descriptor; unde haec geographia, ae ·i· terrae descriptio; hinc etiam secundum quosdam dicitur genus; sed melius est ut a gignendo dicatur.

Grammaton graece, quaedam littera dicitur latine; inde hoc gramma, tis ·i· cuiuslibet litterae nomen, et grammaticus, a, um ·i· litteratus, a, um; et inde grammatice adv. et haec grammatica, ae, et haec gramma, ae ·i· linea, quod in Marciano reperies. Item a grammaton haec graphia, ae ·i· scriptura; unde hic graphius, ii ·i· stilus. Et componitur haec orthographia, ae ·i· recta scriptura, et hic antigraphus, phi ·i· cancellarius, et hic cosmographus, phi ·i· mundi descriptor; nam cosmus dicitur mundus; et inde haec cosmographia, ae ·i· descriptio mundi, et hic psalmigraphus, phi ·i· psalmi descriptor; et inde haec psalmographia, ae ·i· psalmi descriptio, et hoc chirographum,

phi ·i· scriptura cum manu facta; nam χεὶρ dicitur manus, quae maxime in testamentis designandis solet adhiberi, et hoc * syngrapha nomen indeclinabile ·i· nota in aliqua re confirmanda facta; unde Plautus in Asinaria: postremo ut voles syngrapha facito.

* ita cod.

Gaza, ae, diviciae; inde haec gazula, lae, diminut. et hoc gazetum, ti ·i· gazarum repositorium, quod et pro ipsa gaza dicitur, et hoc gazophylacium, cii ·i· arca ubi communis census reponebatur, et hic gazophylagis, is ·i· gazophylacii custos; unde Iosephus in decimoquinto: VII. Non permisit ut quando opus esset a gazophylage * peteretur. Dicimus etiam hic gazophylax, cis; unde idem ait: Hismaëlem pontificem, et Ezechiam gazophylacem.

* imo mendum.

Guberno, as, verb. activ. inde hic gubernator, ris, et haec gubernatrix, cis, et gubernatus, a, um, et haec gubernatio, nis, et hoc gubernaculum, li, et hic gubernio, nis, et hic guberneta, ae, ambo pro gubernatore.

Gelu indeclinabile; inde gelidus, a, um, quod comparatur gelidior, gelidissimus; unde gelide, gelidius, gelidissime adv. et haec geliditas, tis. Et gelo, as, verb. activ. unde gelatus, gelatio. Et gelasco, is, quod componitur regelasco, is, et congelasco, is. Gelo componitur regelo, as, et congelo, as, et ab istis verbalia.

Glaucus, flavus, et comparatur glaucior, glaucissimus; unde glauce, glaucius, glaucissime adv. et haec glaucedo, nis, et haec glaucuma ae ·i· macula oculi; unde Plautus: glaucumam oculo obiiciemus, et sic agamus, ut quod viderit ne videat.

Gnavus, a, um ·i· cautus; inde gnave adv. et

haec gnavitas, tis. Et componitur ignavus, a, um, quod comparatur ignavior, ignavissimus; unde ignave, ignavius, ignavissime adv. et haec ignavia, ae.

Grus, uis; inde haec gruicula, ae, et gruinus, a, um. Et gruo, is, quod non est in usu; sed componitur congruo, is ·i· concordare; inde congruus, a, um, ·i· conveniens, et congrue, et congruenter adv. et haec congruentia, ae. Congruus componitur incongruus ·i· non conveniens; et inde congrue adv. Item congruo componitur incongruo *, is ·i· maturare.

* *ingruo?*

Glisco, cis, ·i· cupere, vel resplendere; inde haec glis, glissis ·i· carduus, quod aliter lappa dicitur; et hic glis, ris ·i· quoddam genus muris, quod multum dormit; unde et glirius homo somnolentus dicitur, qui multum dormit, et haec glis, tis ·i· terra argillosa; et inde glitteus, a, um ·i· terrenus, quae tria nomina quidam ita concludens ait: glis ales, glis terra tenax, glis lappa vocatur; glis, ris, mus; glis, tis, humus; glis, glissis, mala dumus. Item a glisco haec glissera, ae ·i· mensa.

Glutio, tis ·i· absorbere; inde glutitus, a, um, et hic gluto, nis, et hoc glutinum, ni, et hoc glutinarium, rii. Et glutino, as ·i· coniungere; unde glutinanter, et glutinatim adv. ·i· coniunctim. Et componitur conglutino, as; et inde conglutinatus, et conglutinatio. Acglutino, as; unde acglutinatus, et acglutinatio. Reglutino, as; unde reglutinatus, et reglutinatio.

Gyrus, ri ·i· tornus; inde gyro, as, verb. activ. unde gyratus, a, um, et haec gyratio, nis, et hoc gyramen, nis, et hoc gyramentum, ti. Et componitur congyro, as, et regyro, as, et ab istis verbalia. Gyrus componitur gyrovagus.

Geminus, a, um; inde gemellus, a, um, et gemellipara, ae, quae geminos parit. Et gemino, as; unde geminatus, a, um, et haec geminatio, nis. Et secundum quosdam hoc germen, nis; unde germineus, a, um, et germino, as; quod componitur congermino, as; et inde verbalia. Gemino componitur congemino, as, et ingemino, as, et ab istis verbalia.

Gemo, is, ui, verb. neut. et caret supino; inde hic gemitus, us, et gemebundus, a, um. Et gemisco, cis, quod componitur ingemisco, et regemisco. Gemo componitur ingemo, is, et congemo, is.

Gala graece lac appellatur; inde dicitur Gallus pro gente, eo quod alia gente sit candidior; unde gallicus, a, um, et haec Gallia, ae. Item a gala haec galaxia, ae ·i· lacteus circulus, et hoc galumma, tis ·i· velamen capitis candidissimum; unde Marcianus: Iuno, tecto capite lacteo quodam galummate renitebat.

Gibbus ·i· struma; inde gibbosus, a, um, et haec gibbositas, tis.

Gaudeo, es, gavisus sum, verb. neut. Inde gaudenter adv. et gavisus, a, um, quod componitur congavisus, et hoc gaudium, dii. Gaudeo componitur congaudeo.

Galea, eae ·i· cassis; inde haec galeola, ae, et galeatus, a, um, et hoc galear, ris, et hic galerus, ri, ambo pro galea.

Gladius, dii; inde hic gladiolus, li. Et per compositionem digladio, as; unde digladiatus, digladiatio.

Germen, nis; inde germino, as; unde verbalia. Et componitur progermino, as, et congermino, as; unde congerminalis; unde Augustinus de civitate Dei: spicas coaevas et congerminales rubigo interimit.

REPETITIONES.

G

Genius, Deus naturae, vel Deus qui praecst nuptiis.
Genuinus, naturalis.
Genuinus, dens maxillaris.
Genialis, lectus ubi sponsus et sponsa cubant.
Genesis, genus.
Genealogus, de genere loquens.
Genearcha, princeps et caput generis.
Genialiter, voluptuose vel nuptialiter.
Genealogia, sermo de genere.
Generatim, speciatim, specialiter, peculiariter.
Gentilicius, de gentibus existens.
Generosus, nobilis, illustris, egregius, celticus, augustus, exgrex, authenticus, praelustris, insignis, segrex.
Gymnia, lucta, quod etiam gymna dicitur.
Gymnatio, exercitatio, pugna, agonia.
Gymnacista, luctator, pugil, brabeuta, agonista, agonizeta, agonisticus, duellio, duellator.
Gymnasium, studium.
Gymnosophista, doctor.
Geniculum, parvum genu.
Geniculari, inclinare, obstipare, conquinescere, infirmare, declinare.
Genium, ingenium.
Grassatores, milites crudeliter agentes.
Grassari, crudeliter agere, tyrannizare.
Gradivus, Deus belli, Mars, Mavors.
Gressutus, magnos habens gressus, sicut dicitur auritus, et manutus, et nasutus.
Grallator, cursor, qui et acupedius dicitur.
Gracillus, aliquantulum gracilis
Gratiosus, gratia vel gratitudine plenus.
Gestire, cupere, ambire, avere, captare.
Gestitare, saepe gestare.
Gestus, corporis agitatio.
Gestuosus, flexibilis, agitabilis, mobilis, motalis, agilis, habilis, flexibilis, flexuosus.
Gesticulari, diversis motibus agitari.
Gestatorium, feretrum.
Gerro, nugator.
Gerra, nuga, vel nugator. Plautus: gerrae qui sese ap-

parere parent huius legibus.

Gustitare, saepe gustare.

Galmula, allec, herba illa quae similis est porro.

Gerronaceus, nugatorius.

Gutturina, gutturis infirmitas.

Gutturnosus, gutture infirmus.

Gurgulio, mulot.

Gurgustium, rete.

Gutturnium, vas aquatile, quod inferius degustat aquam. Et quia de vasis fecimus mentionem, libet hic quibus et quot modis dicantur, ut praesto ea inveniat qui ea discere gestit. Vasa vinaria, hemina, flasca, flascones, lagena, laguncula, cylicisces, cylicia ita dicta, bacchea, cyathus, oenophorum, nam οἶνος dicitur vinum. Unde quidam: vertitur oenophori fundus, sententia nobis. Vasa aquatilia, situla, hydria, pelvis, gutturnium, manulavium ubi lavantur manus, quod et labrum dicitur; sicut et pediluvium dicimus ubi lavantur pedes. Antiqui tamen malluvium et pelluvium corrupte dicebant. Vasa ubi mulgetur, uter, mulgarium, mulctrum, sinum, cimbia, lacticapium, lactigerulum. Vasa communia, phiala, calices, calathus, cratera, crater, urceus, orca, seria, fidelia, obba, cupa, dolium. Vasa escalia, discus, ciborium, parapsis, escale, catinum, lances, epulitenum. De omnibus tamen istis in locis propriis plenius disputavimus.

Gulonus, gluto, edulus, degulator, estor, lurco, ambro, mando, mandox, pransor, helluo, vorator, abligrator, deglutitor, absortor.

Gratulabundus, laetus, hilaris.

Gravedo, gravitas.

Gravidare, gravare, molestare, infestare.

Gravastellus, aliquantulum gravis.

Gregarius, congregabilis, ignobilis et plebeius.

Gregatim, sociatim, sociante.

Globus, cumulus.

Globatim, gregatim, catervatim, turmatim, sociatim, agminatim, conglobatim.

Glomer et glomus, filorum cumulus; inde glomellum i parvus glomus.

Glomerare, accumulare.

Glaber, sine pilis.

Glabellus, nudus et absque pilis.

Glabrio, nudus. Plautus: gallum istum, si sapies, glabrionem mihi reddes.

Guttitare, saepe guttare, quod et guttire dicitur.

Guttosus, guttis plenus.

Guttim, guttatim.

Gutulus minutus piscis, qui et gobio, et fundulus, et scintilla dicitur.

Guttum, quoddam unguentum.

Grandiusculus, aliquantulum grandis.

Garritores, ioculatores, histriones, pantoludii, iocistae, iocularii.

Grandinare, grandinem pluere.

Ganeo, potator, tabernio, caupo, attibernalis, bibax, bibulus.

Ganea, taberna, caupona, crustaria, cetaria, hermopolium, ganearia, meraria.

Ganeum, theatrum, prostibulum.

Gannire, vulpium solet esse, et dicitur deridere.

Georgicus, terrenus, terrestris, terreus.

Geographus, terrae descriptor.

Geographia, terrae descriptio.

Gausape, togilla. Persius: tunc cum in maxillis balanatum gausape pectis

Gramma, littera, apex, elementum, character.

Grammaticus, litteratus.

Grammatica, litterarum scientia.

Gramma, linea.

Graphia, scriptura.

Graphicus, stilus, pigillaris, fragitida.

Gobio, minutus piscis: nec mullum cupias, cum sit tibi gobio tantum in loculis.

Gilnus color equi inter album et rufum, quod et gilbus dicitur.

Gabulum, patibulum, crux, eculeus.

Gabenna, arca.

Galgulus, granum olivae.

Gaza, diviciae, mammona.

Gazetum et gazophylacium, gazarum repositorium.

Gazophylagis, et gazophylax, custos gazophylacii.

Gypsus, lapis cognatus calci; et inde gypseus, quod in martyrum passionibus saepe invenimus.

Germanus, ex eadem genitrice manans.

Gubernio et guberneta, gubernator, rector.

Glaucus, flavus, caeruleus.

Glaucomaridus, flavus piscis.

Glaucedo, glaucitas.

Glaucuma, oculorum macula.

Gerusia, curia, senatus.

Genophosus, obscurus, nubilus, tenebrosus, caliginosus.

Gramia, ae, oculorum vitia quas etiam glamas vocant.
Grumus, terrae collectio minor cumulo.
Grumulus, monticulus.
Gesa, gisarme.
Gnavus, cautus, gnarus, vafer, varus, versutus, cicur, astutus, versipellis, catus, gevator, callidus, industris, industrius, artitus.
Gregorizare, vigilare, excubiare, nictare, nictitare, pernoctare, elucubrare, manubiare, expergisci.
Gulliocae, nucum viridium putamina.
Glebones, rustici aratores.
Glarea, calculus minutus in aqua.
Gummus, succus qui elicitur ab arbore, similis gemmae, unde et pro gemma dicitur.
Gomor, mensura habens duodecim sextaria.
Geron, valde senex.
Glis animal.
Glis, terra tenax.
Glis, lappa vocatur.
Glis, ris, mus.
Glis, tis, humus.
Glissis, mala dumus.
Glirius, piger et somnolentus homo.
Gliteus, terrenus.
Glissera, mensa cibatoria, quae et assidela, et cilliba dicitur.
Glutinum et glutinarium, pro copula dicuntur.
Glutinare, coniungere, copulare.
Glutinatim, coniunctim, copulatim, constrictim.
Gemellipara, quae geminos parit.
Galea, galerus.
Galumma, candidum capitis velamen.
Galaxia, lacteus circulus.
Gemonum *, propria domus mulierum.
Gibbus, struma.
Girgillus, rota hauritoria.
Getosus, litigiosus.
Genimina, semina, germina.
Gignitus, genitus, creatus, cretus, satus.
Glires, mures, qui tota hieme dormiunt.
Globare, cumulare, acervare.
Gorgones, meretrices, lupae, nonariae.
Grossa, fructus cuiusdam arboris.
Gurgustus, piscis minutus.
Gurgustia, domuncula, casella.
Gutire, degustare, pluitare.
Gutricare, vorare.
Gunfus, uncinus, hamus, uncus, falcaster.

* *gynaeceum* ?

PROLOGUS

OCTAVAE LITTERAE.

Ubi mater Grammatica pure et enucleatim praetaxata enervavit, octavae litterae tractatum disposuit eminus deflorare; sed praemissae sponsionis non inmemor paucula habita intercapedine ad derodendos invidos habenas laxavit: unum inquit mordaces pii laboris aemulos vellem exorare, quod tam mihi quam sibi prodesse videretur, ut dum aliquid ad commune commodum a quovis hominum senserint enodatum, sola quiete potirentur. Mihi quidem haut minimum prodesset, dum ratum sit tanto acerbius invidos interius cruciari, quanto aliquid patientius exterius tolerare videntur. Inde quoque praecipue triumpharem, si aliquid eis quavis de causa huiusmodi inferretur; eis nihilo minus admodum utile esset, quia tanto minus quam magnae sint erga bonos aegritudinis notificaretur, quanto quietiores adversus bonos extitissent. Verum quia nos nec exorati oblatrare desistunt, inexpugnabilem patientiae assumentes clipeum, coeptum ut eos mordeat dictandi limitem ingrediamur, primum octavae litterae tractatum initiantes; quam, uti ait Marcianus, contractis paululum et pressioribus faucibus ventus exhalat. Post haec tractatum canit auribus impigra vatum.

H

Humus, mi ·i· terra; inde humi adverb. Et humo, as, in terram ponere; unde humatus, a, um, quod componitur inhumatus, et haec inhumatio, nis, et humatim adverb. ·i· viliter et abiecte; unde Ambrosius super Hegesippum in nono: nec recusaret pro salute illius gentis habitum humatim accipere. Item ab hoc nomine, quod est humus, humeo verbum neutrum ·i· madefacere; unde humesco, cis, verbum incohativum; et hic humor, ris, unde humorosus, a, um ·i· humore plenus, et humidus, a, um, quod comparatur humidior, humidissimus; unde humide, humidius, humidissime adverb. et haec humiditas, tis. Et humido, as, verb. activ.; inde humidatus, et humidatio. Et humectus, a, um ·i· humidus; unde Macrobius de Saturnalibus: aër, inquit, humectus est et calidus; et illud comparatur humectior, humectissimus, cuius comparativum Macrobius ita posuit: mulier humectissimo est corpore, docet hoc lenitas cutis et splendor. Et humecto as ·i· madefacere; unde humectatus, et humectatio, et humectim vel humectatim adverbium Item ab hoc nomine, quod est humus, hic et haec humilis, et hoc le, et dicitur humilis quasi humo inclinatus. Et comparatur humilior, humilissimus; unde humiliter, humilius, humilissime adverb. et haec humilitas, tis. Et humilio, as; unde humiliatus, humiliatio. Item ab hoc nomine, quod est humus, hic homo, huius hominis, eo quod ab humo sit creatus; et inde hoc hominium, nii ·i· hominis servitium, et hic homulus, li, et hic homululus, li, et hic homullus, li, et hic ho-

muncio, nis; unde Terentius in Eunucho: ego homuncio non facerem; et hic homunculus, li, omnia diminut. Et humanus, a, um, quod comparatur humanior, humanissimus; unde humane, humanius, humanissime adverb. et haec humanitas, tis. Humanus componitur inhumanus; et humanatus, a, um ·i· humanitatem indutus. Homo componitur nemo, nis ·i· nullus homo, et hic semo, nis ·i· semihomo, quod ad instar * huius genitivi seminis, facit genitivum semonis; unde Marcianus: quos hemitheos dicunt, quosque latine semones; et inde hic semunculus, li, diminut. Sciendum autem quod antiqui dicebant homonem, et inde Marcianus hoc secutus semonem dixit, et non seminem. Humus componitur hic posthumus, mi ·i· ille qui post patris nascitur humationem; unde Plautus in Aularia: quid dubitas quin sit paratum puero nomen posthumus?

* cod. *instantiam.*

Habeo, es, bui, tum, tu, verb. activ. Inde habitus, a, um, et hic et haec habilis, et hoc le ·i· agitabilis, quod comparatur habilior, habilissimus; unde habiliter, habilius, habilissime adverb. et haec habilitas, tis, et haec habitudo, nis ·i· corporis pinguedo, et hic habitus, us, et haec habena, ae; unde haec habenula, ae. Et habito, as, verbum neutrum; unde habitator, habitatus, habitatio, et hic et haec habitabilis, et hoc le; unde habitabiliter adverb. et componitur inhabitabilis, et hoc habitaculum, li. Habito componitur inhabito, as, et cohabito, as, et ab istis verbalia. Habeo componitur praebeo, es ·i· dare; unde hic praebitor, ris, praebitus, a, um, et haec praebenda, ae; et inde hic praebendarius, rii. Et per compositionem hic presbiter quasi praebens iter, hic presbiteratus, us, et hoc presbiterium, rii, et haec presbiterissa, vel

Digitized by Google

presbitera ·i· uxor presbiteri. Item habeo componitur inhibeo, es ·i· vetare; unde Ovidius Metamorph. in secundo: sponte sua properant laborem inhibere volentes; et hic inhibitor, ris ·i· bedellus, qui et angarius, et exactor dicitur; unde Iosephus in vicesimo: iussit violentiarum inhibitori, ut ad imperatorem pergeret; et inhibitus, a, um, et haec inhibitio, nis. Item habeo componitur debeo, es; unde debitor, ris, debitus, a, um, quod componitur, a, um, et haec debita, ae. Et debeo componitur redhibeo, es ·i· rursus debere, et redhibitor, redhibitus, redhibitio, nis ·i· debita. Item habeo componitur cohibeo, es; unde cohibitus, et cohibitio. Componitur quoque conibeo, es ·i· oculos claudere; unde Marcianus participium ponens ait: quae illum conibentem quiescere non perferat. Dicitur haec conibentia ·i· assensus. Prohibeo; unde prohibitus, et prohibitio, et prohibesis verb· ·i· prohibeas, Plautus: verum quaeso ut prohibesis. Componitur quoque habeo exhibeo, es ·i· repraesentare; et inde exhibitus, exhibitio. Perhibeo, es; unde perhibitus, et perhibitio.

Haereo, es, haesi, verb. neut. et caret supinis. Inde hic heres, dis, eo quod proxime adhaereat; et inde hoc heredium, dii ·i· praedium, et hic et haec herilis et hoc le; unde Prudentius in Psychomachia: herile pignus qui dicavit victimae. Et heredo, as, verb. activ.; unde heredatus, et haec heredatio, nis. Et heredito, as, verb. frequent.; unde verbalia; et haec hereditas, tis, unde hereditacula, ae, diminutiv. et hic hereditarius, rii. Heredo componitur exheredo, as ·i· extra hereditatem ponere; et inde exhereditatus, a, um, et haec exhereditatio, nis. Heres componitur coheres, dis, et heredicapa, ae ·i· ille qui

hereditatem petit, et hic herescinda, ae ·i· ille qui hereditatem scindit. Item ab haereo secundum Isidorum haec hedera, ae, et hic herus, ri ·i· dominus; unde Terentius in Andria: herus est neque provideam; et inde haec hera, ae ·i· domina, et haec heritudo, nis ·i· dominatio. Et hic hero, is ·i· baro; unde heroicus, a, um, sicut dicimus heroicum carmen, et heroica gesta, quae fiunt de magnis viris. Item ab haereo haec hirudo, nis ·i· sanguisuga, quae carni adhaeret; unde Horatius: non missura cutem nisi plena cruoris hirudo. Et haec eremus *, mi; unde hic eremita, ae, et eremiticus, a, um, et hoc eremium, mii ·i· heremus. Eremus componitur hic eremicola, ae. Item ab haereo hic haereticus, ci; et notandum quod haereo dicitur quandoque pro dubitare; et tunc inde venit hic haereticus, ci, eo quod in fide dubitet; et inde haeresis, is, quod componitur haeresiarcha, ae ·i· haeresis princeps. Et haesito, as ·i· dubitare; unde haesitatus, a, um, et haec haesitatio, nis; unde haec haesitacula, ae, et haesitabundus, a, um ·i· dubitabilis. Haereo componitur adhaereo, es, cohaereo, es, subhaereo, es, inhaereo, es.

* cod. *her.*

Honus, eris ·i· pondus; inde hoc honusculum, li, diminut. et honustus, a, um ·i· sarcinatus: unde honusto, as ·i· ponderare; et inde honustatus, a, um, honustatio, et honustamen, nis ·i· pondus. Et componitur dehonusto, as; unde verbalia. Item ab hoc nomine, quod est honus, honerosus, a, um; unde honerose adverb. et haec honerositas, tis. Et honero, as; unde verbalia et hoc honeramen, nis, et honeratim, et honeranter adverb. Et componitur exhonero, as ·i· extra honus ponere; unde exhoneratus, et exhoneratio.

Digitized by Google

Horreo, es, rui, verb. neut. et caret supinis; inde hic horror, ris, et hic et haec horribilis, et hoc le, quod comparatur horribilior, horribilissimus; unde horribiliter, horribilius, horribilissime adverb. et haec horribilitas, tis. Et horresco, is; quod componitur inhorresco, is, et exhorresco, is, et perhorresco, is. Item ab horreo haec orchestra, ae ·i· antiqua sedes nobilium, quae in Capitolio habebatur; unde Iuvenalis: similemque videbis orchestram et populum. Et horridus, a, um, quod comparatur horridior, horridissimus; unde horride, horridius, horridissime adverb. et haec horriditas, tis, et horridulus, a, um ·i· aliquantulum horridus; unde Persius: scis comitem horridulum trita donare lacerna. Item ab horreo horrificus, a, um, per compositionem et hoc hordeum, dei, eo quod spinis horreat; unde hoc hordeolum, li, diminut. et hordeiceus, a, um. Invenimus tamen hordeacius, sed regularius secundum analogiam dicitur hordeiceus. Horreo componitur exhorreo, es.

Honor, vel honos; inde hic honorculus, li, diminut. et honorus, a, um, quod componitur inhonorus. Et honoro, as, verb. activ.; inde honoratus, a, um, quod comparatur honoratior, honoratissimus; unde honorate, honoratius, honoratissime adverb. et honoratorius, a, um, et hic et haec honorabilis, et hoc le; unde honorabiliter adverb. et componitur inhonorabilis. Honoro componitur inhonoro, as, et exhonoro, as ·i· extra honorem facere. Item ab hoc nomine, quod est honor, honestus, a, um, quod comparatur honestior, honestissimus; unde honeste, honestius, honestissime adverb. et haec honestas, tis; et honesto, as; unde verbalia. Et componitur inhone-

sto, as, et dehonesto, as, et ab istis verbalia. Honestus componitur inhonestus. Honor componitur honorificus, a, um; unde honorifice adverb. et haec honorificentia, ae ·i· honoribilitas; et honorifico, as; unde honorificatus, et honorificabilis, et honorificabiliter adverb.

Haurio, ris, hausi, stum, tu, verb. activ. inde haustus, a, um, et haec haustio, nis, et hic haustus, us; unde hic haustulus, li, vel hic hausticulus, li, diminut. et haustim adverb. et hic et haec hausibilis; unde hausibiliter adverb. et hoc hausorium, rii, quod etiam hauritorium dicitur, locus scilicet de quo hauritur. Item ab haurio, hauritorius, a, um, et hoc haustrum, tri ·i· rota hauritoria, quod etiam girgillus dicitur, eo quod in gyrum vertatur; unde Lucanus: in fluvio versare rotas, atque haustra videmus. Haurio componitur exhaurio, is; unde exhaustus, a, um, quod componitur inexhaustus.

Hircus, ci ·i· caper; inde hirciolus, li, diminut. et hircinus, a, um, et hircosus, a, um ·i· foetidus adinstar hirci, et hic hirquitallus, li ·i· puer libidinosus, et lascivus ut hircus; et hirsutus, a, um, unde hic ursus, si, eo quod sit hirsutus, et inde haec ursa, ae, et hic ursarius, rii. Dicimus etiam hirtus, a, um, pro hirsutus per syncopam. Notandum autem quod hircus dicitur pro angulis oculorum, in quibus foetor colligitur; unde Virgilius in Bucolicis: novimus et qui te, transversa tuentibus hircis. Hircus componitur hic subhircus, ci ·i· locus subter brachia ubi sudor colligitur, et dicitur subhircus, quasi subtus habens hircum ·i· foetorem hirci.

Hostio, tis, hostivi, tum, tu ·i· acquare verb.

neut.; unde Plautus: quin promitto hostire contra, ut merueris; et inde hoc ostium, tii; unde hoc ostiolum, li, et ostitor, ris ·i· ianitor, quod et hic ostiarius dicitur, et hostorium, rii ·i· lignum quo modius exaequatur, et hoc hostimentum, ti ·i· aequalitas, vel ut alii volunt lapis quo pondus exaequatur in libra; unde Plautus: par pari datum hostimentum est opera perpetua. Item a verbo hostio hic hostis, is, eo quod aequa fronte ineat bellum, unde hic et haec hostilis, et hoc le; et inde hostiliter adverb. et haec hostilitas, tis, et hosticus, a, um ·i· hostilis. Hostis componitur hosticapa, ae, qui hostem capit, et hic hostiscida, ae, qui hostem scindit. Item a verbo hostio hic et haec hospes, tis, quod binae invenitur significationis; nam dicitur pro eo qui receperit, et pro eo qui recipitur; et inde haec hospita, ae; unde Ovidius in Epistolarum libro: hospita Demophoon tua te Rhodopeia Phyllis. Et hospitor, aris; unde hospitator, hospitatus, hospitatio, hospitabilis, quod componitur inhospitabilis, et hoc hospicium, cii; unde hoc hospiciolum, li, et hic hospiciarius, rii ·i· hospicii custos. Hostio componitur perhostio, is.

Hiems, mis; inde haec hiemcula, ae, diminut. et hic et haec hiemalis, et hoc le. Et hiemo, as ·i· in hieme demorari; unde Iosephus in quartodecimo: liceat pecunias exigere ad hiemandum; et inde hiematus, et hiematio, et hibernus, a, um; unde hoc hibernaculum, li, domus in qua hiemamus, et haec Hibernia, ae, provincia, eo quod ibi sit hiems praecipue dura; et hiberniensis; inde et hiberno, as; unde verbalia.

Hilaro, as, verb. activ. ·i· laetificare; unde Ma-

crobius de Saturnalibus: verba non minus quam vinum hilarant convivium; et inde hilaratus, a, um, et hilaratio, et hoc hilaramen, nis, et hic et haec hilaris, et hoc le, quod comparatur hilarior, hilarissimus; unde hilariter, hilarius, hilarissime adverb. et haec hilaritas, tis, et hilaresco, cis, quod componitur exhilaresco, cis. Hilaro componitur exhilaro, as, unde exhilaratus, et exhilaratio.

Herba, ae; inde herbosus, a, um; et inde herbositas, tis, et herbidus, a, um ·i· herba plenus, et herbeus, a, um ·i· viridis; unde Plautus: quis cum collativo ventre, et oculis herbeis. Item ab herba, haec herbula, ae, diminut. et hoc herbarium, rii, et hic et haec herbilis ·i· herba habundans, quo nomine vocatur anser herba pastus. Et herbesco, is, verb. inchoativ.; unde Augustinus de civitate Dei in quinto: simul herbescunt pubescunt florescunt. Herba componitur inherbis ·i· sine herba.

Hortor, aris, tus sum, verbum deponens; inde hic hortatorius, a, um, et hortatorie adverb. et haec hortatrix, cis, et hortatus, a, um, et haec hortatio, nis; unde haec hortaciuncula, ae, et hic hortatus, us, et hoc hortamen, nis; unde hoc hortamentum, ti, et hoc hortatorium, rii ·i· monachorum parlatorium. Hortor componitur exhortor, aris; unde exhortator, exhortatorius, exhortatio, et hoc exhortamen, nis. Dehortor, aris ·i· dissuadere; unde dehortator, dehortatorius, dehortatus, dehortatio, et hoc dehortamen, nis. Cohortor, aris; unde cohortator, cohortatus, cohortatio, et hoc cohortamen, nis, et haec cohors, tis.

Hora, ae; inde haec horula, ae. Et per compositionem hoc horologium, gii, ubi legimus ·i· intelligimus

horas, et hic horinspex, cis ·i· ille qui inspicit horas, et hic horispicius, cii ·i· horarum inspector, quod etiam horoscopus dicitur; unde Persius: geminos horoscope varo perducis genio.

Hirna, ae ·i· salcica; inde haec hirnea, ae ·i· ocrea, quae ad potum conservandum baiulatur; unde Plautus in Amphitrione: cadus erat vini plenus, inde implevit hirneam; et haec hilla, ae ·i· parva salcica, unde Horatius in Sermonibus: perna magis, et magis hillis. Hinc quoque dicitur hillus, li ·i· granum in faba; vel, ut alii volunt, medulla pennae. Et componitur nihil; unde nihilum, et nihili indeclinabile. Et per compositionem adnihilo, as; unde verbalia.

Hio, as, verb. neut. Inde verbalia; et hianter adv. et hic hiatus, us, et hiulcus, a, um ·i· hians, quod componitur semulcus ·i· aliquantulum hians. Et hisco, is, hiscii, verb. neut. ·i· hiare. Et componitur dehisco, is; similiter hiare, et Iacchus, chi ·i· Bacchus; unde Virgilius: populus Alcidae, gratissima vitis Iaccho.

Hasta, ae; inde haec hastula, ae, et hastatus, a, um, et hoc hastile, is ·i· hasta, et hastinata ae ·i· cava festuca.

Hyalum, li, quoddam genus purissimi vitri; inde hyalinus, a, um ·i· vitreus, quod etiam hyalus invenitur per apocopen ·i· per mutationem litterae de fine.

Holus, eris; inde hoc holusculum, li, et holinus, a, um, et hic holitor, ris ·i· holerum custos. Et holerare; unde Caecilius: meum, inquit, hortulum plus holero, quam stercoro; et dicitur holerare pro holera plantare.

Hortus, ti; inde hic hortulus, li, et hic hortulo, nis ·i· horti custos, quod etiam hic hortulanus dicitur.

Hinc adverb. in loco, et componitur dehinc, et subhinc, abhinc, exhinc.

Haec dicens Grammatica, in aliam repente vocem mutata, secundum octavae litterae tractatum, talibus hilariter verbis fuit iniciata.

REPETITIONES.

H

Humare, in terram ponere.
Humi, ad terram.
Humatim, viliter, inornate.
Humescere, madescere, madefacere.
Humidare, madere, scatere, scaturire, irrorare.
Humorosus, humidus, succosus, succulentus, sucidus, sucifluus.
Humectare, saepe madere.
Humectus, madefactus.
Humectim, humectatim, madenter.
Homuncio, parvus homo.
Homulus, parvus homo.
Homunculus, parvus homo, quod et homululus dicitur.
Hominium, hominis servicium.
Habena, capistrum, quod et coria dicitur, eo quod circa ora ligatur; et auria, eo quod circa aures vincitur.
Habilis, agilis, gestuosus, flexibilis, agitabilis.
Habitudo, corporis pinguedo, quod et corpulentia dicitur.
Habitus, ornatus.
Hymnibalizare, hymnire. Plautus: demam de hordeo tuo hodie, ut hymnibalizes.
Helopes, anguis.
Heliotropium, nomen gemmae.
Hermopolium, taberna, cetaria, cauponia vel caupona, crustaria, ganearia. Plautus: quos semper videas bibentes esse in hermopolio.
Heredium, hereditas, fundus, praedium, testamentum.
Heredicapa, qui hereditatem capit.
Herescinda, hereditatem sciudens.
Heredipeta, hereditatem petens.
Heros, baro, cleonta.
Herus, dominus.
Hera, domina.
Heritudo, dominatio, dominium.
Hirudo, sanguisuga.
Heroicus, genus carminis, vel herilis.
Heremium, heremus.
Heremita, heremi cultor.

Haesitabundus, dubitabilis.

Haesitare, dubitare, nutare, vacillare.

*pro *amb.* Hambigere *, mussare, fluctuare, haerere.

Haeresiarcha, princeps haeresis.

Honusculum, sarcinula, parvum honus.

Honeratim, honeranter.

Horridulus, aliquantum horridus.

Herma, castratio; inde hermaphroditus, castratus. Dicitur et herma pro servo; unde Sidonius: per plurimos dies ipsum hermam meum arguerim. Dicitur quoque hic hernuo pro servo.

Hirsuticosus, collo pilosus.

Herculus, salvus; unde hercle i. vere.

Helluare, multum bibere.

Helluo, ganeo, bibax, caupo, attibernalis.

Hyalum, vitrum.

Hispidus, hirtus, hirsutus, scarrosus, hirsuticosus, verrucosus, tuberosus, ruderosus, pupulosus, inaequalis, spinosus.

Hippus, equus, quadripes, mannus, sonipes.

Hippagines, naves quibus equi vehuntur.

Hippopotamus, equus fluvialis.

Helueus, homo hians et oscitans, qui et pandox dicitur.

Histrio, leno, ioculator, mimus, ludius.

Hamotrahores, piscatores qui hamo trahunt pisces.

Hilarodes, lascivi carminis cantor.

Halapanta, omnia mentiens.

Holitores, holerum cultores.

Heruca, vermis holera erodens. Et quia de vermibus fecimus mentionem, libet hic interserere quot modis, ut praesto hic inveniat qui ea dicere gestit. Ronipes, vermis frondium. Cantarida, qui mortuorum corpora edit. Multiplex, qui contrahitur in globum. Teredona, vermis lignorum, eruca holerum. Plautus: imitatus erucam bestiam nequam quae se involvit in pampino. Vermes cutis, ascarida, costus, pediculus, lentula. Vermis laridi, tramus et tramites, quod etiam lignorum solet dici. Pulices, ex pulvere. Ricinus qui adhaeret auribus canum. Usia, vermis porci, quae mordens urit. Limax, limi Cimex, qui est in putrida carne. Lumbricus, qui est in lumbo vivi hominis. Sca-

rabeus, qui in fimo nascitur.

Honorificus, honorus, honorabilis.

Honorificentia, honorabilitas.

Haustillus, hausticulus.

Haustrum, rota hauritoria, quae et girgillus dicitur, et haec anclia.

Hirquitallus, puer libidinosus.

Hircus, pro capro et pro angulo dicitur oculorum.

Hircosus, foetidus, faeculentus, olidus, spurculentus.

Hostitor, ianitor, portitor, ianuator, atriensis, ostiarius.

Hostire, aequare.

Hostorium, lignum quo modius exaequatur.

Hostimentum, aequalitas, vel aliud contra quod pondus aequatur.

Hosticus, hostilis, adversus, adversarius.

Hosticapa, qui hostem capit.

Hiemare, in hieme demorari, quod et hibernare dicitur.

Hiemaculum vel hibernaculum, domus contra hiemem.

Herbosus et herbidus, herba plenus.

Herbetum et herbarium, locus herba habundans.

Herbilis, anser herba pastus.

Herbeus, viridis.

Hilarare, laetificare.

Hortatorium, locus ubi hortatur, sicut debet esse monachorum parlatorium.

Horologium, ubi leguntur i. intelliguntur horae.

Horinspex, horarum inspector qui et horoscopus et horispicius dicitur.

Hirna, salcica.

Hirnea, ocrea quae ad potum baiulandum paratur.

Hillus, medulla pennae.

Hilla, parva salcica.

Hiscere, hiare.

Hiulcus, quod hians et patens est.

Hiacchus *, Bacchus, Bromius, Dionysius, Liber, Lenaeus. * ita cod. cum *h*.

Hastatus, hastam gestans.

Hastile, hasta.

Hastinata, parva cava festuca.

Hyalinus, vitreus.

Hypogeus, locus obscurus. Ambrosius: in hypogeis et ceteris obscuris locis.

Hyrnea, impetigo in corpore quae et pupula dicitur.

Hyrniosus, impetiginosus, pupulosus.

Hebenum, ebur, quod in Marciano reperies.

Haldologus, discipulus.

Hapsides *, circuli. * *absides*.

Harinulces, fossores, repertores aquarum.

Herbescere, viridescere.

Hostitare, victimare, placare.

Hornotinus, annotinus, annuus, annualis.

Hiberus, hispanus.

PROLOGUS

NONAE LITTERAE.

His tandem terminatis, nonae litterae tractatum mater Grammatica exordiens, taliter consistentes fuit affata poëtas: Sicut quispiam viam transiens, qui a clamosis et dire morsitantibus infestatur canibus, nisi inimico eos immissi lapidis impetat ictu, nequit non indiscissus evadere; sic qui aliquid egregii facinoris, communique actitat usui ad commodum, nisi viva interdum voce veritatis inimicis invidis obsistat, ex tabido eorum demorsu abire nequibit. Sed ea, quae egimus, pro lapidis emissione, ad canes nostros retundendos sufficiant; quia nullo acerbius iaculo sauciantur, quam pro aliquo bono insigniter a quovis perpetrato. De nona igitur littera, quae I nuncupatur, primum decudamus tractatum, quam, ut ait Marcianus, spiritus format cum palato prope dentibus praessis, et in loco vocalis quandoque accipitur.

Digitized by Google

I

Iuvo, as, iuvi, verb. activ. Inde hoc iuvamen, nis; unde hoc iuvamentum, ti: et hinc dicitur hoc iumentum, ti, per syncopam ·i· per mediae syllabae substractionem, eo quod nos iuvet; et inde hic iumentarius, rii ·i· iumenti custos. Item a iuvo hic iuvencus, ci; et inde haec iuvenca, ae, et hic iuvenculus, li, quod non solum pro parvo bove, sed pro iuvene dicitur; unde Iosephus in primo: Sodomitae respicientes iuvenculos praecipuos decore, ad vim inferendam conversi sunt; et inde haec iuvencula, ae. Dicimus quoque haec iunix, cis, pro parva iuvenca; unde Persius: tot tibi cum in flammis iunicum omenta liquescant. Item a iuvo hic et haec iuvenis, is; unde haec iuventa, ae, et haec iuventus, tis, et hic et haec iuvenilis, et hoc le; unde iuveniliter adverb. et haec iuvenalitas, tis, et hic et haec iunior, ris, et hic iunius, nii, pro mense dicitur a iuvenibus, sed maius a maioribus. Item a iuvo, as, secundum Marcianum, haec Iuno, nis; et inde iunonius, a, um, et hic Iupiter huius Iovis; unde hic et haec iovialis, is, et haec iuglans, dis ·i· castanea, et dicitur iuglans quasi Iovis glans, eo quod sit cibus Iove dignus, quae aliter heracleotica dicitur; unde Opius vir doctus: heracleotica haec nux, quam castaneam nominavit. Dicitur etiam, et mollusca, eo quod mollis sit; unde Plautus: molluscam nucem super eius dixi impendere tegulas. Iuvo componitur adiuvo, as; unde adiutor, ris; et inde haec adiutrix, cis, et hoc adiutorium, rii, et adiutus, a, um; unde hoc adiumentum, ti,

et hic adiutus, us, et adiuto, as, verb. frequentativum; unde Terentius in Adelphis: hanc familiam colere, adiutare; et inde verbalia. Adiuvo componitur coadiuvo, as; et inde coadiutus, a, um, et haec coadiutio, nis.

Iungo, gis, iunxi, iunctum, tu, verb. activ. Inde iunctus, a, um, et haec iunctio, nis, et iunctim adverb. et hoc iugum, gi, pro monte; unde hoc iugulum, li, diminut. et iugosus, a, um ·i· montuosus. Dicitur quoque iugum pro ligno quo boves iunguntur; et inde hic iugulus, li ·i· guttur; unde iugulo, as; et inde hic iugulator, ris, et iugulatorius, a, um, et iugulatus, a, um, et haec iugulatio, nis, et hoc iugulamen, nis. Item ab hoc nomine, quod est iugum, iugo, as ·i· coniungere; unde iugator, ris, iugatus, a, um, et hoc iugamen, nis ·i· coniunctio; unde hoc iugamentum, ti, et hic et haec iugalis, et hoc le, ·i· coniugabilis; unde iugabiliter adverb. et plur. iugulae, arum ·i· stellae, quae originem ostendunt. Item ab hoc nomine, quod est iugum, hic et haec coniunx, gis, per compositionem; et dicitur coniunx quasi eiusdem iugi; unde hoc coniugium, gii, et hic et haec coniugalis, et hoc le; unde coniugaliter adv. et plur. hii iniuges, gum ·i· boves nondum iugo coniuncti, quos etiam seiuges, gum, vocamus, quasi seorsum a iugo. Componitur quoque iugum haec biga, ae ·i· duorum equorum currus, et haec triga, ae ·i· currus quem tres equi trahunt, et haec quadriga, ae, ubi quatuor trahunt equi, et ab istis dicitur biiugus, et triiugus, et quadriiugus, quibus modis ipsi equi vocantur. Iugare componitur coniugare; unde coniugatus, et haec coniugatio, nis. Iungo componitur con-

Digitized by Google

iungo, is; unde coniunctus, a, um, et haec coninnctio, nis; unde hic et haec coniunctionalis, is, et coniunctim adverb. Componitur quoque disiungo, is, seiungo, is. Iniungo, is, reiungo, is, subiungo, is, et ab istis verbalia.

Ius, ris; inde iustus, a, um, quod comparatur iustior, iustissimus; unde iuste, iustius, iustissime adverb. et haec iustitia, ae, et hoc iusticium, cii ·i· statio iuris, quod et pro luctu ponitur, et revera luctuosum est quando iustitia stat ·i· cessat; unde Prudentius in libro Hymnorum: artis iustitium triste tyrannicae. Iustus componitur iniustus; unde iniuste adverb. Et iustifico, as; unde iustificatus, iustificatio, et iustificabilis; unde iustificabiliter adverb. Item ab hoc nomine, quod est ius, hoc iudicium, cii, quasi iuridicium ·i· iuris ostensio; unde iudicarius, a, um, et hic et haec iudicialis, et hoc le le; unde iudicialiter adverb. et hic iudex, cis; unde iudico, as, verb. activ. et inde iudicator, iudicatus, iudicatio, iudicabilis, et hoc iudicamen, nis, et hoc iudicatorium, rii ·i· iudicum locus, et iudicarius, a, um. Et componitur diiudico, as; et inde verbalia. Item ab hoc nomine, quod est ius, iurgo, as, et dicitur iurgo quasi iure te ago; et inde iurgatus, iurgatio, et hoc iurgamen, nis, et hoc iurgium, gii. Et componitur obiurgo, as, et ab istis verbalia. Ius componitur hoc iusiurandum, di ·i· iuris iuratio, et iuridicus, a, um ·i· rectus, et iniurius, a, um; unde haec iniuria, ae, et iniuriosus, a, um; unde iniuriose adverb. et haec iniuriositas, tis, et iniurior, aris, unde iniuriatus, et iniuriatio. Notandum autem quod ius quandoque dicitur pro elixatura carnis, quod anglice brob vocatur; unde Terentius in

Digitized by Google

Eunucho : quo pacto ex iure hesterno panem atrum vorent; unde Iosephus in XVII: quando in civitatem intrabat privatis induminibus utebatur; et inde hoc indumentum, ti, et plur. haeae * induviae, arum ·i· indumentum, quod aliter dicitur haec inducula, ae ; unde Plautus in Epidico : quid erat induta ? an regillam induculam, an mendiculam ? Et indusior, aris ·i· induere ; unde Marcianus : ipsum tonantem exuviis indusiari publice cernerent ; et inde indusiatus, a, um, et haec indusiatio, nis, et hoc indusiamen, nis ·i· indumentum.

* ut masc. *hii*.

Iocus, ci ; inde hic ioculus, li, diminut. et iocosus, a, um ; unde iocose adverb. et haec iocositas, tis, et hic iocista, ae ·i· ille qui saepe iocis intendit. Et iocor, aris ·i· ludere ; unde iocator, ris, et iocatorius, a, um ; et inde iocatorie adverb. et iocatus, a, um, et haec iocatio, nis, et hoc iocamen, nis ; et ioculor, aris, verb. frequentativ. ; unde verbalia. Iocor componitur adiocor aris ; et inde verbalia.

Iuro, as, verb. neut. Inde iuratus, iuratio, et hoc iuramen, nis, et hoc iuramentum, ti. Et per compositionem hoc iusiurandum, di ·i· iuris dicio. Iuro componitur periuro, as ; unde periuratus, periuratio, et hoc periurium, rii, et periurus, a, um. Dicimus quoque peiero, as, pro periurare ; unde Lucanus in sexto : stygias peierat undas : hinc et Iuvenalis : exigis a quoquam ne peieret, et sciat ullus. Sic etiam dicimus deiero, as ·i· valde iurare, et ab istis verbalia. Item iuro componitur adiuro, as, et coniuro, as, et ab istis verbalia.

Ignis, is ; inde hic igniculus, li ·i· turibulum, li, et igneus, a, um ; unde igneolus, a, um ·i· igneus ; unde Prudentius in libro Hymnorum : vigor igneolus

non moritur. Et ignio, as ·i· inflammare; unde ignitus, a, um; et ignesco, cis. Ignis componitur ignivomus, a, um, et ignicremus, a, um ·i· igne crematus, et hic et haec segnis, is ·i· piger, et dicitur segnis quasi sine igne, quod comparatur segnior, segnissimus; unde segniter, segnius, segnissime adverb. et haec segnicies, ei. Ignio componitur adignio, is ·i· inflammare; unde Macrobius de Saturnalibus: nunc hora est ut honore vestro haec mensa adigniatur.

Insignis, is ·i· nobilis, comparatur insignior, insignissimus; unde insigniter, insignius, insignissime adverb. et haec insignia, ae ·i· nobilitas; unde Iohannes chrysostomus: peccatis autem dare veniam penes hominem non est, sed est insigne deitatis. Et insignio, is ·i· nobilitare, quod etiam pro pingere dicitur; et inde insignitus, a, um, et haec insignicio, nis.

Iacio, is, ieci, tum, tu, verb. neut; inde iactus, a, um, et hic iactus, us, et haec iactatio, nis, et haec iactura, ae ·i· dampnum. Et iacto, as, verb. frequentativ.; unde iactus, a, um, et haec iactatio, nis, et hoc iactamen, nis, et iactaculum, li, quod et pro iactatione, et cibo * dicitur quod ante prandium gustatur, et iactuarius, rii ·i· ille qui sua iactat; et iactito, as ·i· saepe iactare; et inde verbalia. Notandum autem quod iactare dicitur pro vantare, et tunc inde venit iactanter adverb. et haec iactura, iactantia, ae. Item a iacio hoc iaculum, li; unde iaculor, ris; et inde iaculator, iaculatorius, iaculatus, iaculatio, et hoc iaculamen, nis. Et componitur coniaculor, aris; et inde verbalia. Iacio componitur reicio, cis ·i· iacere; et inde reiectus, a, um, et haec reiectio, nis. Reiecto, as ·i· retro iacere. Componitur etiam conicio, cis

* *ientaculum.*

·i· similiter iactare ; unde Terentius in tertia comoedia : ne me in laeticiam frustra conicias ; et inde coniectus , a , um , et haec coniectio , nis , et haec coniectura , ae. Dicimus coicio , cis , pro simul iactare ; unde Macrobius de Saturnalibus : cum in aquam coicitur, nat. Componitur inicio , is ; unde iniectus, a, um , et haec iniectio , nis , et iniecto , as. Et hoc inicium , cii , quasi iniacium ·i· quod ante inicitur , et inponitur ; et inde inicior , aris ·i· inchoare ; unde verbalia. Componitur nihilominus iacio , subicio , is ; unde subiectus , a , um , et haec subiectio , nis , et subiectivus , a , um. Et subiecto , as , quod etiam dicitur subicito , as ·i· subponere ; unde Plautus in Cassia : nunc si velis subicitare me , proba cum occasio ; et ab istis verbalia. Item componitur obicio , cis ·i· opponere ; unde obiectus , a , um , et haec obiectio , nis , et hic obex , cis ·i· obstaculum quod obicitur. Et obiecto , as ·i· obicere ; unde verbalia. Adicio , cis ·i· adiungere ; inde adiectus , a , um , et adiectio , nis , et adiectivus , a , um. Deicio , cis ; inde deiectus , a , um , et haec deiectio , nis , et deiecto , as. Proicio , cis ; unde proiectus , a , um. Dicimus etiam porricio , cis ·i· obicere , proicere , et est proprie verbum sacrificantium ; unde Virgilius : extaque salsa porriciam in fluctus , et vina liquentia fundam.

Ὕδωρ graece , aqua latine ; inde hydria , ae ·i· quoddam vas aquatile , et hic hydrus , vel hydra , pro quodam serpente , et hic hydrius , rii ·i· aquarius , et haec hydraula , ae ·i· quoddam genus organorum ; unde Marcianus : nec hydraularum harmonica deerat plenitudo ; et inde hydraulicus , a , um ·i· dulcis , et sonorus. Item ab Ὕδωρ haec hydropisis , is ·i· morbus

Digitized by Google

aquaticus; et inde hydromantia, ae ·i· incantatio quae fit in aqua. Sic etiam dicimus geomantia ·i· incantatio, quae fit de terra; nam γῆ dicitur terra, et pyromantia incantatio, quae fit de igne; et necromantia incantatio quae fit de mortuis. Ὕδωρ componitur hic enhydris, is ·i· serpens in aqua nitens *, et hic chersydrus, ri ·i· serpens in aquis et terris commorans; nam chersos dicitur terra, qui etiam chelydrus dicitur. * *natans?*

Ianua, ae, porta; inde hic ianitor, ris ·i· ille qui observat ianuam, qui etiam hic ianuator dicitur, et haec ianitrix, cis ·i· illa quae observat ianuam; unde Plautus: hic recubare solet custos ianitrix: et hic Ianus, ni; et hoc ianiculum, li ·i· templum Iani *; unde Augustinus de civitate Dei. plebs in Ianiculum hostili direptione secesserat; et hic ianuarius, rii, pro mense, qui aliter dicitur ionovius, eo quod sit omnium mensium pater; consivius a satis tunc conserendis; quirinus eo quod tunc bella iniciantur; patucius, eo quod fores Iani in bello pateant; conclusius eo quod pace claudantur. * cave.

In praepositio est; inde infra; quod comparatur inferior, infimus; unde inferius, infime adverb. Et infimo, as ·i· subtus ponere; unde infimatus, a, um; unde Augustinus de civitate Dei in octavo: ingenia illa ad beatitudinem sublimata, ad miserias autem infimata. Et hic infernus, ni, dicitur ab infra; unde hic et haec infernalis, et haec le, et inferus, a, um, et hic et haec infernas, tis ·i· de inferno existens, sicut superaas de superius. Dicimus quoque infernus, a, um, sicut in Lucano reperies. Item ab in, intra; quod comparatur interior, intimus; unde interius, intime adverb. et hic et haec intimas, tis ·i· interius habi-

Digitized by Google

tans, et intimo, as ·i· demonstrare, et internus, a, um. Et ab hoc nomine interior dicitur haec interula ·i· camisia, et interulus, a, um ·i· interior; unde Marcianus: quin etiam interulos gaudens dissolvere nexus. Et ab hoc nomine interula dicitur interulatus ·i· camisia indutus. Item ab in inter, interim, interdum, interduatim ·i· interim, et intrinsecus ·i· interius, et intro adverb.: unde introrsum, et introneus, a, um ·i· interior. Et inthronizo, as ·i· aliquem in dignitatem ponere; unde verbalia. Et intro, as; unde verbalia et hic introitus, us. Item ab in haec infula, ae ·i· casula, vel puellarum flammeum; unde infulatus, a, um, et haec insula, ae; unde hic insulanus, ni ·i· insulae custos, et insulatus, a, um ·i· in insulam factus; unde Augustinus de civitate Dei in quarto: alias dicit regiones advenis fluctibus insulatas. Item ab in inde adv. quod componitur deinde, exinde, et subinde, et proinde: hinc etiam innumerae aliae partes, de quibus in secundo huius litterae tractatu plenius loquemur.

Idos forma, sed graecum est; inde hoc idolum, li; unde hic idololatra, ae ·i· idolorum cultor, et haec idololatria, ae, et haec idea, ae ·i· forma, vel exemplum, in quo erant omnia in mente Dei antequam fierent; unde Marcianus: quae quia sphaera imago videbatur ideaque mundi.

Iubilus, li ·i· argutus cantus; inde iubilo, as; et inde iubilator, iubilatus, iubilatio, et hoc iubilamen, nis, et iubileus, ei ·i· annus requietionis. Et componitur coniubilo, as, et reiubilo, as, et ab istis verbalia.

Iubeo, es, iussi, iussum, su, verb. neut.; inde iussus, a, um, et haec iussio, nis, et haec iuba, ae ·i· crinis equorum, et hoc iubar, ris, quod et pro nomine cuiusdam stellae, et pro splendore dicitur.

Digitized by Google

Imber, ris ·i· pluvia; inde hic imbriculus, li, diminut. et imbricus, a, um ·i· pluviosus, et hoc imbricium ·i· lovarium per quod aqua elicitur, quod aliter dicitur imbrex, cis; unde Prudentius in libro Hymnorum: imbricibus ruptis undantis desuper auri.

Icire, percutere; inde ictus, a, um ·i· percussus; unde Homerus: icta petit caelum, terris Cytherea relictis. Et haec ictio, nis ·i· percussio, et hic ictus, us, et ictuo, as, verb. frequentativ. ·i· saepe percutere; unde ictuator, ictuatus, ictuatio.

Integer comparatur integrior, integerrimus; unde integre, integrius, integerrime adverb. et haec integritas, tis, et haec integritudo, nis, et integro adv. unde Iosephus in quintodecimo: illud vero integro scio, quod nec bello victum reliqui. Et integro, as, quod non est in usu, sed inde dicitur integrasco, cis, quod componitur reintegrasco, cis. Integro componitur reintegro, as; et inde verbalia.

Hymnus *, ni ·i· laus; inde hic hymnista, ae ·i· ille qui hymnos canit; et hymnizo, as, hymnos canere, quod etiam dicitur hymnio, is, et inde verbalia.

* cod. *imn*.

Digitized by Google

Istis cursim a Grammatica dictatis, dirivandi imitata modum, secundum ita est eisdem litteris iniciata tractatum.

REPETITIONES.

I

Iuvencus, bos iuvenis.
Iuvenca, iuvenis vacca quae et bucula dicitur et iunix.
Iuvencula, iuvenis puella.
Iuvenculus, iuvenis.
Iuglans, castanea, quae et heracleotica et mollusca dicitur.
Iuventus, iuventa.
Iunix, bos iuvenis.
Iugare, coniungere, copulare, conglutinare, sociare, allicere.
Iugamen, sociamen, coniunctio, copulatio, glutinum.
Iugalis, sub iugo positus.
Idemtidem, item. Augustinus de civitate Dei: nunc in Deos eorum idemtidem auctores.
Iugulae, stellae quae originem ostendunt.
Iugamentum coniunctio vel ligamentum.
Iugosus, montuosus, altus, editus, sublimis, excelsus, arduus.
Iugulus, guttur, frumen, gula.
Iugis, continuus, frequens, assiduus.
Iurgare, litigare, conviciare, exprobrare, contumeliare, convitiare.
Iusticium, statio i. cessatio iuris.
Iusiurandum, iuris iuratio.
Iurgamen, iurgium, lis, litigium, rixa, cavilla, altercatio, contumia, contumelia, altercamen.
Iuridicus, iura dicens, causidicus, legislator.
Ius, quandoque pro carnis elixatura dicitur.
Iniuriosus, contumeliosus, flagitiosus, contumax, contumiosus.
Indusiari, induere.
Indumen, indumentum.
Induviae, indumenta, quod etiam inducula dicitur.
Indusiamen, indumen, indumentum inducula.
Iocari, ludere, lusitari, ioculari.
Iocista, ille qui ludit, qui et ludius dicitur, et ioculator, et ludicrus, et ludibundus.

Digitized by Google

Iocamen, ludus, iocus, ioculamen.

Ignibulum, turibulum, thymiaterium, turicremulum.

Ignire, inflammare, incendere.

Igneolus, igneus.

Ignicremus, igne crematus, quod et ustulatus dicitur.

Insignis, illustris, celticus, nobilis, egregius, augustus, authenticus, egrex.

Insignia, nobilitas.

Insignire, ornare, venustare, decusare, polire.

Inmergere, inmungere.

Oenomelum *, musti et mellis commixtio.

Inditus, impositus. Macrobius vas in quo vinum inditum est, mellarium nominetur.

Insignificabilis, quod non potest significari.

Incalare, vocare.

Intentivus, intentus.

Interdensatus, spissus.

Intempestativus, intemperatus.

Interpretamenta, interpretationes.

Internecare, occidere.

Internectus, occisus.

Internicies, mors.

Iactura, damnum, superstitio.

Iactare, iactitare, frequenter iacere.

Iactarius, qui sua iactat et perdit.

Iactaculum, iactus.

Ientaculum *, cibus ante prandium sumptus. * cod. *iactaculum.*

Iactamen, iactus.

Iaculum, telum, missile, pilum.

Ignoscere, remittere.

Ignoscitus, remissus. Terentius: ignoscitum est, creditum est.

Ὕδωρ, aqua, latex, lympha.

Hydria *, vas aquatile. * cod. *idr.*

Hydrus, serpens aquatilis, quod etiam hydra dicitur.

Hydrius, aquarius. * cod. *inom.*

Hydraula, quoddam genus organorum.

Hydromantia, incantatio quae fit de aqua.

Ianitor, portitor, ostiarius, ianuator, atriensis, hostitor, patigiarius.

Ianitrix, mulier observans ianuam.

Ianuarius, mensis a Iano *dictus.*

Infimas, inferius habitans, quod et infernas dicitur.

Intimare, demonstrare, patefacere, insinuare, enucleare, edicere, indicare, propalare, manifestare, enodare, innotescere, notificare, enervare, elucidare, denudare.

Infimatus, inferius depressus.

Digitized by Google

Interula, camisia, subucula.
Interulus, interior.
Interulatus, camisia indutus.
Interduatim, interim, obiter, interdum
Introneus, interior, intestinus, penitus, penitissimus, citerior, citimus, intimus, internus, inpositus, inmissus.
Insulanus, insularum habitator.
Inthronizare, aliquem in dignitatem ponere.
Innuba, innupta.
Internuntius, nuntius.
Inmodicus, intemperatus.
Inmorsus, ieiunus.
Inmunis, expers.
Infula, casula vel mappa.
Idololatra, idolorum cultor.
Idea, forma vel exemplum.
Iubilus, argutus cantus.
Iubileus, annus requietionis.
Iuba, crinis equorum.
Iubar, splendor, fulgor, radiamen, claritudo, coruscamen, emicamen.
Imbricus, pluviosus, nimbosus.
Imbricium, lovarium, impluvium, quod etiam imbrex dicitur.
Icire, percutere, ictuare, depuere, percellere, vapulare, ferire.
Integra, integre.
Interduus, assiduus, continuus, iugis.
Intertoedatus, varie maculatus.
Intentiosus, contumax.
Intercapedinatus, spatiosus.
Involucrum, cuiusque rei involutio.
Hymnire, hymnos canere, quod et hymnizare dicitur.
Hymnista, ille qui hymnos canit. Prudentius: state nunc hymnistae matres.
Infirmitas, indigestio, constipatio, correctio, indissolutio.
Infrunitus, indigestus, vel in malo peritus. Salomon: animo irreverenti et infrunito ne tradas me.
Intybus, genus holeris, vel radix impediens aratrum.
Intercolumnium, spatium inter columnas.
Intercapedo, spatium, intervallum, intersticium.
Interpretamentum, interpretatio.
Investis, sine veste, nudus, glaber, glabellus, gymnus.
Intestatus, sine testamento mortuus.
Incrustatio, pavimentum.
Idemtidem, item, itidem. Plautus: tardus ilico coepi esse, quom respecto idemtidem.
Interpunctio, distinctio.
Interpungere, distinguere.
Incolor, sine colore; sicut incorpor, sine corpore.

Iugruere, appropinquare, appropiare, approximare.
Insedabilis, non cessans.
Instultus, ex parte stultus.
Iterativus, quod saepius iteratur.
Indolescere, dolore tristis, vultuosus, sublestus. Sidonius: quae sunt amicis et inimicis indolescenda.
Iudicatorium, locus iudicii.
Itio, ambulatio. Augustinus: alternis itionibus et reditionibus.
Inpostor, perversus, contrarius, oppositus, inpostus. Statius: mens cunctis inposta manet.
Inpostura, perversitas, fraus, stropha, tegna alterplicitas, factio, dolus.
Incensare, incendere, irritare, incitare, commovere.
Indigitare, invocare, inplorare, exorare, supplicare, incalare.
Inquietes vel inquietus, sine quiete, et inrequietus in eodem sensu.
Iurgiare, rixare
Iubilitare, cantare.
Invergere, inclinare.
Inuncare, decipere.
Iuri-ficos, civiles.
Iocista, qui verbis ludit.
Illiberalis, non liberalis. Terentius: servum haut illiberalem praebes te.
Inficiari, negare, abdicare, diffiteri, abiudicare.
Inficiae, negationes. Tereutius: ille inficias ibit, sat scio.
Inpensa, sumptus, dispensa.
Inpensare, consumere, abligurire, prodegere.
Interdiu, diu. Plautus: interdiu quasi claudus sutor domi sedet.
Iconia, imago, effigies, iconisma, staticulum, stigma.
Hippomanes, genus acerbissimi veneni. Theodolus: hyppomanes tractant, gustu sua membra cruentant.
Interluctare, impedire.
Inpiare, crudeliter agere. Sidonius: rastris funebribus inpiare.
Hyperbolicus, elatus, extollens, summissus, supinus, superbus, vesicosus.
Internecius, qui nec vivus est nec mortuus.
Inpetigo, pupula in corpore, quae et hyrna dicitur et inpetix.
Inpetiginosus, hyniosus, pupulosus, verrucosus, inaequalis.
Hydromelum, aqua mellita, quae anglice meda dicitur.
Iduare, dividere; inde iduus i. divisus.
Inbellis sine bello.
Inbellia, debilitas.

Digitized by Google

Interduca, nomen Iunonis, quae domum ducebat virgines.

Ictuatus, percussus.

Iapyx, ventus velox.

Inpubescere, crescere.

Involvolus, quaedam bestia quae viso homine se involvit.

Incitega, machina super quam amphora stat in convivio.

Infelicitare, affligere, afflictare, cruciari, tormentari.

Inferia, sacrificium infernalibus factum.

Incubar, qui res alienas tenet.

Incuba vel incubus, qui superincumbit.

Inporcitor, qui sulcos facit in agro; nam porca dicitur terra eminens inter duos sulcos.

Interegermus, paries qui inter duas domos interseritur.

Incicur, insipiens, stolidus.

Insulsus, stultus, bardus, blennus, brutus, infatuatus, insipidus.

Inforare, in foro placitare.

Incomiciare, in comicio placitare. Plautus: licet ne inforare, si incomiciare non licet?

Hierarcha, sacer princeps.

Hierarchia, sacer principatus.

Igma, vitium vasorum fictilium.

Incilla, fossa quae fit ad aquam derivandam in via.

Irpices, genus rastrorum, quod dentes plures habeant.

Irpini, lupi.

Iterato, iteratim, iterum, item, idemtidem.

Insupare, miscere.

Inhumanicare, per vim inferre.

Hyperephania, superbia, elatio, extollentia, arrogantia, fastus, tumor, insolentia.

Incuria, negligentia.

Incanivare, stuprare, crissare, cevere, infutuare, futire.

Inerticus, iners, remissus, laxus, semisomnis, ignavus, socors.

Ir, medietas palmae, quae et vola dicitur.

Inedia, penuria, inopia, indigentia, calamitas.

Inhibere, prohibere, vetare, interdicere, interminare,

Inficere, tingere.

Inextrinsecabilis, insolubilis.

Inquietare, non pacare.

Inolere, crescere, adolere, pullulare, fruticari.

Ignominia, obproprium, dedecus, improperium, flagitium, iniuria, iniuriamen.

Ignominiosus, iniuriosns, dedecorosus.

Inquilinus, advena, alienus, discosus, alienigena.

Incentivum, incensio.
Intentare, intendere.
Illicitatio, inobedientia.
Insolescens, superbus, elatus, insolens, arrogans, tuberosus, torosus, fastuosus, pervicax, vesicosus, hyperbolicus, supinus, summissus.
Hyperlyricus, super cantum lyrae dulcis.
Incalare, invocare, adsciscere, adscire.
Inportunus, protervus, pertinax, obstinatus.
Intercipere, deprehendere.
Inpertiri, dare, donare, praebere, tribuere, inpendere.
Infestus, molestus, gravis, acerbus, sublestus.
Infestare, molestare, guare *, officere.
Ingurgitare, infundere, devorare.
Ingratitudo, ubi gratia et favor non est.
Oeconomus *, villicus, dispensator.
Ideales, elementa.
Iduare, dividere.
Iduviae et reduviae, indumenta.
Inpos, non potens, debilis, inbecillis, invirtuosus, eviratus, elumbis.
Insertare, inmiscere.
Insitio, plantatio. Ovidius: venerit insitio, sacratus ramus adoptet.
Inserere, plantare.
Interminus, sine termino. Augustinus: si aeternitati interminae comparantur.
Inmutuare, alternare.
Inspicare, acuere. Virgilius: ferroque inspicat acuto.
Inpraesentiarum, in praesenti modo.
Intempestivus, quod in tempore congruo non fit. Boëthius: intempestivi funduntur vertice cani
Inextricabilis, insolubilis.
Invitamentum, invitatio. Augustinus: invitamenta nequitiae.
Indipisci, adquirere, adipisci.
Indeptus, adeptus. Augustinus: unus honorem amisit, alter indeptus est.
Interminari, vetare.
Incanus, valde canus: Ovidius: labra incana situ.
Inpes, impetus.
Inglorius, sine gloria.
Illex, qui aliquem inducit in fraudem.
Illicere, illaqueare, decipere, defraudare, calvire, inescare.
Interlitor, qui aliquem occidit.
Investiceps, cui barba nondum crescit, qui et imberbis dicitur.
Illepidus vel inlepidus, in-

* ita cod.
* cod. *ieon*.

suavis. Terentius: abi hinc cum tuis donis illepidis.

Interpolare, obscurare, obtenebrare, obnubilare.

Inpomentum, cibus qui caenae extremus inponitur, quod et bellarium dicitur.

Inpudicus, incestus, non castus.

Inpudicare, incestare.

Illimis, purus, sine limo. Ovidius: fons erat illimis nitidis argenteus undis.

* cod. *ist.* Hysterologia *, sermonis praeposteratio.

Intersticium, intervallum.

Inprobulus, inprobus. Iuvenalis: finge tamen te inprobulum.

Indigetes, Dii quorum nomina non audebant proferre.

Ineptare, infatuare.

Internodium, nodus genuum. Ovidius: mollia nodosus facit internodia poples.

Intercilium, spatium inter cilia.

Inscitia, insipientia. Terentius: vobis facere inscitia est.

Imbulus, porticus vel locus ad ambulandum aptus, quod et deambulatorium dicitur.

* cod. *ip.* Hypocrita *, superauratus, fictus, simulans.

Inscitus, insipiens. Horatius: sed turpe putat inscitae metuitque liturae.

Inaurare, ornare.

Incus, ferrum super quod faber percutit. Statius: innumera resonant incude Mycenae.

Intercus, qui aliquid inter cutem patitur. Cato: intercutibus stupris obstinatus.

Inescare, decipere. Terentius: nescis inescare homines, Sannio.

Insignire, honorare, vel nobilem facere.

Informare, habundare, instruere.

Inaequitare, non aeque agere.

Ingranare, grana in horreum ponere.

Insinuare, demonstrare.

Inflexuosus, inflexibilis.

Influctuare, habundare.

Infurcare, suspendere.

Interemna, chorda quae frequentius est inter amnes.

Internicidium, testamentum pro quo homo est occisus.

Irrefragabilis, irresistibilis.

Inplumis, sine pluma. Ovidius: inplumes Calaisque puer Zethusque fuere.

Importunare, inquietare, vexare.

Instita, parva panni particula, maior quam fimbria.

Iunix, bos non de iugo, iniunctus.

Inlices, canales in quibus aqua elicitur.

Digitized by Google

Inauris, anulus auris.
Intercutitus, qui aliquid inter cutem patitur, quod intercutaneus et intercus et subcus et subcutaneus dicitur.
Infrontuosus, audax, inpudibundus.
Illunis, sine luna. Sidonius: non nox illunis et turbida.
Invalitudo, infirmitas.
Invectare, portare.
Inpertire, donare.
Inpertes, expertes sine parte.
In palam, in aperto.
Inpurus, non purus.
Inpostus, perversus.
Inpexus, non pexus.
Improperare, infamare.
Inpendere, donare.
Inpendio, sedulo.
Inpendium, dispensa.
Inpendiosus, sedulus.
Inpendiose, sedule.
Irrogare *, aspergere.
Inceptare, incipere.
Inplorare, rogare.
Incomptus, laudatus *.
Insomnis vigil.
Institor, mercator.
Incrementum, excrementum.
Incrementare, crescere.
Indempnatus, indemnis.
Inscitus, indoctus.
Inenodabilis, insolubilis.
Infit, dixit.
Infrigidare, frigere.
Inmunitas, integritas.
Inmaniter, crudeliter.
Inpostrix, deceptrix.
Inhibitores, exactores.
Involare, in manu tenere.
Impubes, iuvenes, adolescentes.
Inexpletus, insatiatus.
Inconpetens, inconveniens.
Impiare, impie agere.
Impluvium, lavorium.
Intempestus, incongruus.
Induperator, imperator.
Imperitare, imperare.
In proclive, intente, sedule.
Incensare, incendere.
Incitabulum, incitatio.
Incaenis, sine caena.
Inplorare, rogare.
Irrugare, hirsutum facere.
Interclinium, diversitas viarum.
Inigere pecus, a pastu agere.
Indistanter, inseparabiliter.
Intricatus, implicatus.
Illinc, ex illa parte.
Isthinc, ex ista parte.
Inclamare, clamare.
Inofficiosus, inutilis.
Indisciplinatus, incorrectus
Inhalare, inspirare.
Infitari, inficiari, negare.
Inimicarius, adversarius.
Inconsideratus, indiscretus.
Inpense, inpendio, sedule.
Intricare, remorari.
In tricadro, in tertia parte.
Intitubanter, indubitanter.

* *irrorare*.

* ita cod.

PROLOGUS

DECIMAE LITTERAE ET UNDECIMAE.

Nonae litterae tractatu tandem elimato, *ad* defloran-dam expositionem fuit accincta Grammatica. Unde et eminus ait: De decimo quod k appellatur tractatura ele-mento, quod uti Marcianus ait, faucibus hiantibus, pa-tuloque palato formatur, nihil ferme exprimere novi, nisi quod omnes fere partes incipientes per k litteram, vel graecae sunt, vel a graecis compositae, ut hae: karisma *, inunctio, vel spiritus sanctus. Kalos, bonus; kalodaemon, bonus angelus. Kakos, malus; kakodae-mon, malus daemon. Kiri *, pater. Kirri *, porcus; et sic de ceteris. Unde quia constat fixam super hanc litteram, et generalem istam esse sententiam, plurima consequenter de undecima littera, quae est L. profe-remus; quae ut ait Marcianus, lingua palatoque dul-cescit, et pressa lingua promitur: quae et minus in-telligentes apprime instruent, et multa aemulis vulnera infigent. Duobus namque aemuli sauciabuntur modis, quia utilia et ad commune admodum proficentia com-modum enucleata intuebuntur, et quia ex enucleatis perplures in melius poterunt informari; verum coe-ptum laborem sedule et diligenter exequamur, tan-to contra eorum infestationes tutiores, quanto ab eis amplius infestamur. Dixit et incepit.

* immo *chrisma*.

* κύριος?

* χοῖρος.

Digitized by Google

L

Lego, is, gi, lectum, tu, verb. activ. Inde hic lector, ris, et haec lectrix, cis, lectus, a, um, haec lectio, nis; unde haec lectiuncula, ae, diminut. et hoc lectrum, ri ·i· analogium super quod legitur, et hic lectulus, li; et componitur hoc lectisternium ·i· stratio lecti. Item a lego, legito, as, et lectito, as, adv. et haec legia, ae, navis, eo quod legat ·i· colligat ante se aquas, et hic lembus, bi, similiter navis; unde Virgilius: non aliter quam qui adverso vix flumine lembum remigio subigit. Et hic lembulus, li, et lecturio, ris. Item a lego haec lectica, ae, pro curru dicitur, vel pro cortina. Et hoc legumen, nis; unde hic leguminarius, rii ·i· hortulanus, vel leguminis venditor. Et a praeterito legi, i mutata in o, fit lego, as ·i· mittere; unde legator, ris, et legatorius, a, um, et legatus, a, um, et haec legatio, nis, et hoc legamen, nis ·i· missio. Et componitur allego, as ·i· mittere; unde allegatus, allegatio. Ablego, as ·i· aliorsum mittere; unde Terentius in Hecira ponens participium ait: aliquo mihi hinc est ablegandus; et inde verbalia. Item a lego haec littera, ae; et dicitur littera quasi legitera, eo quod legendi iter praebeat; et inde haec littercula, ae, et haec litura, ae, ·i· foeditas litterae, et litteratus, a, um ·i· litteris instructus, et litterarius, a, um ·i· litteris plenus; unde Augustinus in sexto de civitate Dei: cum quidam litteraria Varronis opera praedicaret. Et hic litterator, ris ·i· multis litteris instructus; inde Hieronymus in expositione super Matthaeum: litterator, inquit, erat quod graece grammates

dicitur. Litteratus componitur illitteratus ·i· sine litteris. Littera componitur oblittero, as ·i· delere; et inde oblitteratus, a, um ·i· deletus; unde Macrobius de Saturnalibus: vis nobis verba multis iam saeculis oblitterata revocare? Hinc etiam Ambrosius super Hegesippum ait: pietatis genitalis usu oblitterato dolorem absorbuit; et haec oblitteratio. Item a lego haec lex, gis; unde legitimus, a, um, et hic et haec legalis, et hoc le; unde legaliter adv. Et componitur exlex, gis ·i· extra legem. Lego componitur diligo, gis ·i· amare; unde diligens, tis; et inde diligenter adv. et haec diligentia, ae, et dilectus, a, um, et haec dilectio, nis. Dicimus quoque delego, is, pro eligere; et inde verbalia; et hic delectus, us ·i· electio; unde Iosephus: in civitate nostra pro delectu militum. Item lego componitur colligo, is; unde collectus, a, um, et haec collectio, nis, et hoc collegium, gii ·i· societas, et hic collega, ae ·i· socius. Componitur quoque negligo, is ·i· despicere; et inde negligens, tis; unde negligenter adv. et haec negligentia, ae, et neglectus, a, um, et haec neglectio, nis. Componitur etiam eligo, gis; unde electus, a, um, et haec electio, nis, et hic et haec et hoc elegans, tis ·i· purus, et valens, quod comparatur elegantior, elegantissimus; unde eleganter, elegantius, elegantissime adv. et haec elegantia, ae ·i· praestantia. Componitur nihilominus lego intelligo, gis; unde intelligens, tis; et inde intelligenter adv. et haec intelligentia, ae, et hic intellectus, us; unde hic et haec intellectualis, et hoc le, et intellectualiter adv. Perlego, gis, relego, gis, et selego, gis ·i· seorsum ab aliis eligere; unde Augustinus in septimo de civitate Dei: si Dii seliguntur ut bul-

Digitized by Google

bi, fortassis ceteri reprobantur; et inde selectus, a, um ·i· ab aliis electus; unde idem in eodem: Deos, inquit, incertos et selectos diligenter explicans. Hinc etiam dicitur siligo, nis ·i· genus tritici, eo quo sit selectum ab alio; et inde siligineus, a, um.

Leo, es, lui ·i· delere, sed non est in usu; inde hoc letum *, ti ·i· mors; unde hic et haec letalis, et hoc le ·i· mortalis, et letaliter adv. ·i· mortaliter, et haec letania, ae ·i· invocatio pro mortuis facta, et letatus, a, um ·i· mortuus; unde Ovidius Metamorph.: quo simul intravit, letataque corpora vidit. Letum * componitur letifer, a, um, et hic lothophagus *, gi ·i· vermis mortuorum corpora comedens; nam φαγεῖν dicitur comedere; unde Ovidius de Remediis: illo Lothophagos, illo Sirenas in antro esse puta. Item a leo, haec Lethe ·i· fluvius infernalis, qui dicitur delere memoriam; et inde letheus, a, um ·i· obliviosus; unde lethea papavera dicimus, eo quod oblivionem comedentibus ea dent; et hic lethargus, gi, morbus oblivionem afferens; unde Boethius philosophia: lethargum inquit pateris; et inde lethargicus, a, um ·i· obliviosus, et haec lethargia, ae ·i· ipsa oblivionis infirmitas. Item a leo, secundum Isidorum, hoc lumen, nis, eo quod leat ·i· deleat tenebras; inde lumineus, a, um, et luminosus, et hoc luminare, ris ·i· lumen. Et lumino, as ·i· clarificare; unde Marcianus Capella: curiam obstupescentibus ceterorum ornatibus luminavit. Et componitur illumino, as; et inde verbalia. Ab hoc vero nomine, quod est lumen, dicitur lignum, secundum Isidorum, eo quod conversum in ignem lumen faciat; et inde ligneus, a, um, et hic lignarius, rii. Leo componitur deleo, es; inde deletus, a, um, et

* cod. *hic letus.*

* cod. *letus.*

* *cave.*

Digitized by Google

haec deletio, nis, et hoc delubrum, bri ·i· templum, eo quod ibi deleantur peccata.

Labor, ris, lapsus sum, su, verb. depon. Inde lapsus, a, um, et haec lapsio, nis, et lapso, as, verb. frequent. et lapsim adv. ·i· labiliter, et hic et haec labilis, et hoc le; unde labiliter adv. et hic labeo, nis ·i· tabernarius, vel lecator; unde Persius: an mihi polydamas et troiades labeonem praetulerint? Item a labor, haec labina, ae ·i· terra labilis, et lubricus, a, um ·i· labilis; et inde lubrico, as ·i· labi; unde Prudentius in Psychomachia: lubricat incertos dubia sub imagine visus; et inde verbalia. Et labo, as, verb. activ. ·i· labi; et inde labasco, is, similiter pro labi; unde Terentius in Eunucho: labascit victus uno verbo. Item a labor secundum quosdam hic labyrinthus, ti ·i· domus Daedali, eo quod erratilis erat, et ad labendum facilis, et haec labes, is; unde labecula, ae. Et per compositionem labefacio, is, quod et pro maculare dicitur, et pro labi; et inde labefactus, a, um ·i· lapsus; et inde labefacto, as ·i· labi; unde Persius: labefactet forcipe adunca. Labor componitur collabor, is; unde collapsus, collapsio. Prolabor, is; unde prolapsus, et prolapsio. Illabor, is; unde illapsus, et illapsio. Allabor, is; unde allapsus, et allapsio. Dilabor, is; unde dilapsus, et dilapsio. Relabor, is; unde relapsus, et relapsio. Elabor, ris; unde elapsus, et elapsio. Praelabor, ris; unde praelapsus, et praelapsio.

Lino, is, lini, vel levi, litum, tu, verb. activ. Inde litus, a, um; unde haec litura, ae ·i· foeditas, non qualiscumque, sed maxime litterarum, et haec lithostrata, ae ·i· pictura arte elaborata, et hic lithostra-

Digitized by Google

tus, ti ·i· stratus, vel cumulus lapidum. Item a lino, hoc linum, ni; unde lineus, a, um, et haec linea, ae, et hoc lien indeclinabile ·i· quaedam pars intestinorum; unde Plautus: lien necat, renes dolent, pulmo distrahitur; et inde lienosus, a, um ·i· ex lien habens infirmitatem; unde Plautus idem in Cassia: cor, ut opinor, lienosum habeo. Lino componitur illino, is; unde illitus, a, um. Collino, nis; unde collitus, a, um. Perlino, is, quod aliquando dicitur pro occidere; et inde hic perlitor, ris ·i· occisor; unde Accius: fictor scelerum, fratris perlitor; et perlitus, a, um. Oblinio, nis; unde oblitus, a, um. Relino, is; unde Terentius in tertia comoedia: relevi omnia dolia, omnes serias. Et sciendum quod omnia composita a lino habent unum et eumdem sensum.

Lateo, es, ui, verb. neut. et caret supinis; inde haec latebra, ae; unde latebrosus, a, um, et hoc latibulum, li, et hic latex, cis ·i· aqua; unde laticosus, a, um ·i· aquosus, a, um, et latrina, ae ·i· cloaca. Et latesco, cis, quod componitur delitesco, is, et relitesco, is. Item a lateo hic latro, nis; unde hic latrunculus, li, et haec Laverna, ae ·i· Dea latronum, et hoc latrocinium, nii; et inde latrocinor, aris ·i· furari; unde verbalia. Item a lateo, hoc Latium, tii, pro quadam patria ubi Saturnus dicitur latuisse; et inde latinus, a, um, et haec latinitas, tis, et hic et haec latialis, et hoc le; unde latialiter adv. Lateo componitur deliteo, es, et reliteo, es.

Luo, is, ui, verb. neut. et caret supinis ·i· punire; unde Homerus: cur nata luit peccata parentis? Inde haec lues, is ·i· macula; unde haec luecula, ae, diminut. et luidus, vel lividus ·i· maculosus; unde

haec luvio *, nis ·i· foeditas. Item a luo haec lura, ae ·i· os utris, vel culicis; et inde dicitur luridus, a, um ·i· obscurus, et tenebrosus; unde Ovidius Metamorph.: me luridus occupat horror; et hic lurco, nis ·i· gluto qui semper hiat ad vorandum; unde beatus Adelmus in libro quem de Virginitate composuit: cum buccis, inquit, ambronibus, et labris lurconibus; et inde lurcare ·i· multum vorare. Item a luo hoc lutum, ti; inde lutosus, a, um, et lutose adv. et luteus, a, um ·i· luto similis; Virgilius: pinguia luteola pingit vaccinia caltha; et lutulentus, a, um ·i· foedus et luto plenus; et inde haec lutulentia, ae ·i· foetulentia, ac, et lutatus, a, um ·i· inunctus; unde Persius: compositus lecto, crassisque lutatus amomis. Luo componitur abluo, is; unde ablutus, a, um, et haec ablutio, nis. Colluo, is; unde collutus, a, um, et haec collutio, nis, et hoc colluvium, vii, et haec colluvies, ei, et haec colluvio, nis, omnia pro aquae inundatione. Eluo, is; unde elutus, a, um ·i· mundus, et comparatur elutior, elutissimus; unde elute, elutius, elutissime adv.; unde Horatius in Sermonibus: irriguo nihil est elutius horto. Proluo, is; unde prolutus, a, um, et haec prolutio, nis, et hoc proluvies, ei ·i· aquarum copia, et hoc proluvium, vii ·i· aquae inundatio, quod etiam pro cuiuslibet rei effusione dicitur; unde Terentius in Adelphis: quae est ista tam subita largitas? quod proluvium? Diluo, is; unde dilutus, a, um ·i· liquidus; unde Persius: dilutas queritur geminet quod fistula guttas; cuius comparativum Macrobius de Saturnalibus posuit sic: vinum epotum vim suam perdit, et fit dilutius. Et hoc diluvium, ii. Alluo, is; unde allutus, a, um, et haec allutio, nis;

* cod *lunio.*

et pluraliter hae allutes, tium •i• loca coenosa et aquis plena. Componitur etiam reluo, is, et interluo, is, et circumluo, is. Et notandum quod omnia composita a luo habent unum sensum, et dicuntur pro lavare.

Ludo, is, lusi, lusum, su, verb. neut. Inde hic lusor, ris, et lusorius, a, um, et hoc lusorium, rii •i• locus ubi luditur, et haec lusio, nis, et hic ludus, di; unde hic ludulus, li, diminut. et ludibundus, a, um •i• ludo plenus, et hic et haec ludibilis, et hoc le; unde ludibiliter adv. Ludo componitur ludificatus, ludificatio. Componitur quoque hoc diludium, dii •i• locus ubi ludi exercentur, vel diversus ludus ab alio; unde Horatius in Epistolarum libro: displicet ille locus, clamo, et diludia posco. Item a ludo hic ludius, dii •i• ioculator, et haec ludia, ae •i• ioculatrix, et ludicrus, a, um •i• ludo plenus; unde ludicrosus, a, um •i• ludibilis, et hoc ludibrium, rii •i• derisio. Et lusito, as •i• saepe ludere; unde Plautus in Captivis: coturnices dantur quibuscum lusitent; hinc etiam Macrobius de Saturnalibus: Caesar aliis, qui secum pila lusitabant, centena sestertia dari iussit; et inde verbalia. Ludo componitur deludo, is; unde delusor, ris, et delusorius, a, um, et delusus, a, um, et haec delusio, nis. Praeludo, is; unde praelusus, et praelusio, et hoc praeludium, dii •i• parvus ludus ante maiorem factus. Eludo, is •i• devidere; inde elusor, et elusus, et elusio. Componitur quoque illudo, is, et alludo, is •i• ludere, et reludo, dis, et ab istis verbalia.

Lenio, is, lenii, vel lenivi, lenitum, tu •i• mitescere; inde lenitus, a, um, et haec lenicio, nis, et hic et haec lenis, et hoc ne, quod comparatur lenior, le-

nissimus ; unde leniter , lenius , lenissime adv. et haec lenitas , et haec lenitudo , nis , et haec lena , ae ·i· ioculatrix ; unde Plautus : nomen est lenae multibiba , atque merobiba. Invenimus quoque lena pro quodam genere pallii ; Persius : cui circa humeros hyacinthina lena est. Item hic Lenaeus , ei ·i· Bacchus , eo quod ad potandum sit lenis , et hic leno , nis ·i· lecator ; unde hic lenunculus , li , diminut. ; unde Plautus in Poenulo : si dedero , aere militari , tetigero lenunculum. Invenimus etiam hic lenulus, li pro diminut. ; unde Plautus in Poenulo : ita ut coepi dicere , lenule de hac pugna ; et lenocinor , aris ·i· laecaciter vivere ; unde lenocinator, lenocinatus, lenocinatio , et hoc lenocinium, nii ·i· lenitudo , quod et pro lecacitate dicitur. Item a lenio hic lepus, ris, eo quod caro eius sit lenis ; et inde hic lepusculus , li , et leporinus , a , um , et lepidus , a , um ·i· suavis ; quod comparatur lepidior , lepidissimus ; unde lepide , lepidius , lepidissime adv. et haec lepiditas , tis , et lepidulus , a , um ·i· aliquantulum lepidus , et hic lepor , ris ·i· urbanitas , et haec lepida , ae ·i· antiquorum patrum imago ; unde Iuvenalis : si coram lepidis male vivitur. Lepidus componitur illepidus ·i· insuavis ; unde Terentius : abi hinc cum tuis donis tam illepidis. Lenio componitur oblinio , is ·i· mitescere ; unde oblinitus , a , um , et haec oblinicio , nis. Delinio , is , ·i· dulcem facere ; et inde delinitus , a , um , et haec delinicio , nis , et hoc delinimentum , ti ·i· dulcedo ; unde in Timaeo Platonis legimus : animorum item placiditatem in delinimentis musicae artis constituebamus.

Lacio , cis , non est in usu ; sed inde dicitur hoc licium , cii ·i· filum in subtegmine telae enodatum ;

unde hoc liciatorium, rii ·i· lignum, quo licium involvitur, et hic laqueus, ei; unde hic laqueolus, li, et hic laquetismus, mi ·i· tendicula; et dicitur laquetismus, quasi laqueus tensus, et hoc laquear, ris ·i· domus testitudineata, et ad instar laquei curvatim facta; unde laquearium, rii, quod idem significat. Et per compositionem illaqueo, as; unde verbalia. Item a lacio hoc lorum, ri, et haec lorica, ae; unde loricatus. Lacio componitur illicio, cis, illicii, vel illexi ·i· illaqueare; inde illectus, a, um, et haec illectio, nis. Et illecto, as ·i· saepe illaqueare; unde verbalia et hic et haec et hoc illex, cis ·i· ille, qui aliquem inducit in fraudem, quod etiam absolute pro fraudulentus dicitur; unde Plautus: esca est meretrix, pectus illex. Item lacio componitur pellicio, is ·i· decipere, et facit praeteritum pellexi, vel pellicui; unde Livius: quaepiam te mulier lydio fulgens ornatu, et gratia pellicuit; et inde pellectus, a, um ·i· deceptus, et haec pellectio, nis, et haec pellex, cis ·i· illa quae relinquitur pro legali coniuge; unde pellicatus, a, um ·i· luxuriosus. Item lacio componitur allicio, is ·i· illaqueare; et inde allectus, a, um, et haec allectio, nis.

Luna, ae; inde lunaticus, a, um, et hic et haec lunaris, et hoc re, et haec lunula, ae ·i· quoddam genus monilium; unde lunulatus, a, um ·i· monileatus; et luno, as ·i· curvare; unde Ovidius: lunavitque genu sinuosum fortiter arcum; et inde verbalia. Luna componitur illunis ·i· sine luna; Sidonius: non nox ea illunis et turbida. Et hoc semilunium, nii, quando videtur dimidia. Interlunium, nii, quando deficit. Plenilunium, nii, quando est plena.

Levo, as, avi, tum, tu, verb. activ.; inde verbalia; et hoc levamen, nis, et levatorium, rii, cum quo aliquid levatur, et haec levia *, ae ·i· terrae mensura, quae secundum Isidorum finitur quingentis passibus, et hic et haec levis, et hoc ve, quod comparatur levior, levissimus; unde leviter, levius, levissime adv. et haec levitas, tis. Et notandum quod laevis dicitur pro planus; unde Iuvenalis: sed podice laevi scinduntur tumidae, medico ridente, mariscae. Item a laevo haec laeva, ae ·i· sinistra; unde laevus, a, um ·i· malus, et sinister; et laevorsum ·i· sinistrorsum, in sinistra parte; et hic levir, ri ·i· uxoris meae frater; et hic levita, ae, eo quod aliorum vitam debeat levare *; unde leviticus, a, um, et haec levitissa, ae ·i· levitae uxor. Item a levo levio, as, et ab istis verbalia. Sciendum etiam quod laevare dicitur quandoque pro planare, prima syllaba producta; unde Horatius: nimis aspera sano laevabit cultu. Levo componitur allevo, as, et relevo, as, et elevo, as, et sublevo, as, et ab istis verbalia.

* Isid. *leuca.*

* *cave.*

Lingua, ae, secundum Isidorum dicitur a laedendo, eo quod dentibus illidatur; inde haec lingula, ae, et linguosus, a, um ·i· loquax, et linguatus, a, um ·i· in lingua potens, et hic et haec et hoc linguax, cis ·i· multum loquax. Item a lingua haec lingulaca, ae ·i· piscis formam habens linguae, vel ut aliis placet, mulier auguratrix. Et lingo, gis, verb. neut. quod componitur relingo, gis. Linguo componitur hoc sublinguium, guii ·i· locus subter linguam, et hic et haec elinguis, is ·i· mutus quasi extra linguam, et bilinguis, et trilinguis.

Libero, as, avi, tum, tu, verb. activ. Inde libe-

rator, liberatus, liberatio, et liber, a, um, quod comparatur liberior, liberrimus; unde libere, liberius, liberrime adv. et haec libertas, tis, et hic et haec liberalis, et hoc le; unde liberaliter adv. et haec liberalitas, quod et pro libertate, et pro humanitate dicitur. Et componitur illiberalis ·i· non liber; unde Terentius in Adelphis: servum haut illiberalem praebes te. Ab hoc nomine, quod est liber, dicitur hic liberus, ri ·i· filius ingenuus, et hic libertus, ti ·i· ille qui ex servitio factus est liber; unde Persius: non imo scombros libertis ponere cautus; et inde hic libertinus, ni ·i· liberti filius. Dicimus autem hic liber, ri, pro codice; et inde hic libellus, li, et hoc librarium. Liber quoque invenitur pro Baccho; unde Terentius: sine Cerere, et Libero frigescit Venus; sed et liber dicitur pro interiore arboris cortice; unde Statius Thebaidos: tepidi sub cortice libri. Libero componitur delibero, as; unde deliberatus, a, um, deliberatio.

Labor, ris, vel labos; inde laboriosus, a, um; unde laboriose adv. et haec laboriositas, tis, et hic labyrinthus, ti, domus Daedali, et dicitur labyrinthus quasi laborem habens intus; et inde labyrinthicus, a, um. Et laboro, as; unde verbalia. Et hoc laboramen, nis, et hoc laboratorium, rii ·i· locus laborantium. Et componitur elaboro, as, et collaboro, as, et ab istis verbalia.

Luceo, es, luxi, verb. neut. et caret supinis. Inde hic et haec lucibilis, et hoc le, et lucidus, a, um, quod comparatur lucidior, lucidissimus; unde lucide, lucidius, lucidissime adv. et lucidulus, a, um ·i· aliquantulum lucidus, et lucido, as; et inde verbalia. Et componitur elucido, as ·i· declarare; unde eluci-

datus, et elucidatio. Dilucido, as ·i· demonstrare; unde dilucidatus, a, um, et dilucidatio, et dilucidus, a, um ·i· clarus; unde dilucide adv. ·i· clare, et aperte. Item a luceo, haec lux, cis, quod componitur lucifer, et lucifluus; et inde dicitur luculentus, a, um ·i· clarus; quod comparatur luculentior, luculentissimus; unde luculenter, luculentius, luculentissime adv. et haec luculentia, ae ·i· claritas. Et lucesco, is, verb. frequent. unde Terentius: lucescit, cesso iam pultare hoc ostium vicini. Et componitur elucesco, is. Item a luceo hoc lucubrum, bri ·i· modicum lumen; unde lucubro, as ·i· vigilare; unde lucubratus, lucubratio, et haec lucubratiuncula, ae, et lucubre ·i· mane, vel vigilanter; unde Plautus in Cistellaria: si haec non nubat lucubre, fame familia pereat. Item a luceo, haec lucerna, ae; unde hoc lucernarium, rii ·i· candelabrum, et hic lucanus, ni ·i· splendor matutinus. Et componitur antelucanus ·i· eruptio aurorae ·i· ante lucem canens, et lusticiosus, a, um ·i· vespere nihil videns, quod etiam luciliosus dicitur; inde hic * lusticio, nis ·i· oculorum vitium, et luscus, a, um ·i· ex parte nihil videns, quos coclites antiqui, nos vero dicimus cyclopes. Item a luceo hic lucus, ci ·i· densum nemus, per antiphrasim ·i· per contrarium, eo quod ibi * minime luceat; unde hic luculus, li, diminut. et hoc lucar, aris ·i· pecunia ex luco collecta, et hic lupercus, ci ·i· sacerdos Iovis, lucum eius colens, et hoc lupercal, is ·i· fossa pastoralium ludorum in luco quasi theatrum facta. Et per compositionem collucare ·i· obscurare, tractum a ramis qui cadentes nemus obscurius faciunt. Item a luceo hic lucetius, ii ·i· Iupiter lucis auctor, et haec lucinia, ae ·i· quae-

* ita cod.

* cod. *sibi*.

dam modica avis. Luceo componitur eluceo, es, et illuceo, es, et praeluceo es, et interluceo, es, et diluceo, es; unde hoc diluculum, li.

Loquor, ris, locutus sum, utum, tu, verb. depon. Inde locutus, a, um, et haec locutio, nis, et haec loquela, ae, et hic et haec et hoc loquax, cis, quod comparatur loquacior, loquacissimus; unde loquaciter, loquacius, loquacissime adv. et haec loquacitas, tis, et loquaculus, a, um, et turpiloquus; unde hoc turpiloquium, et hoc anteloquium, ii ·i· prima locutio; unde Macrobius de Saturnalibus: meminerit sibi reservari anteloquii functionem. Loquor componitur colloquor, ris; unde colloquutus, a, um, et haec collocutio, nis, et hoc colloquium, ii. Proloquor, ris ·i· anteloqui; unde prolocutus, a, um, et haec prolocutio, nis, et hoc proloquium, quii. Eloquor, ris; unde eloquutus, a, um, et elocutio, nis, et hoc eloquium, ii. Praeloquor, ris; unde praeloquutus, a, um, et praelocutio, nis, et hoc praeloquium, quii.

Libro, as, verb. activ. Inde libratus, a, um, et haec libratio, nis, et hoc libramen, nis; unde hoc libramentum, ti ·i· aequatio. Et haec liburnis, is ·i· navis gracilis, et ad currendum habilis; unde Horatius in Odis: ibis liburnis inter alta navium. Dicimus hic liburnus, ni ·i· currus; unde Iuvenalis: ingenti curret super ora liburno. Item a libro haec librilla, ae ·i· baculus cum corrigia plumbeata ad librandum contra canes, et hoc libellium, ii ·i· flos quidam, eo quod crescendo sursum cito libretur; unde Plautus: tu rosa, tu trochium, et casia es, tu libellium. Et haec libra, ae; unde haec libella, ae ·i· parva libra,

et hic librarius, rii ·i· ille qui libram tenet, qui aliter dicitur libripens, ensis, eo quod de manu eius pendeat libra; unde Naevius: qui libram tenet appelletur libripens. Libra componitur hoc collibrum, bri ·i· foenus pecuniae, vel tota pecunia simul collibrata; et haec bilibris, is ·i· duarum librarum pondus; sic et trilibris, et quadrilibris dicitur; unde Plautus in Aularia: aulam quadrilibram auro honustam ego habeo. Libro componitur collibro, as, et relibro, as, et ab istis verbalia.

Ligo, as, verb. activ. Inde ligatus, et ligatio, et hoc ligamen, nis, et haec ligatura, ae, et hoc litus, oris, eo quod liget terram; unde littoreus, a, um. Item a ligo haec ligula, ae ·i· parva fascia cum qua aliquid ligatur; et inde ligulatus, ti ·i· coquus, qui ita vocatur propter veteres pannos, quos induit. Et componitur religo, as; unde religatus, et religatio, et hoc religamen, nis, et secundum Isidorum haec religio, nis, eo quod ad Dei religet servicium; et inde religiosus, a, um, et religiose adv. et haec religiositas, tis. Religiosus componitur irreligiosus; et inde irreligiose adv. Item ligo componitur alligo, as; unde alligatus, alligatio, et hoc alligamen, nis. Colligo, as; unde colligatus, colligatio, et hoc colligamen, nis. Illigo, as; unde illigatus, illigatio, et hoc illigamen. Subligo; unde subligatus, et subligatio, et hoc subligar, ris ·i· subcinctorium; unde Iuvenalis: thyrsumque tenent, et subligar Acci.

Liqueo, es, licui, verb. neut. et caret supinis. Inde liquidus, a, um, quod comparatur liquidior, liquidissimus; unde liquide, liquidius, liquidissime adv. et haec liquiditas, tis, et hic liquor, ris. Et liquesco,

cis, quod componitur eliquesco, cis. Item a liqueo hic lacus, ci, vel hic lacus, us; et inde hic laculus, li, diminut. et hoc lacunar, ris •i• strata tabulatio in domo; unde Iuvenalis: doctus spectare lacunar; quod etiam laquear dicitur; et inde laquearius, a, um; unde Iosephus in octavo: de lignis caelatis opere laqueario auro vestitis. Item a liqueo liquitur verb. defectiv. et liquo, as •i• decurrere; unde liquatus, liquatio, et hoc liquamen, nis, et hoc liquamentum, ti. Et componitur eliquo, as, similiter decurrere, quod etiam dicitur pro foras emittere; unde Persius: eliquat ac tenero subplantat verba palato; et inde verbalia. Item a liqueo, haec lacuna, ae •i• lacus; unde Ovidius Metamorph. in octavo: tenet ima lacunae lenta salix. Et hoc ligustrum, tri •i• flos quidam ideo a liqueo dictus quia cito liquet, et marcescit; unde Virgilius: alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur. Liqueo componitur eliqueo es •i• decurrere; et inde eliquus, a, um •i• purus, et liquore plenus; et electo, as, inde dicitur •i• foras emittere; unde Plautus in Asinaria: ibo adversum, atque electabo quicquid illud sit; et inde electatus, et electatio, et hoc electrum, tri •i• quoddam genus metalli ex auro argentoque conflatum. Componitur etiam liqueo deliqueo, es •i• decurrere; unde Ovidius: delicuit, stagnumque suo de nomine fecit; et inde deliquus, a, um •i• purus et liquidus, et hoc deliquium, ii, degustatio, destillamen; unde Plautus in Cassia: tibi domi nihil deliquium est.

Laedo, is, si, laesum, su, verb. activ. Inde laesus, a, um, et haec laesio, nis, et haec laesūra, ae, et et hic et haec laedibilis, et haec ledo, nis, •i• maris exundatio, sicut malina est eiusdem retractio. Item a

laedo secundum Isidorum, hic lapis, dis, eo quod pedem laedat; unde hic lapillus, li, et lapideus, a, um, et haec lapista, ae ·i· genus vasis lapidei et aquarii. Et lapido, as; unde lapidator, lapidatus, lapidatio. Et componitur dilapido, as ·i· dispergere; et inde verbalia. Lapis componitur hic lapidicaedius, dii ·i· lapidis caesor, qui etiam lapidicida dicitur, et haec lapidicina, ae ·i· locus vel domus ubi caeduntur lapides. Item a laedo secundum eumdem Isidorum, hoc litus, oris; unde Cicero in Topicis: litus est quod fluctu illiditur; et inde littoreus, a, um. Laedo componitur elido, is, collido, is, relido, is, allido, is, oblido, is, et ab istis verbalia.

Lixeo, es, lixui, lixum, verb. neut. ·i· in aqua coquere; inde lixus, a, um ·i· coctus, et haec lixatura, ae ·i· coctio, quod etiam hoc lixamen dicitur, et hoc lixamentum, ti, et hic lixo, nis ·i· portator aquae, et hic lixa, ae, corbellus qui sequitur curiam; unde Lucanus de Catone: stat dum lixa bibat. Et inde per compositionem prolixus, a, um ·i· longus, quod nomen tractum est a longis lixarum passibus, et haec prolixitas, tis. Lixeo componitur relixeo, es, et elixeo, es ·i· coquere; et inde elixus, a, um ·i· coctus; unde Iuvenalis: et elixi vervecis labra comedit. Invenitur quoque pro molli; unde Persius: elixas nates labefactet forcipe adunca; et inde haec elixatura, ae ·i· coctura, ae.

Lanio, as, verb. activ.; inde laniator, laniatus, laniatio, et hic lanio, nis ·i· ille qui laniat, et qui etiam hic lanista dicitur, et hic lanius, nii; unde Terentius in Eunucho: concurruunt laeti obviam mihi cupidenarii, cetarii, lanii. Item a lanio hoc laniatorium, rii ·i· macellum ubi carnes laniantur, et haec la-

niena, ae ·i· domus medicorum, ubi laniantur infirmi; unde Prudentius in libro Hymnorum: laniena quando saevit hypocrita; et haec lana, ae; unde laneus, a, um, et hic et haec lanifex, cis, qui lanam facit; unde hoc lanificium, cii ·i· ipsa lanae operatio. Et lanifico, as ·i· lanam facere, et lanitus, a, um, dicitur a lana ·i· laneus, quod et lanicus dicitur, et hic lemniscus, ci ·i· fasciola ex lana, et hic lanarius, rii ·i· retiarius, et haec lanugo, nis ·i· nova barba. Lanio componitur dilanio, as, et relanio, as, et ab istis verbalia.

Longus componitur longior, longissimus; unde longe, longule, longius, longissime adverb. et haec longitudo, nis, et longiturnus, a, um; et inde haec longiturnitas, tis, et longinquosus, a, um. Longe componitur alonge, delonge, elonge, omnes in uno sensu: hinc etiam dicitur longo, as, quod non est in usu; sed componitur elongo, as, et prolongo, as, et ab istis verbalia. Longus componitur bislongus, oblongus, longanimus, longaevus ·i· senex; unde longaevitas, tis, et semilongus.

Lustro, as, verb. activ. ·i· circumdare; inde lustrator, lustratus, lustratio, et hoc lustramen, nis ·i· circuitio, et hic et haec lustralis, et hoc le ·i· quod facile potest circumdari; unde Persius: lustralibus ante salinis expiat. Et hic lustricus, ci; unde Macrobius de Saturnalibus designans quid illud sit ait: nonus dies nascentium lustricus dicitur. Et hoc lustrum ri, quod et pro ferarum receptaculo, et pro quinque accipitur diebus, et hic lustro, nis ·i· ille qui vagus est, et nihil agit nisi fora lustrat; unde Naevius de quodam: vagus, inquit, est et lustro. Lustro componitur illustro, as ·i· circumdare; et inde illustrator, il-

lustratus, illustratio, et hoc illustramen, nis, et hic et haec illustris, et hoc illustre •i• nobilis. Componitur quoque perlustro, as •i• circumdare; et inde verbalia; et hic et haec praelustris, et hoc re •i• nobilis, et altus qui prae omnibus lustratur et ambitur; unde Ovidius Tristium: vive tibi, quantumque potes praelustria vita. Componitur etiam collustro, as, et praelustro, as, et sublustro, as, omnia pro circumdare, et ab istis verbalia; et hic et haec sublustris, et hoc re •i• ad circuendum habilis, sicut est clara nox; unde Horatius in Odis: opifex coronae nocte sublustri. Hinc etiam Homerus ait: qui secum tacitae sublustri noctis in umbra.

Libet verb. defectiv. Inde libens, tis, quod comparatur libentior, libentissimus; unde libenter, libentius, libentissime, et haec libentia, ae; unde Macrobius de Saturnalibus: cui libentiae gratiaeque conviviorum omnes cognitae sunt. Item a libet libitus, a, um, et libum, bi •i• placenta, quod gallice dicitur nvastellus; unde Iuvenalis: caleat puls annua libo; et inde libo, as •i• sacrificare, et inde verbalia. Item a libet haec libido, nis; unde sublibidineus, a, um, et haec Libitina, ae •i• libidinis dea, quod etiam pro morte, et pro feretro dicitur; unde Horatius in Odis: multaque pars mei vitabit Libitinam. Item a libet libesco, cis, verb. inchoativ. Et notandum quod antiqui dicebant lubet, et lubesco pro libet, et libesco; unde nos utimur composito eius, allubesco, is •i• obedire, assentire; unde Marcianus cum Stilbonte incedens conubiorum copulis allubescebat; et inde haec allubescentia, ae •i• obedientia.

Lacteo, es, ui, verb. neut. et caret supinis; inde

lactesco, cis, et lacteus, a, um, quod componitur collacteus, a, um ·i· eiusdem lactis; unde Marcianus: sororis eius collactea, et indiscreto foedere amica; et inde lacteolus, a, um, idem quod lacteus, a, um, et hic Lacturnus, ni ·i· qui putabatur praeesse segeti lactescenti; et plur. hae lactes, ium ·i· pars intestinorum, pellicula illa, unde lac coagulatur; unde Persius: pulmone et lactibus unctis. Item a lacteo, lacto, as, quod componitur ablacto, as ·i· a lacte extrahere; et inde ablactatus, et haec ablactatio. Delecto, as; unde delectatus, delectatio, et hoc delectamen, nis; unde hoc delectamentum, ti; et plur. hae deliciae, arum; unde deliciosus, a, um, et deliciose adv. Componitur etiam lacto, collacto, as; unde verbalia, et collactaneus, a, um ·i· eodem lacte nutritus. Oblecto, as; unde oblectatus, oblectatio, et hoc oblectamen, nis, et hoc oblectamentum, ti. Et notandum quod lacteo et lacto non habent eumdem sensum: dicimus enim lacteo, lac sugo; lacto, lac praebeo nato.

Licet verb. defectiv.; inde licenter adverb. et haec licentia, ae, et licitus, a, um, quod componitur illicitus; et licetur ·i· venum datur verb. defectiv. et habet sensum activi, et litteraturam passivi; unde Persius: et centum Graecos curto centusse licetur; et inde licitor, aris ·i· venundare; unde Ambrosius super Hegesippum: quantae illud intemperantiae fuit, ut promto in libidinem viro formam suam venalem faceret, et pulchritudinem licitaretur; et inde licitator, ris ·i· mercator, et licitatus, a, um ·i· venditus, et haec licitatio, nis ·i· venditio.

Loco, as, verb. activ.; inde verbalia; et hic locus, ci; unde hic loculus, li, et hic locellus, li, et

locito, as, verb. frequentativ.; unde Terentius in Adelphis: paululum quod locitas foris. Item a loco hic et haec localis, et hoc le; unde locaciter adverb. et haec locacitas, tis. Et per compositionem hic et haec locuples, tis ·i· dives, et dicitur locuples, quasi loco plenus; et inde locuplebiliter ·i· ditanter, et largiter adv. unde Iosephus in nono: Deo munifice, et locuplebiliter inmolabant. Et locupleto, as ·i· ditescere; et inde locupletatus, a, um, et haec locupletatio. Loco componitur colloco, as; et inde verbalia.

Lacrimor, aris, verb. deponens; inde lacrimatus, a, um, lacrimatio, lacrimabilis, lacrimabiliter, et haec lacrima, ae; unde haec lacrimula, ae, et lacrimosus, a, um ·i· lacrimis plenus; et inde lacrimose adv. Lacrimor componitur illacrimor, aris, et collacrimor, ris, et ab istis verbalia.

Lupus, pi; inde lupinus, a, um, et hic lupillus, li ·i· parvus lupus, et haec lupa, ae ·i· uxor lupi, et aliquando dicitur pro meretrice, et tunc inde dicitur hoc lupanar, ris ·i· domus meretricum; et hic lupinus, ni ·i· quoddam genus leguminis; unde Virgilius: aut tenuis foetus viciae, tristesque lupini; et hoc lupatum, ti ·i· genus asperorum frenorum; vel ut aliis placet molinellum ipsius freni. Invenimus lupus pro hoc nomine, quod est lupatum; unde Ovidius Tristium: et placide diros accipit ore lupos.

Latus, a, um, comparatur latior, latissimus; unde late, latius, latissime adverb. et haec latitudo, nis. Et lato, as, quod non est in usu; sed componitur dilato, as ·i· differre; et inde dilatatus, dilatatio, et hoc dilatamen, nis. Item ab hoc nomine, quod est latus, hoc latus, ris; unde hoc latusculum: li ·i· parvum la-

Digitized by Google

tus. Et per compositionem hic et haec collateralis, lis ·i· contiguus et vicinus, et hic later, ris ·i· gleba cocta, unde antiqui muros faciebant. Et haec lamma, ae, eo quod lata sit; et inde haec lamina, ae. Item ab hoc nomine, quod est latus, haec lanx, cis ·i· discus latus; unde Plautus in Gurgulione: imo in lancibus quae tibi sunt parata. Dicitur quoque lanx pro libra; unde Homerus: sustinet auratas aequali pondere lances; et tunc inde venit haec lancea, ae, quod aequa lance sit; et inde haec lanceola, ae. Et lancino, as ·i· laniare; unde Prudentius in libro Hymnorum: omne hoc quicquid lancinamur, non dolet. Et componitur dilancino, as, similiter dilaniare; unde idem Prudentius ponens participium in eodem libro ait: membra morti obnoxia dilancinata interficis.

Lamentor, aris, verb. deponens; inde lamentator, lamentatus, lamentatio, et hoc lamentum, ti, et haec lamia, ae ·i· quaedam crudelis bestia, et haec lama, ae ·i· lapis abrutus * in via, eo quod viatores faciat lamentari. Lamentor componitur collamentor, ris; et inde verbalia.

* ita cod.

Lacero, as, verb. activ.; inde laceratus, laceratio, et hoc laceramen, nis, et hoc laceramentum, ti, et lacer, a, um; unde lacerosus, a, um; et componitur semilacer. Item a lacero, hic lacertus, ti ·i· brachium, eo quod ad lacerandum sit habilis; et inde hic lacertulus, li, et lacertosus, a, um ·i· fortis; unde Ovidius Metamorph in undecimo: dura lacertosis fodiebant arva coloni. Et lacertatus, a, um ·i· magnos habens lacertos, et haec lacerta, ae, pro quodam verme, quod etiam pro hortulo dicitur; unde Iuvenalis: est aliquid quacumque domo quocumque re-

Digitized by Google

cessu, unius sese dominum fecisse lacertae. Item a lacero haec lacinia, ae ·i· vestis lacerata; unde Macrobius de Saturnalibus: toga Caesar praecingebatur, ut trahendo laciniam mollis incederet; et inde laciniosus, a, um ·i· laceratus; unde Hieronymus in expositione super Isaiam: qui pro cunctis laciniosae legis caerimoniis dedit praeceptum; et haec lacerna, ae ·i· palla verrens; unde Iuvenalis: humero revocante lacernam; et inde lacernatus, ·i· pallio indutus; unde idem Iuvenalis: ipse lacernatae cum se iactaret amicae. Lacero componitur dilacero, as; unde dilaceratus, a, um, et haec dilaceratio, nis.

Limus, mi ·i· terra humida; inde limosus, a, um ·i· limo plenus, et hic limax, cis ·i· vermis in limo morans, et hic limarius, rii ·i· retiarius, et hic limniscus, ci ·i· virgula inter duos punctos, et haec lima, ae, eo quod limum auferat de ferro; et inde haec limula, ae, diminut. Et limo, as ·i· purgare; unde verbalia. Et componitur elimo, as ·i· purgare; unde elimatus, a, um ·i· clarus, vel purgatus; et elimate, et elimatim adverb. ·i· clare, et hoc elimatum, ti ·i· purgamentum. Componitur quoque elimo, as ·i· deterere, et demolire; unde Lucanus: paene gener crassis oblimat Echinadas undis; et inde oblimatus, a, um, et oblimatio.

Ligurrio, is, rivi, tum, tu, verb. neut. ·i· lingere; unde Horatius in Sermonibus: tractavit manibus dum furta ligurrit; et inde secundum quosdam hic lixa, ae ·i· corbellus qui sequitur curiam; unde lixabundus, a, um ·i· ille qui latis incedit passibus, et luxuria, ae, quasi lixiria, eo quod a lixis maxime frequentetur; et inde luxuriosus, a, um, et luxuriose

adverb. et haec luxuries, ei, et luxurio, as; unde verbalia. Et hic luxus, us ·i· luxuria in vestibus et cibis; et inde luxosus, a, um ·i· luxu plenus. Item a ligurrio, ligurritus, et ligurricio, et hoc ligurrimen, nis ·i· linctio. Et componitur abligurrio, is ·i· vastare; unde Terentius in Eunucho: patria qui abligurriat bona; et inde verbalia; et haec ligurrigo, ginis ·i· prodigalitas.

Lentus comparatur lentior, lentissimus; unde lente, lentius, lentissime, et haec lentitudo, nis, et haec lentiscus, ci, quaedam arbor, eo quod eius cuspis sit lenta ·i· flexibilis; et haec lens, tis ·i· quoddam genus leguminis, eo quod lente surgat; et haec lens, dis ·i· foetus pediculorum; et inde lenticosus, a, um ·i· lendibus plenus. Item ab hoc nomine, quod est lentus, haec lentigo, ginis ·i· vestigium parvarum macularum *, et haec lenticula, ae ·i· vas olearium. Et lenteo, es ·i· tardare; unde lentesco, cis, verb. frequentativum.

* cod. *caularum.*

Laudo, as, verb. activ.; inde laudator, laudatus, laudatio, et hic et haec laudabilis, et hoc le; unde laudabiliter adverb. et haec laus, dis; unde secundum Isidorum haec laurus, ri, eo quod hac victores cum laudibus coronabantur; et inde laureus, a, um, et haec laurea, ae ·i· victoria, et hoc laureolum, li ·i· discus; unde Iuvenalis: laureolum velox etiam bene lentulus egit. Item a laudo lautus, a, um ·i· laudatus per syncopam, et haec laucia, ae ·i· epularum magnificentia, et haec lauticia, ae ·i· aqua farina conspersa. Laudo componitur collaudo, as; et inde verbalia.

Largior, ris; inde largitor, ris, et largitus, a, um, et haec largitio, nis, et largus, a, um, quod comparatur largior, largissimus; unde large, largius, lar-

gissime, et haec largitas, tis, et haec largitudo, nis, et largisculus, a, um ·i· aliquantulum largus: hinc etiam dicitur hic lar, ris, pro domo, quod etiam pro igne dicitur; unde in antiquo proverbio dicitur: vidi larem in laribus; et inde dicitur hic lardus, di, eo quod igne consumatur. Largus componitur praelargus, et quamlargus, at dilargus, omnia pro valde largus, et largifluus, a, um. Largior componitur elargior, is, et ab istis verbalia.

Lumbus, bi, secundum Isidorum, dicitur a libidine; inde hoc lumbar, ris ·i· cingulum circa lumbos, quod etiam hoc lumbare, is, dicitur, et haec lumbago, ginis ·i· lumborum debilitas. Et componitur hic et haec elumbis, is ·i· debilis a fortitudine; unde Persius: summa delumbe saliva hoc natat in labris. Componitur etiam hoc lumbifragium, gii ·i· fractio lumborum; unde Plautus in Amphitrione: lumbifragium hinc auferes, si me irritas.

Lugeo, es, luxi, lugere, verb. neut.; inde hic luctus, us, et luctuosus, a, um; unde luctuose adverb. Et luctuo, as ·i· flere, et inde verbalia; et hic et haec lugubris, et hoc re ·i· flebilis; unde lugubriter adv. Luctus componitur luctificus, a, um. Item a lugeo lugesco, cis; et componitur elugesco, cis, et elugeo.

Limen, nis; inde Limentinus, a, um ·i· Deus qui putabatur praeesse liminibus, et secundum litteram hic limensis, is ·i· quoddam genus marmoris, et hic limas, cis ·i· vestis ab umbilico usque ad pedes, et hic et haec limis, is ·i· obliquus; unde Terentius in Eunucho: ego limis aspecto sic per flabellum; et hic limes, tis, callis; et pluraliter limmata, tum ·i· semitonia; unde Marcianus: licet intervenirent limmata.

Lavo, as, avi, lavatum, tu, verb. neut.; inde lavator, ris, et haec lavatrix, cis, et hoc lavatorium, rii, et hoc lavacrum, cri, et hoc locium, cii ·i· urina; unde Macer de viribus herbarum: cum mulsa bibitum, locium producit; et hic lodix, cis ·i· vellus; unde Iuvenalis: modo sub lodice relictis uteris in turba; et haec lavandria, ae, pro quadam herba, et hoc lavamen, nis. Dicimus quoque lavo, is, tertiae coniugationis correptae, et lotus, a, um, pro lavatus.

Lambo, bis, lampsi, verb. neut. et caret supinis; inde hoc labrum, bri, et hoc labellum, li, et hoc labium, bii, et haec lambrusca *, ae ·i· vitis silvestris, et lampas, dis, quod aliter dicitur lampada, ae. Lambo componitur allambo, bis.

* infra *labrusca*.

Lucrum, cri; inde hoc lucellum, li ·i· parvum lucrum, et lucrosus, a, um; unde Macrobius de Saturnalibus: nihil ad praesens sequendum putavit, nisi quod lucrosum esset; et inde lucrose adverb. Et per compositionem lucrifacio, cis; unde lucrefactus, a, um, et lucror, ris; unde lucrator, lucratus, lucratio, et hoc lucramen, nis. Lucror componitur collucror, ris; et inde verbalia.

Lira, ae, proprie dicitur sulcus aratri; unde delirare dicitur ·i· exorbitare sicut boves faciunt: hinc delirus dicitur ·i· stultus, et deliratus, et deliratio, et hoc deliramentum, ti ·i· derisio. Dicimus quoque lyra pro cithara; et inde lyricus, a, um ·i· dulcis, et suavis. Et componitur hoc lyricen, nis ·i· cum lyra canens; et inde haec lyricina, ae ·i· cantatrix; et hyperlyricus, a, um ·i· dulcis, et delectabilis super lyra; nam ὑπὲρ graece dicitur super.

Luctor, aris; inde luctator, luctatus, luctatio, et

Digitized by Google

hoc luctamen, nis, et haec lucta, ae, et luctabundus, a, um. Et componitur colluctor, aris; et inde verbalia.

Laetor, aris, verb. deponens inde laetans, tis, et laetanter adverb. et laetatus, a, um, et laetabundus, a, um, et laetus, a, um, quod comparatur laetior, laetissimus; unde laete, laetius, laetissime adv. et haec laetitia, ae. Laetus componitur perlaetus ·i· valde laetus. Laetor componitur collaetor, ris; unde verbalia.

Lascivus, a, um, comparatur lascivior, lascivissimus; unde lascive, lascivius, lascivissime, et haec lascivia, ae, et lasciviosus, a, um ·i· luxuriosus; unde lasciviose adverb. et haec lasciviositas, tis, et lascivire ·i· luxuriose.

Lis, tis; inde litigo, as; inde litigatus, litigatio, et hoc litigamen, nis, et hoc litigium, gii ·i· lis; et inde litigiosus, a, um, et litigiose adverb.

Logos sermo, inde logicus ·i· sermocinalis. Et componitur epilogus ·i· sermo praeloquens, et prologus quod idem significat.

Linum, ni; inde lineus, et linteum, et linteamen, et hoc linostema, tis ·i· vestis ex lana, et haec linna, ae ·i· sagum quadrum, et linifex, is, et hoc linificium, cii.

Lympha, ae ·i· aqua; inde lymphor, aris ·i· furere; unde lymphator, lymphatus, lymphatio, et lymphaticus, a, um, ·i· insanus.

Linquo, quis, componitur delinquo; unde hoc delictum, ti. Relinquo, is; unde relictus, a, um. Et componitur derelinquo, is; unde derelictus, a, um.

Livet, nigrescit, verb. defectiv.; inde lividus, a, um, ·i· invidiosus, et hic livor, ris, et livesco, cis, quod componitur collivesco, is.

Digitized by Google

Tractatum undecimae litterae primum cum sic cecinisset Grammatica, e vestigio secundum evolvens sic fuit exorsa.

REPETITIONES.

L

Lectitare vel legitare, frequenter legere.
Lecturire, legere desiderare.
Lectrum, analogium super quod legitur.
Legare, mittere, destinare, deliberare, delegare, allegare.
Legatus, missus, nuntius, missaticus, paranymphus, angelus.
Litura, foeditas, foetulentia, spurcitia, faeculentia, coenositas, lutulentia, luvies, luvio *, putor, labes.
Legia, navis.
Litteratus, litteris instructus.
Litterarius, litteris plenus, litteratus, grammaticus, grammates.
Legitimus, legalis, secundum legem vivens.
Letum, mors, nex, obitus, interitus, internicius *, Libitina.
Letania, invocatio pro mortuis facta.
Letalis, mortalis.
Letatus, mortuus.
Lethe, fluvius infernalis qui dicitur delere memoriam.
Letheus, obliviosus.
Lothophagus, vermis mortuos comedens.
Lethargia, oblivio mentis.
Lethargicus, obliviosus. Boëthius: lethargum, inquit, pateris.
Luminare, lumen, lucerna.
Luminosus, lumine plenus: Augustinus: luminosa pietate tranquillavit.
Lapsare, labi.
Labeo, lecator, vel tabernarius.
Labina, terra labilis.
Lapsim, labiliter.
Labascere, nutare, vacillare, labi.
Lubricus, labilis.
Lubricare, labilem facere.
Labyrinthus, erratilis.
Labefactare, labilem facere.
Labes, lues, foeditas, macula, luvio.
Linire, inglutinare.
Litus, illitus, oblitus, collitus, inglutinatus.

* cod. *lunies*, *lunio*.
* *cium?*

Lectisternium, stratio.

* *lodices?* Ludices *, meretrices, lupercae.

Lumbones, cingula circa lumbos, quae et lumbaria dicuntur et tenasia.

Lithostratos, cumulus arenae.

Lienosus, qui lien habet infirmum.

Latibulum, latebrae, occultatio.

Latex, aqua, lympha.

Laticosus, aquosus, aquatilis, aquaticus, lymphosus, lymphaticus.

Latrina, cloaca, sterquilinium, coenistergium.

Laverna, Dea furum.

Latrocinari, clepere, furari, depilare, expilare.

Lura, os utris vel cullei.

Luridus, obscurus, pallidus.

Lurcare, avide vorare.

Lurco, vorator, lecator.

Lutosus, luteus, lutulentus, foedus, foetulentus, coenosus, spurcus, faeculentus, foetidus, luitidus *, sordidus, tabidus.

* *luridus?*

Lues, macula, sordes.

Luteolus, luto similis.

Luere, puniri.

Lutatus, unctus.

Ludibundus, ludo plenus, quod et ludicrosus dicitur et ludicrus.

* *periscelis.*

Ludia, ioculatrix, quae et lena dicitur.

Lusorium, locus ubi luditur.

Lusitare, saepe ludere.

Lenire, mitigare.

Lena, ioculatrix, vel genus pallii.

Lenimen, lenimentum, lenitas, lenitudo.

Lenaeus, Bacchus, Liber, Lyaeus, Iacchus, Bromius, Dionysius.

Leno, lecator.

Lenulus, parvus lecator.

Lenunculus, parvus lecator.

Lenocinari, lecaciter vivere.

Lenocinium, lenitas vel lecacitas.

Lepidus, lenis, suavis, mitis, mansuetus.

Lepor, urbanitas, facetia, curialitas.

Lepidulus, aliquantulum lepidus.

Lepida, imago nobilium.

Licium, filum sub tegmine telae nodatum.

Liciatorium, lignum quo licium involvitur.

Laquetismus, laqueus tensus, decipula, pedica, tendicula, alterplicitas, factio.

Laquear, domus testudineata, quod et laqueare et lacunar dicitur. Iuvenalis: doctus spectare lacunar.

Lunula, genus monilium, quod etiam perissae *.

Lunaticus, secundum lunae incrementa infirmus.

Lunare, curvare.
Levia, terrae mensura quae finitur quingentis passibus.
Laeva, sinistra.
Lenis, dicitur pro planus.
Levir, uxoris meae frater.
Laevorsum in sinistra parte, quod et sinistrorsum dicitur.
Laevigare, alleviare.
Laevare, dicitur aliquando pro planare.
Laevus, malus, sinister.
Linguosus, loquax.
Linguax, multum loquens.
Linguatus, in lingua potens, loquax, verbosior, semiverbius *, verbosus, linguosus, linguax, dicax, multiloquus, verbicrepus, procax.
Lingulaca, piscis linguae similis, vel auguratrix.
Liber, codex, vel raptus ab arbore cortex.
Liberus, filius ingenuus.
Libertus, qui ex servicio factus est liber.
Libertinus, liberti filius.
Liberalitas, humanitas, benignitas.
Lucidulus, aliquantulum lucidus.
Lucidare, elucidare, declarare.
Luculentus, clarus, splendidus, decorus, venustus, coruscus.
Luculenter, splendide.
Luculentia, splendor, claritas, claritudo, iubar, radiamen, coruscamen.
Lucubrum, modicum lumen.
Lucescere, lucere.
Lucubrare, vigilare.
Lucubre, mane, vel vigilanter.
Lucubratiuncula, parva lucubratio ·i· vigilia.
Lucernarium, candelabrum.
Lucanus, splendor matutinus, et componitur antelucanus ·i· eruptio aurorae.
Lusticiosus, vespere nihil videns.
Lusticio, oculorum vitium.
Luciliosus, ex parte nihil videns, quod et luscus dicitur.
Lucus, densum nemus.
Luculus, parvus lucus.
Linter vel lintris, navis, prora, puppis, carina, cumba, cymba, carabus, lembus, lembulus, caupulus, legia, liburnis, caudea, trabaria, myoparo, dromo, celox. Plautus: quo hanc celocem conferam?
Lucar, pecunia ex luco collecta.
Lupercus, sacerdos Iovis.
Lupercal, fossa pastoralium ludorum in luco facta.
Lucetius, quoddam nomen Iovis.

* *seminverbius?*

Digitized by Google

Lucina, quaedam modica avis in luce canens.
Loquaculus, aliquantulum loquens, qui et dicaculus dicitur.
Libramen, aequatio.
Liburnis, navis parva.
Libramentum, aequatio.
Liburnus, currus.
Librilla, baculus cum corrigia plumbeata.
Libella, parva libra.
Libripens, qui libram tenet.
Libellium, flos quidam.
Ligula, fascia cum qua aliquid ligatur, ut fimbria.
Ligulatus, coquus, quia ligula est ornatus.
Liquamen et liquamentum, decursio, defluxio.
Liquare, decurrere, vel lingere.
Lacuna, lacus.
Liquitur, liquescit.
Ligustrum, flos quidam.
Ledo, maris exaestuatio.
Lapista, genus vasis lapidei.
Lapidicaeditis, lapidum caesor, qui et lapidicida et latomius dicitur.
Lapidicina, locus ubi lapides caeduntur.
Lixere, in aqua coquere.
Lixus, coctus, lixatus.
Lixatura, lixamen, lixamentum, coctio illa quae fit in aqua.
Lixaculus, luxuriosus.
Lixa, corbellus.
Lixabundus, productus, prolixus, oblongus.
Lanio, laniator, lanista, lanius, idem sunt.
Laniatorium, macellum.
Laniena, domus medicorum ubi infirmi laniantur.
Lanitus, laneus, quod et lanicus dicitur lana intextus.
Lanifex, qui lanam facit.
Lanificium, lanae operatio.
Lemniscus, fasciola ex lana.
Lanearius, retiarius, plagiarius.
Lanugo, barba.
Longinquosus, longinquus, quod et longiturnus dicitur.
Lustrare, circumdare, circuire, ambire.
Lustrum, quinque annorum spatium, vel saltus ferarum.
Lustrale, quod facile potest circumdari.
Lustramen, circuitio.
Lustricus, novus dies nascentium.
Libare, sacrificare, immolare, victimare.
Libum, placenta.
Libatorium, locus ubi sacrificatur.
Libasius, Bacchus, Lyaeus, Liber, Bromius, Iacchus, Dionysius, Lenaeus.
Libitina, feretrum, vel mors.

Lacteolus, lacteus.
Libentia, libitum.
Lustro, vagator.
Lacturius, Deus segetis adhuc lactescentis.
Lactes, pars intestinorum, unde lac coagulatur.
Lacteo, lac sugo.
Lacto, lac porrigo nato.
Licitator, mercator, institor, aucionator, mango.
Licitatus, venditus.
Licitari, vendere.
Licitatio, venditio.
Licetur, venum datur.
Loculus, parvus locus, vel alicuius rei involutio.
Locitare, saepe locare.
Locuples, dives, qui et locuplebilis dicitur.
Locupletare, ditescere.
Lupillus, parvus lupus.
Lupanar, meretricum tugurium, prostibulum, proseucha, ganeum, casella, crissatorium.
Lupatum, genus asperorum frenorum.
Lupinus, genus leguminis.
Latusculum, parvum latus.
Later, gleba cocta unde antiqui muros faciebant.
Lamma, lamina.
Lanx, discus; dicitur et pro libra.
Laturensis, qui plus in uno quam in alio latere cubat.
Lancinare, laniare.
Lamia, quaedam crudelis bestia.
Lama, lapis abrutus in via.
Lacer, laceratus, lacerosus, scissus, discerptus, discissus, diminutus.
Lacertus, brachium.
Lacertosus, fortis.
Lacertatus, magnos habens lacertos.
Lacerta, pro verme, vel pro horto.
Laciniosus, laceratus.
Lacinia, fimbria.
Lacerna, palla verrens.
Lacernatus, lacerna indutus.
Limus, terra humida.
Limosus, limo plenus.
Limarius, retiarius, plagiarius, linarius, cassarius.
Limax, vermis in limo commorans.
Limniscus, virgula inter duos punctos.
Limare, purgare.
Ligurrire, lingere.
Luxus, superfluitas in vestibus et cibis.
Luxosus, luxu plenus.
Ligurrimen, linctio.
Lentiscus. quaedam arbor.
Lendes, foetus pediculorum.
Lentes, quoddam genus leguminum.
Lendicosus, lendibus plenus.
Lentigo, vestigium parvarum caularum (*).

(*) Ita rursus codex. Num pro *macularum*, ut apud Papiam?

Lenticula, vas olearium.
Laureolum, discus.
Laurea, victoria, bravium, corollarium.
* *lavatus?* Lautus, laudatus *.
Laucia epularum magnificentia.
Lauticia, aqua farina conspersa.
Largiusculus, aliquantulum largus.
Lumbar, zona, lumbare, subligar, cingulum, cinctorium, cinctura, perizoma.
Lumbago, lumbi debilitas.
Lumbricus, vermis subterraneus. Plautus: lumbrice qui de terra erepsisti modo.
Luctuosus, flebilis, eiulabundus, lugubris, plorabundus.
Luctuare, flere.
Lumbifragium, fractio lumborum.
Limensis (1), quoddam genus marmoris.
Limentinus, Deus qui putabatur praeesse liminibus.
* cave.
Limas, vestis verrens.
Limis, obliquus.
Limes, callis.
Limmata, semitonia.
Lavandria, quaedam herba.
Locium, urina.
Labrusca, vitis silvestris.
Lodix, vestis linea quae vellus dicitur.
Lira, proprie sulcus aratri, vel cithara (lyra).
Lyricen, cum lyra canens.
Lyrista, citharista, quae et lyricina dicitur.
Lyricus, laudabilis, vel ut lyra dulcis.
Lascivire, luxuriare, petulcare.
Logicus, sermocinabilis.
Linostema, vestis ex lana.
Linna, sagum quadrum.
Lymphaticus, insanus, vecors, vecordiosus, vehemens, eximens, rabidosus, rabidus, daemoniosus.
Longitrosus, longinquus.
Lyristes, lyricen, citharista, citharoedus, chordacista, fidicen.
Lanium, cura ovium.
Licescit, licet. Plautus, discedat ergo, si licescit.
Latumium, genus supplicii ad verberandum.
Limascus, solutor litis.
Latria, deitas *; hinc etiam idololatra dicitur qui Deum sibi format; nam idolum forma dicitur.
Lepisca, vas vinarium.
Lappa, genus tribuli. Virgilius: lappaeque tribulique.
Leuca, miliarium.
Ligones, quod terram levent,

(1) Papias *limiesis*. Num *lunensis?*

quasi leviones.
Latomi, lapidum caesores.
Latoma, ubi lapides caeduntur. Plautus: ibis pol in latomas lapidarias.
Lucire, densare, spissare.
Laciniosus, pannosus, pannucius, fimbriosus, ligulatus.
Lacerdus, clades inguinaria (1).
Liminium (2), captivitas, exilium.
Lautumnae *, catenae, bacae, pedanae, columbaria.
Laboramentum, vinculum.
Laser, genus holeris.
Lacticulosus, lac desiderans.
Labrosus, grandia labra habens.
Laqueatus, ligatus, inplicitus, conexus, nodatus, vinculatus, iunctus, intricatus, ligulatus, fasceatus.
Linnexus, legiatus, amictus.
Laciatim, latine, lacialiter.
Laureare, coronare, vel victoriam adquirere.
Lauretum, locus ubi lauri crescunt.
Lauciae, mundiciae.
Laconia, genus catenae.
Lanpium, pulpitum, analogium, lectrum.
Laxamina, habenae.
Laetamen, stercus, fimum, quia eius gratia sata et germina laetantur.
Levitonarium, colobium lineum quia leve est.
Levidensis, vestis levis eo quod sit filis densata.
Licitator, persecutor, gladiator, apparitor, lictor, grassator, tortor, spiculator, perlitor, occisor, cui multa facere licet.
Licentiosus, licentiis plenus.
Licitare, licere, permittere.
Lignicismus, ferrum unde virgae et frutices inciduntur.
Ligularium, scrinium ubi ligulae reponuntur.
Limitanus, lapis limites dirimens.
Limutua, larva.
Limpidare, dilucidare, clarum facere.
Lentigines, pupulae, hyrnae, apostemata extra cutem.
Lychina, candela, cicindilia.
Lixiones, aquarum portitores.
Ludarius, locus deceptorius ubi aliquis deceptus cito labitur.
Lustramentum, faetor, oletum, putor, foetulentia.

* ita cod.

(1) Cod. *in gumaria*.
(2) Dubia lectio in cod. *liminium* vel *limonium*.

Digitized by Google

PROLOGUS

DUODECIMAE LITTERAE.

Postquam supradicta perceleri dirivandi forma peroravit Grammatica, compendiosum facere exordiens prohoemium, sic est ad consistentes concionata poëtas: Quid, o filioli? numquidnam prolatus dirivandi placet modus? Placet, inquiunt, o magistra, acceptaque venustissimae prolocutionis series, perdulcia mentibus nostris mella diffundit. Scio, inquit illa, quicquid in praesenti elicui concione bonis quibusque maxime placere; cum tamen et illud nullatenus lateat, sicut cetera examussim gesta, ita et hunc laborem totius insectatoribus boni aemulis displicere. Unum quoniam liquide clarescit, malos eos esse qui pro aliorum bene utiliterque gestis tam dire tamque invidenter inhumane mali, qui nec mentione digni habentur; in praesentiarum terga vertentes, ad bonorum commodum pollicito loquendi modo vela pandamus. Primum duodecimae litterae, quae dicitur M, tractatum inchoantes, quae secundum Marcianum labris formatur modice inpressis. Dixit, et inde canit quae vatum turma rogavit.

M

Meminit verbum defectiv. Inde hic et haec memor, ris; unde memoriter, et haec memoria, ae, et hic et haec memorialis, et hoc le, et memorialiter adv. et memoror, aris, verb. depon. unde memoratus, et memoratio, et memoranter adv. et hic et haec memorialis, et hoc le, et memorialiter adv. Et componitur conmemoror, ris, et rememoror, aris; unde Hieronymus in Psalterio ponens praeteritum ait: et rememorati sunt quia Deus adiutor est eorum; et ab istis verbalia. Memor componitur conmemor, is, et inmemor, is. Item a verbo meminit, haec mens, tis; unde haec mentio, nis, et mentior, iris, verb. depon. unde mentitus, a, um, et hic et haec et hoc mendax, cis, quod componitur mendacior, mendacissimus; unde mendaciter, mendacius, mendacissime adv. et mendaculus, a, um, diminut. ·i· aliquantulum mendax, et hoc mendacium, cii; unde hoc mendaciolum, li, diminut. et haec menda, ae ·i· macula, maxime illa quae solet esse in libris nondum emendatis; unde emendare dicimus ·i· corrigere, et dicitur emendare quasi mendam extra ponere. A menda quoque dicitur mendus, a, um, sordidus, mendiculosus; unde Ovidius de Remediis: tunc animo signa quodcumque in corpore mendum est; et inde mendosus, a, um ·i· maculosus, et mendose adv.; unde Persius: mendose colligis, inquit stoicus hic. Mendose autem hic quidam legunt pro mendaciter, quod nullo modo est concedendum. Mens componitur hic et haec et hoc demens, tis ·i· deorsum a mente, quod componitur dementor, ris ·i· furere; et inde verbalia.

Componitur quoque mens hic et haec et hoc vehemens, tis ·i· furiosus, et dicitur vehemens in mente; aliquando autem dicitur pro forti, sicut dicimus, aliquem vehementem habere carnem, cum fortiorem habet; et comparatur vehementior, vehementissimus; unde vehementer, vehementius, vehementissime adv. et haec vehementia, ae ·i· animi dementia. Item a memimit per compositionem reminiscor, ris, verb. depon. et conminiscor, aris ·i· adinvenire, et facit praeteritum conminiscitus, et conmentus; et inde conmentus, a, um, et hoc conmentum, ti ·i· carminis inventio, et conmentor, ris, similiter adinvenire; et inde conmentator, conmentatus, et hoc conmentarium, rii, pro conmento; unde hoc conmentariolum, li, diminut.

Moveo, es, vi, motum, tu, verb. activ. Inde motus, a, um, et haec motio, nis, et hic et haec mobilis, et hoc le; unde mobiliter adv. et haec mobilitas, tis. Et componitur inmobilis; unde inmobililiter adv. Et moto, as ·i· frequenter movere; et inde verbalia. Et hic momarsículus, li ·i· stultus, qui cito movetur ad iram; unde Plautus: quid tu o momarsicule homo praesumis? Item a moveo hoc momentum, ti, eo quod cito etiam transitu moveatur; unde hoc momentillum, li, diminut. et momentaneus, a, um. Inveni quoque hoc momen, nis, pro momento; unde Ennius: vestro sine momine venti. Item a moveo hic mons, tis, per antiphrasim ·i· per contrarium, quia minime de loco movetur, et hic monticulus, li, diminut., et montanus, a, um, et montuosus, a, um ·i· montibus plenus. Moveo componitur conmoveo, es; unde conmotus, a, um, et haec conmotio, nis. Et removeo, es; unde remotus, a, um,

et haec remotio, nis, et remotim ·i· separatim adv. unde Iosephus in octavo decimo: remotim sacrificia facientes. Semoveo, es ·i· separare; unde semotus, a, um, et haec semotio, nis, et semotim adv. ·i· separatim; unde idem Iosephus in sexto decimo: insinuans convivia et consultationes occulte semotimque. Componitur quoque dimoveo ·i· advertere. Admoveo, amoveo, promoveo, praemoveo, summoveo, et ab istis verbalia.

Magnus, a, um, quod comparatur maior, maximus. Ab hoc nomine, quod est magnus, hic magnes, tis, lapis indicus ferrum ad se trahens, et hic magnas, tis ·i· ille qui magnus est in populo, et haec magnitudo, nis, et hoc magnamentum, ti ·i· divinamentum. Magnus componitur quammagnus, et permagnus, ambo pro valde magnus, et magniloquus, a, um ·i· loquax, et hic et haec magnanimis, et hoc me ·i· audax; unde magnanimiter adv. ·i· audacter, et haec magnanimitas, tis. Dicimus quoque magnanimus, a, um, pro audax; unde Statius Achilleidos: magnanimum Aeacidem, formidatamque Tonanti. Componitur etiam magnus magnifico, as ·i· exaltare; unde verbalia; et magnificus, a, um ·i· sublimis, et generosus; unde magnifice adv. Dicitur quoque magnificens pro magnificus; sed non est in usu; et comparatur magnificentior, magnificentissimus; unde Iosephus in duodecimo: donavit ei magnificentissima munera; et inde haec magnificentia, ae. Ab hoc vero nomine, quod est maior, dicitur maius adv. et maiusculus, a, um ·i· aliquantulum maior; unde Terentius in Eunucho: Thais maiuscula est quam ego. Et maioro, as ·i· magnum facere; et inde verbalia. Et secundum Isidorum hic ma-

gister, ri; et dicitur magister quasi maior in statione; nam sterion dicitur statio; unde monasterium ·i· statio unius; et minister ·i· minor in statione dicitur; et inde hic magisterculus, li, diminut. et haec magistra, ae, et hic magistratus, us, et hoc magisterium, rii, et hic et haec magistralis. Ab hoc autem nomine, quod est maximus, dicitur maxime adv. et componitur quammaximus, et praemaximus, ambo pro valde maximus.

Manus, us; inde hoc manuale, is, pro quodam libro, et manutus, a, um ·i· magnas manus habens, et hic mango, nis ·i· mercator, et dicitur mango quasi manu agens; unde Horatius in Epistolis: nemo hoc mangonum faceret tibi. Item a manu hic mancus, ci, eo quod minime habet manum; et inde mancatus, a, um, et hoc manubrium, rii, quia manu tenetur, et haec manica, ae, unde manicatus, a, um, et haec manulea, ae ·i· manica; unde manuleatus, a, um ·i· manicatus; unde Plautus in Poenulo; manuleatam habere tunicam homines addecet. Item a manu, secundum Isidorum haec mappa ·i· togilla, et dicitur mappa quasi manupia ·i· pians manus; et inde haec mappula, ae, diminut. et pluraliter manupiae, rum ·i· excubiae, quae per spatia vigilant noctis, et hic manipulus, li ·i· quantum manus potest capere segetis, quod aliquando pro societate dicitur; unde Terentius in Eunucho: ubi est manipulus furum; unde etiam manupalares dicimus eos, qui signa ante regem deportant. Et componitur manipularis ·i· socius. Item a manu manifestus, a, um ·i· apertus, et quasi in manu positus; quod comparatur manifestior, manifestissimus; unde manifeste, manifestius, manifestissime adv. et ma-

nifesto, as; unde verbalia; et manifestarius, a, um ·i· aperte aliquid et manifeste faciens; unde Plautus in Aularia: obtrunco gallum manifestarium. Item a manu per compositionem hoc manutergium, gii ·i· togilla, cum qua terguntur manus, et hoc mancipium, pii ·i· famulus servus, et dicitur mancipium quasi manu captum, quia illi hoc nomine praecipue censebantur, qui in bello capiebantur, et in servitium redigebantur; et inde mancipiolum, li, diminut. et hic manceps, is, similiter pro servo; unde Prudentius in libro Hymnorum: tunc ipse manceps carceris. Et componitur manceps emanceps ·i· famulus a servitute liberatus; sicut e contrario mancipor, aris dicitur pro servire; et ab istis verbalia.

Miror, aris, verb. depon. Inde miranter adv. et miratus, a, um, et hic et haec mirabilis, et hoc le; unde mirabiliter adv. et hoc miraculum, li, et mirus, a, um, quod componitur miridicus, a, um ·i· mira dicens, et mirificus, a, um, et mirificentia, ae ·i· mirum, et mirifico, as, verb. neut. et inde verbalia. Item a miror, hic miro, nis ·i· mirator, et hoc myropolium, lii ·i· domus unguentaria, eo quod mire flagret; unde Plautus in Epidico: per myropolia, et lanienas defessus sum quaerendo: hinc etiam dicitur haec myrtus, ti, eo quod mire oleat; et inde myrteus, a, um, et hoc myrtetum, ti ·i· locus ubi myrtus crescit. Miror componitur demiror, ris; et inde verbalia.

Modus, di; inde hic modulus, li, diminut., et modo adv. quod componitur amodo, et tantummodo, et postmodo ·i· postmodum; unde Ovidius: perfer et obdura, postmodo mitis erit. Item a modo modestus, a, um ·i· temperatus, et discretus; et comparatur mo-

destior, modestissimus; unde modeste, modestius, modestissime adv. et haec modestia, ae, et modicus, a, um ·i· parvus, vel mensuratus; unde modice adv. et haec modicitas, tis. Et componitur inmodicus ·i· intemperatus; unde Statius Thebaidos: inmodicum ne Tydea. Item a modo modulo, as, vel modulor, ris ·i· canere; unde modulator, modulatus, modulatio, et hoc modulamen, nis; et a participio modulans, modulanter adv. et haec modulantia, ae. Modus componitur modificus, a, um, et modifico, as; unde modificator, et modificatus, modificatio.

Mando, is, didi, mansum, su ·i· comedere, verb. neut. Inde hic et haec mandibilis, et hoc le, et hic mando, nis, qui multum mandit, et haec mandibula, ae ·i· maxilla, quod in libro Iudicum reperies, et hic mansucius, cii ·i· edax, et ad mandendum paratus. Et manduco, as; unde verbalia; et hic manducus, ci ·i· ioculator turpiter mandens. Item a mando, mansus, a, um ·i· comestus. Et haec mala, ae ·i· maxilla; et inde hoc malobathrum, thri ·i· ungentum quoddam a malis lavandis dictum; unde Horatius in Odis: coronatus malobathro syrio capillos. Et haec maxilla, ae, dicitur a mala; unde hic et haec maxillaris, is. Mando componitur commando, is.

Mereor, ris, tus sum, tum, tu, verb. depon. Inde meritus, a, um, quod componitur inmeritus, et emeritus, et hoc meritorium, rii ·i· domuscula ubi cives res suas faciunt; unde Iuvenalis: nam quae meritoria somnum admittunt? Item a mereor haec merx, cis ·i· ipsa res quae venditur; unde haec mercicula, ae, diminut. et hic mercenarius, rii, et hoc mercimonium, nii ·i· quod in aliam venditur patriam. Et com-

ponitur hoc commercium, cii ·i· de pluribus rebus una venditio. Item a mereor haec merces, dis; unde haec mercedula, ae, diminut. et hic mercedius, cii ·i· propter mercedem dicens ·i· loquens. Et mercor, aris ·i· emere; unde mercator, mercatus, mercatio, et hoc mercatorium, ii ·i· locus ubi mercantur. Et per compositionem hic mercedonius, ii ·i· ille qui solvit mercedem, et hic mercedarius, rii ·i· ille qui mercedem dat. Componitur quoque merces, haec meretrix, cis, et dicitur méretrix quasi propter mercedem tricans ·i· fricans; et inde haec meretricula, ae, et meretricius, a, um, et hoc meretricium, cii ·i· domus meretricum; et meretricor, aris, verb. depon. et inde meretricator, meretricatus, meretricatio. Et notandum quod mereo, es, dicebant antiqui non mereor, ris; unde Lucanus: caena viro nomen castrorum in plebe merebat. Mereor componitur promereor, ris; et inde verbalia.

Malus, a, um, comparatur peior, pessime, et est comparatio anomala. Ab hoc nomine, quod est malus, dicitur male adv. et maliciosus, a, um; unde maliciose adv. et haec maliciositas, tis, et malignus, a, um, quod comparatur malignior, malignissimus; unde maligne, malignius, malignissime adv. et haec malignitas, tis, et malignor, ris ·i· maligne facere. Item a malo, haec malicia, ae, et haec malus, li ·i· arbor pomarii, et quandoque dicitur pro ligno, in quo velum dependet; unde Ovidius: pendentia carbasa malo; et inde dicitur hoc malum, li, pro pomo, et hoc malogranatum, ti, ·i· quoddam genus pomi multa in se continens grana. Malus componitur malefacio, cis, et malivolus, a, um; unde haec malivolentia, ae. Ab hoc vero nomine, quod est peior, dicitur peius

adv. et peioro, as ·i· peiorem facere; et inde verbalia. Ab hoc etiam nomine, quod est pessimus, dicitur pessime adverbium.

Mordeo, es, momordi, verb. neut. et caret supinis. Inde hic morsus, us, et hic morsellus, li, et hic et haec morsilis, et hoc le ·i· quod aptum est ad mordendum, et morsico, as ·i· frequenter mordere; et inde morsatilis, ad mordendum habilis, et mordicus adv. ·i· mordenter, morsibiliter; unde Plautus in Aularia: si quid devorti, me asini mordicus scindent. Item a mordeo, hic et haec et hoc mordax, cis, quod comparatur mordacior, mordacissime; unde mordaciter, mordacius, mordacissime adv. et haec mordacitas, tis, et mordaculus, a, um ·i· aliquantulum mordax. Et mordax componitur praemordax ·i· valde mordax, et morsus, a, um, dicitur a mordeo, quod non est in usu; sed inmorsus ·i· ieiunus; unde Horatius in Sermonibus: flagitat inmorsus refici. Item a mordeo, haec mors, tis; unde hic et haec mortalis, et hoc le, et mortaliter adv. et haec mortalitas, tis. Et componitur immortalis; unde immortaliter, et immortalitas, tis. A morte quoque dicitur, morior, ris, verb. depon. unde mortuus, a, um, et moribundus, a, um ·i· mortuo similis, vel mori incipiens, et hoc murtetum, ti, aqua calida de terra manans, quasi mortetum, quia ab inferis credebatur manare. Idem Horatius: sane murteta relinqui. Et morior componitur commorior, et emorior, et ab istis verbalia commortuus, et emortuus. Mors componitur hoc morticinum, ni ·i· morte caesum, et hoc morticinium, nii ·i· morte cadens; et mortifico, as; unde mortificatus, mortificatio. Mordeo componitur remordeo, es.

Mundus, a, um ·i· purus; et comparatur mundior, mundissimus; unde munde, mundius, mundissime adv. et haec munditia, ae, et hoc mundum, di ·i· munditiae praemium; unde in libro Hester: accipiat mundum mulicbre, et cetera ad usum necessaria ·i· unguenta et pigmenta, et cum quibus mulieres mundatiores et ornatiores habentur. Item ab hoc nomine, quod est mundus, mundo, as; unde mundatus, a, um, et comparatur mundatior, mundatissimus; unde verbalia. Et componitur emundo, as; et inde verbalia. Mundus componitur inmundus; unde inmunde adv. et haec inmundicia, ae. A mundo etiam dicitur hic mundus, di, pro orbe, vel secundum litteram per antiphrasim, quia minime est mundus; et inde mundanus, a, um, et hic et haec mundialis, et hoc le. Et componitur mundivagus, a, um.

Molior, ris, molitus sum, tum, tu ·i· machinari aliquid, ingeniose facere; inde hic molitor, ris ·i· artifex; unde Ovidius Metamorph. in nono: primaeque ratis molitor Iason; et molitus, a, um, et haec molitio, nis, et hoc molimen, nis; unde hoc molimentum, ti. Item haec mola; unde hic et haec molaris; et hoc molucrum ·i· illud quo mola vertitur, quod etiam pro tumore ventris dicitur. Et molio, is, verb. neut.; unde hoc molendinum, ni; unde hic molendinarius, rii. Et componitur emolio, is; unde verbalia; et hoc emolumentum, ti ·i· lucrum quod tractum est a lucro quod accipitur a molentibus. Et demolio, is, et remolio, is, et ab istis verbalia. A molio quoque secundum quosdam dicitur hic molossus, si ·i· canis magnus, et quasi ad demoliendum paratus; et inde molossicus, a, um ·i· mordax, vel rapax; unde Plau-

tus : quando res redierit, molosisci sumus. Molior componitur emolior, ris, et amolior.

Mollio, is, livi, tum, tu, verb. neut. Inde mollitus, a, um, et haec mollitio, nis, et mollito, as, verb. frequent. ·i· mollire; et hic mulus, li, pro eo quod molliter ambulet; unde haec mula, ae, et hic mulio, nis ·i· mulorum custos; unde Iuvenalis: iamdudum mulio virga innuit. Dicimus etiam hic mulius, lii, pro custode mulorum; unde Horatius: blateras clamore furisque * mulius *. Item a mollio, mollesco, cis, et haec molestra, ae ·i· pellis ovina, eo quod mollis sit, et hic et haec mollis, et hoc le, quod comparatur mollior, mollissimus; unde molliter, mollius, mollissime adv. et haec mollicia, ae, et haec mollicies, ei, et molliculus, a, um ·i· aliquantulum mollis; unde Plautus in Cassia: volo escas molliculas, ut ipsa mollicula est. Hinc etiam secundum Isidorum dicitur hic milvus, vi, eo quod mollis sit, et haec murena, ae, pro pisce crasso et molli, quia nullum os habet; unde Macrobius de Saturnalibus: Varro, inquit, ait quod in Sicilia murenae manu capiuntur, quae ibi flutae dicuntur, eo quod in summa aqua pro pinguedine nimia fluitentur, quae etiam aliter licini vocantur; et inde haec murenula, ae, quod et pro parva murena, et pro monili dicitur; unde in Canticis: murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento. Mollis componitur praemollis, et quammollis. Mollio componitur emollio, is.

* cod. *clamo fugisque.*

* edit. *Mulvius.*

Muto, as, avi, tum, tu, verb. activ. Inde mutatus, a, um, et haec mutatio, nis, et hic et haec mutabilis, et hoc le; unde mutabiliter adv. et haec mutabilitas, tis. Et componitur inmutabilis, unde inmu-

tabiliter adv. et hoc mutatorium, rii ·i· vestis preciosa, pro qua sumenda, alia mutatur; unde in historia Regum legimus quod Naaman duo mutatoria dedit Giezi. Item a muto mutus, a, um, unde mutuo adv.; et mutuo, as, unde mutuator, mutuatus, mutuatio. Et componitur inmutuo, as ·i. mutuare ·i· alternare. Et illud componitur exinmutuo, as ·i· pauperem facere, et ab istis verbalia. Item a mutuo, mutilus, a, um ·i· sine cornibus; unde Horatius in Sermonibus: quid faceres, cum sic mutilus minitaris; et inde mutilo, as, et admutilo, as, omnes in uno sensu pro detruncare dicuntur; unde Plautus in Captivis: si frugi est usque admutilabit probe. Item a muto, mucidus, a, um ·i· musitus, et quasi in alium colorem mutatus; unde Iuvenalis: solidae iam mucida frusta farinae. Muto componitur demuto, as, et conmuto, as, et permuto, as, et inmuto, as, et transmuto, as, et ab istis verbalia.

Meo, as, avi, tum, tu, verb. neut. Inde meatus, meatio, et hic et haec meabilis, et hoc le, et hic meatus, tus, et hic maeander, ri ·i· fluxuostitas cuiuslibet amnis, quod etiam quandoque generaliter pro qualibet deceptione ponitur; unde Prudentius in libro Hymnorum: o tortuose serpens, qui mille per maeandros agitas quieta corda. Item a meo per compositionem hic porthmeus, ei ·i· portus ubi frequenter meatur; unde Iuvenalis: tetrumque novicius horret porthmea. Et hic moechus, chi ·i· adulter, dicitur a meo, quia frequenter de una uxore ad aliam meat; unde Iuvenalis: cum leno accipiat moechi bona; et inde haec moecha, ae, pro adultera, et haec moechia, ae ·i· adulterium; et moechor, aris ·i· adulterari; et inde verbalia. Meo componitur conmeo, as; et inde hic conmeatus,

us, et conmeabilis. Remeo, as ·i. redire: demeo, as ·i· transire: permeo, as: transmeo, as; et ab istis verbalia.

Mitto, is, misi, sum, su, verb. activ; inde missus, a, um, et haec missio, nis, et hic et haec missilis, et hoc le ·i· ad mittendum habilis; unde iaculum quodlibet missile dicimus. Et haec mephitis, is ·i· locus quilibet foetorem emittens; unde Persius: gutture sulphureas lento exhalante mephites. Et missito, as ·i· frequenter mittere; unde Macrobius de Saturnalibus: placentas, inquit, mutuo missitant. Dicimus quoque mittito, as, pro frequenter mittere. Item a mitto, haec missa, ae; unde hoc missale, is, pro quodam libro, et hic missaticus, ci, qui frequenter canit missam, et missorium, rii ·i· concha modica, ubi aliquid liquoris inmittitur. Mitto componitur emitto, is; unde emissus, a, um, et haec emissio, nis, et emissarius, a, um, ad emittendum aptus; unde et fortes equos et veloces, emissarios dicimus; et emissicius, a, um ·i· quod cito in diversis locis emittitur, ut oculus, unde Plautus: exeundum hercle tibi est cum oculis emissiciis circumspextrix. Componitur permitto, is ·i· concedere; dimitto, is; remitto, is; summitto, is; immitto, is; demitto is ·i· deorsum mittere; et ab omnibus istis verbalia.

Mus, ris; inde hic musculus, li ·i· parvus mus, quod et pro quadam parte brachii dicitur, et murinus, a, um, et haec muscerda, ae ·i· stercus murium. Et componitur mus hic murilegus, gi ·i· catus quia mures legit, colligit, et hic muriscidus, di ·i· homo ignavus, et remissus, et ad nihil aliud utilis nisi ad mures scindendos ·i· excoriandos; unde Plautus in Epidico: vae tibi, inquit, muriscide homo. Componitur

haec muscipula, ae ·i· deceptio quaedam ad mures capiendos, et ponitur generaliter pro qualibet deceptione; et inde hic muscipulator, ris ·i· deceptor. Componitur etiam mustricula, ae ·i· quaedam machina quae mures stringit. Et secundum Isidorum haec mustela, ae, dicitur a mure per compositionem, et dicitur mustela quasi mus longus; nam telion longus dicitur; unde et telum, et tela; et inde hoc mustellarium, rii ·i· fovea mustelae.

Medeor, eris, mutuat praeteritum, et dicitur medicatus sum; inde haec medela, ae, et hic medicus, ci; unde haec medicina, ae; inde hic et haec medicinalis, is, et medicinaliter adverb. et hoc medicamen, nis; unde hoc medicamentum, ti. Medeor componitur remedeor, eris; unde hoc remedium, ii, et remediolum diminut.

Muteo, es, tui, verb. neut. et caret supinis; inde mutesco, cis, et mutus, a, um; unde mutio, is ·i· murmurare; unde Persius: men mutire nefas? et inde musicio, nis, et musso, as, et mussito, as, omnes pro murmurare, et ab istis verbalia. A verbo quoque mutio dicitur hoc murmur, ris, quod etiam hic murmur dicitur; unde in Evangelio: murmur multus erat in plebe; et inde murmuro, as; unde murmurator, quod aliter hic murmurro, nis, et hic mugisor, oris, et murmuratus, a, um, et haec murmuratio, nis. Et componitur summurmuro, as, et obmurmuro, et inmurmuro, as, et ab istis verbalia.

Munio, nis, nii, vel nivi, tum, tu, verb. activ.; inde munitus, a, um, et haec munitio, nis; et inde municiuncula, ae, diminutiv. et hoc municium, cii ·i· obsidio; unde in libro Regum quarto: rex As-

syriorum non ingredietur urbem hanc, nec circumdabit eam municium. Et pluraliter moenia, rum, quasi munia, eo quod muniant urbem; et inde moeniatus, a, um ·i· moeniis circumdatus. Item a munio hic murus, ri; unde hoc murale, is, pro muro; et componitur antemurale, is ·i· defensio ante murum, sicut vallum et fossae, quod et promurale dicitur; unde et Propheta: ponetur in ea Dominus murus et antemurale; et muratus, a, um ·i· muro ornatus; et haec muria, ae ·i· faex olei, eo quod fit oleo pro muro, quia naturalius retinet liquorem quam si esset sine faece; unde Persius: tingit holus siccum muria vafer. Item a munio, hoc munus, ris; unde hoc munusculum, li, diminut; et inde hic munuscularius, rii, qui pro munere servit; unde Augustinus de civitate Dei in septimo: tamquam munusculariosvectigalium conductores; et inde munium, nii ·i· munus, vel laus; et munero, as ·i· remunerare; unde Homerus: et prior Aiacem deaurato munerat ense. Et componitur remunero, as; unde remunerator, remuneratus, remuneratio. Et munerosus, a, um, dicitur a munero ·i· largus, vel munere dignus; unde Iosephus in sexto: quae verba novissima munerose suscipiens. Munus componitur munificus, a, um ·i· largus, quasi munera faciens; et inde munifice adv. et hic et haec munificentior, et munificentissimus, ambo pro largus; unde Iosephus in duodecimo ponens adverbium ait: per multos dies munificentissime eos pavit; et inde haec munificentia, ae ·i· largitas. Item a munio, hoc munimen, nis, unde munimentum, ti, ambo pro defensione. Et per compositionem hic municeps, is ·i· castellanus, vel princeps qui munitionem capit; et inde hoc municipium ·i· castellum, et

hic et haec municipalis, et hoc le. Munus etiam componitur inmunis ·i· sine munere, et hic et haec communis, et hoc ne; unde communiter adverb. et haec communitas, tis, et communio, nis; unde communico, as, et inde communicatus, et communicatio, et communicanter ·i· participanter adverb. Munio componitur communio, nis, et praemunio, nis.

Mulceo, es, mulsi, sum, su, verb. neut.; inde hic et haec mulcibilis, et hoc le; unde mulcibiliter adverb. et haec mulcedo, nis ·i· suavitas, et mulsus, a, um ·i· mitigatus, et haec mulsa, ae ·i· potio quaedam quae fit ex vino et aqua, octo partes continens aquae, et novem vini; unde Macer de viribus herbarum: in mulsa coctum conmixtum cum sit acetum. Dicimus quoque hoc mulsum, si, pro novo vino; unde in libro Esdrae: comedite, inquit, pinguia, et bibite multum, vel mulsum. Item a mulceo, hoc mustum, ti, eo quod mulsum ·i· suave sit ad bibendum; et inde musteus, a, um, et hoc mustacium, cii, idem quod mustum; unde Iuvenalis: quare caenam, et mustacia perdas. Et mulco, as, dicitur a mulceo ·i· mulcere; unde Iosephus in quintodecimo: convocans eos oratione mulcavit; et inde mulcator, mulcatus, mulcatio. Item a mulceo, haec mulier, ris, eo quod mulceat virum; et inde haec muliercula, ae, diminut. et hic et haec muliebris, et hoc re, et hic mulierarius, rii ·i· frequens mulieris appetitor. Mulceo componitur demulceo, es.

Mendicus, a, um; inde haec mendicitas, tis, et mendiculus, a, um ·i· pauperculus, et tenuis; unde Plautus in Epidico: quid erat induta? an regillam induculam, an mendiculam? Et mendico, as ·i· cibum

ostiatim quaerere; et inde mendicanter, et mendicatus, et mendicatio, et mendicabilis, et mendicabiliter, et hoc mendicabulum, li ·i· locus mendicantium; unde Plautus in Epidico: memorare nolo hominum mendicabula.

Misceo, es, miscui, mixtum, tu, verb. activ.; inde mixtus, a, um, et haec mixtio, nis, et misticius, a, um, et mixtim adverb. et hoc miscillum, li, mixtio diversarum vocum; unde Marcianus Capella: miscilla sàcrae dum feruntur curiae. Item a misceo miscellanus, a, um, mixtus, quod etiam miscellaneus, a, um, dicitur; unde miscellanea vasa dicimus in quibus prandia gladiatorum conmiscebantur. Iuvenalis: sic veniunt ad miscellanea ludi; et hic miscellio, nis ·i· ille qui novit artem diversos miscendi potus; et haec mixtura, ae, quod componitur conmixtura, ae. Misceo componitur conmisceo, es; unde conmixtus, a, um, et haec conmixtio, nis, et conmixtim adverb. et conmiscuus, a, um ·i· conmixtus. Promisceo; unde promixtus, et haec promixtio, nis, et promiscuus, a, um ·i· mixtus. Permisceo, es; unde permixtio, et permixtim adverb. et permiscuus, a, um. Admisceo; unde admixtus, et admixtio, et admixtim adverb. et admiscuus, a, um. Immisceo, es; unde inmixtus, a, um, et inmixtio, et inmixtim, et inmixticius, a, um.

Mitis comparatur mitior, mitissimus; unde mitius, mitissime. Adverbium positivi non est in usu; et haec micia, ae ·i· mansuetudo quod in expositione Haymonis super epistolas Pauli reperies: et haec mythus, ti ·i· fabula iocosa et relatu dulcis; unde Marcianus: nunc ergo mythos terminatas infiunt. Item ab hoc nómine, quod est mitis, miteo, es, quod

non est in usu; sed inde dicitur mitesco, cis, et mitigo, as; unde mitigator, mitigatus, mitigatio. Et componitur demitigo, as ·i· demulcere; unde Terentius: utinam videam demitigari tibi caput sandalio! et inde demitigatus, demitigatio. Mitis componitur inmitis, et mitifico, as.

Misereor, ris, misertus sum, verbum deponens; inde misertus, a, um, et miser, a, um, quod comparatur misereor, miserrimus; unde misere, miserius, miserrime adverb. et haec miseria, ae, et misellus, a, um, et misellulus, a, um, ambo diminut. et miseret verb. defectiv. miseret me tui, Geta. Miser componitur misericors; et dicitur misericors quasi miserum cor habens super aliquem afflictum; unde misericorditer adverb. et haec miseria, ae. Misericors componitur inmisericors. Item a misereor, misero, as ·i· misereri; unde Iosephus in quartodecimo: petebat se miserari a regno depulsum; et inde miserator, miseranter adverb. et miseratus, miseratio, miserabilis; unde miserabiliter adverbium.

Madeo, es, ui, verb. neut.; inde madidus, a, um, quod comparatur madidior, madidissimus; unde madide, madidius, madidissime adv. et haec madiditas, tis, et madidulus, a, um ·i· aliquantulum madidus, et hoc mador, ris ·i· madiditas; unde Marcianus Capella: quid agat properata madorem. Item a madeo, madesco, is, et haec matula, ae ·i· vas ad urinam recipiendam, quod etiam hoc matellum *, li, dicitur. Madeo componitur emadeo, es, et demadeo, es; unde Ovidius Tristium: et te flente suos demaduisse sinus.

* infra *matillum*.

Maceo, es; sed non est in usu; sed inde dicitur

macer, a, um, quod comparatur macrior, macerrimus; unde macre, macrius, macerrime adverb. et haec macies, ei; unde haec maciecula, ae, diminut. et macesco, is ·i· esse macrum; unde Plautus in Captivis: macesco, consenesco, et tabesco miser; et macilentus, a, um ·i· macer, et comparatur macilentior, macilentissimus; unde macilente, macilentius, macilentissime adverb. et haec macilentia, ae ·i· macies; et plur. macia, orum, intestina scilicet, quae sordes eliciunt. Item a maceo, vel macer, hic macor, ris ·i· macies, et macritudo, nis, et hoc macellum, li, et hic macellio, nis ·i· macellarius, qui carnes vendit, et macero, as; unde maceratus, maceratio, et haec maceria, ae; et inde hic macerio, nis ·i· maceriarum instructor. Et componitur dimacero, as; et inde verbalia.

Mingo, is, minxi, tum, tu, verb. neut.; inde hic mictus, us, et mictim adverb. et micticius, a, um, sicut mincticium dicimus liquorem, vel quia mictu est similis, vel quia eum mingimus; et minso, as ·i· frequenter mingere, unde minsator, minsatus, minsatio, et minsatilis ·i· quod cito emingimus, sicut nimis aquosa, vel parum cocta cervisia, et hoc minsaterium, rii, vas quod recepit mictum quasi nimia minsatione tritum: et minsito, as, aliud frequentativum; et inde verbalia. Item a mingo micturio, is, verb. desideratiy. et dicitur micturio quasi mingere desidero; unde Iuvenalis: hic ponunt lecticas, micturiunt hic. Mingo componitur inmingo, is, et emingo, is.

Maneo, es, mansi, verb. neut. et caret supinis; inde haec mansio, nis; unde haec mansiuncula, ae, et mansionarius, a, um, et mansito, as, verb. fre-

quentativ. quod etiam maso, as, per syncopam dicitur; et inde verbalia; et hoc mansitorium, rii ·i· locus aptus ad manendum. Item a maneo plur. hae manes, ium, et dicuntur manes, eo quod apud inferos maneant; et inde haec Mania, ae ·i· quaedam furia infernalis. Et componitur manes, hic Sumanus, ni ·i· Pluto deus inferni; unde Marcianus Capella: Sumanus dicitur Pluto quasi summus manium; et secundum quosdam mane adverb. dicitur a maneo per antiphrasim, eo quod ipsa diei hora non manet, sed cito transit; sed melius est ut a Matuta dicatur ·i· ab aurora; et inde matutinus, a, um. Et a mane, manico, as ·i· mane surgere; unde in evangelio Lucae legimus: et omnis populus manicabat ad eum in tempore audire eum; et inde verbalia. Maneo aliquando pro expectare, sicut in Terentio reperimus; et componitur remaneo, es.

Mando, as, verb. activ. inde verbalia; et hoc mandatum, ti, et haec mandatela, ae ·i· mandatum, et hic mandra, ae ·i· bubulcus a bobus commendandis; unde Iuvenalis: stantis convicia mandrae; et hic mannus, ni ·i· equus dextrarius; unde Ovidius: parvaque quam primum rapientibus eseda mannis; quod etiam pro curru dicitur; unde Horatius in Epistolis: inpositus mannis arvum caelumque sabinum non cessat laudare. Mando componitur commendo, as; unde commendator, et commendatorius, a, um, et commendatus, a, um; unde commendaticius, a, um, et hic et haec commendabilis, et hoc le. Componitur quoque remando, as; et inde verbalia.

Mas, maris; inde hic masculus, li; unde masculinus, a, um, et haec marissa, ae ·i· vesica quae

solet masculorum cuti supertumescere; unde Iuvenalis: scinduntur tumidae medico ridente marissae. Masculus componitur conmasculus, a, um; unde Macrobius de Saturnalibus: conmascula fronte, et sequestrata verecundia. Item ab hoc nomine, quod est mas, hic maritus, ti; unde hic maritellus, li, diminutiv. et hic et haec maritalis, et hoc le, et marito, as; unde maritatus, a, um, et haec maritatio, nis, et hic Mars, tis, eo quod sit marium mas, et per viros praecipue pugnet; inde marcius, a, um ·i· res pertinens ad Martem; unde et marcium campum vocamus, et hic Mavors, tis; unde mavorcius, a, um; et mors secundum Isidorum dicitur a Marte; unde multa superius diximus. Mars componitur Marspiter ·i· Martis pater, vel maris cuiuslibet pater.

Metior, ris, metitus sum, vel mensus sum, verb. deponens; inde mensus, a, um, quod componitur immensus ·i· sine mensura; unde haec immensitas, tis, et haec mensura, ae; unde mensuratus, a, um, et mensurate, et mensuratim adverb. ambo in uno sensu, et hic mensis, is; unde hic mensiculus, li, et menstruus, a, um, quod secundum mensem evenit, sicut infirmitas capiti, et profluvium sanguinis mulieri quod etiam menstruatus, et menstruosus dicitur, et menstruus. Et componitur mensis hic et haec bimensis, is ·i· duorum mensium, quod et bimestris dicitur; unde Horatius in Odis: cras genium mero curabis, porcoque bimestri. Item a metior haec mensa, ae, et haec metreta, ae, pro quadam mensura, et haec meta, ae ·i· alicuius rei terminus: et metor, ris ·i· metiri; et inde metator, metatio, et hic metarpus, pi ·i· castrorum metator. Item a metior, hoc membrum,

bri; unde membratus, a, um, magna membra habens, quod etiam membrosus dicitur, et haec membrana, ae, unde haec membranula, ae, et membranicus, a, um ·i· de membrana existens. Membrum componitur bimembris, et emembris, extra membra. Item a metior, hoc metrum, tri; unde metricus, a, um, et metrice adverb. et componitur bimetricus, et iambimetricus. Invenimus quoque bimetrum, et trimetrum, et iambimetrum, sed raro. Item a metior, hoc metallum, li: et secundum quosdam, meto, is, messui; unde Prosper: quae metimus serimus, quod damus accipimus; et inde hic messor, ris, et messorius, a, um, et messuus, a, um, et haec messio, nis, et haec messis, is. Meto componitur demeto ·i· abscindere, destruere; unde Dominus per Prophetam: demetam posteriora tua; et emeto, is, in eodem sensu. Metior componitur remetior, ris; unde remensus, a, um, et haec remensio, nis. Demetior, ris; unde demensus, a, um, et haec demensio, nis. Emetior, tiris; unde emensus, a, um, et haec emensio, nis; et haec hemina, ae ·i· quaedam mensura vini; unde Persius: fregerit heminas Arethi aedilis iniquas.

Maereo, es, maestus sum ·i· flere; inde hic maeror, ri·, et maestus, a, um, quod comparatur maestior, maestissimus; unde maeste, maestius, maestissime adverb. et haec maestitia, ae, et haec maestitudo, nis ·i· maestitia; unde Ambrosius super Hegesippum: inmoderata maestitudine prorupit morbi vis. Maestus componitur maestificus, a, um; unde maestifice adverb. et maestifico, as; unde maestificatus, maestificatio.

Minuo, is, ui, tum, tu, verb. activ.; inde mi-

Digitized by Google

nutus, a, um, et haec minutio, nis, et minutulus, a, um ·i· aliquantulum minutus, et haec minutia, ae, minima cuiuslibet rei portio; unde in passione Vincentii martyris: salis crepitantis per corpus minutiae sparsim ibant. Item a minuo minutim, et minutatim adverb. et minuesco, cis, verb. inchoativ. et hoc minutal, lis ·i· minimum frustum; unde Iuvenalis: hesternum solitus servare minutatal. Item a minuo haec mina, ae, pro quodam pondere, et hoc minium, nii, eo quod minuatur antequam color efficiatur; et componitur hic miniographus, phi, ·i· ille qui minio scribit; et haec minuritio, nis ·i· cantilena minutarum avium; et inde minurire ·i· minutim cantare. Minuo componitur conminuo, is; unde conminutus, a, um, et haec conminutio, nis. Diminuo, is; unde diminutus, a, um, et haec diminutio, nis. Inminuo, is; unde inminutus, a, um, et haec inminutio, nis. Sanguiminuo, is ·i· sanguinem minuere; et inde verbalia.

Moneo, es, ui, tum, tu, verb. activ.; inde hic monitor, is; unde hoc monitorium, rii, locus monentium, studium scilicet, vel schola ubi discipulos monemus; et monitus, a, um, et haec monitio, nis, et hic et haec monibilis, et hoc le ·i· qui citò admonetur, et haec monedula, ae ·i· avis quaedam, quae alio modo causa * dicitur; unde Plautus: dic me anaticulam, columbam, vel catellum, hirundinem, vel monedulam. Item a moneo hoc monimen, nis; et inde hoc monimentum, ti ·i· sepulchrum mortuorum, eo quod moneat pertranseuntium mentes ad hoc debere transire. Item a moneo haec moneta, ae, eo quod moneat videntes ne quid insit falsum; et inde monetarius, rii, et hoc monetorium ·i· locus monetae, quod etiam hoc

* ital. *gazza*.

monesum dicitur. Moneo componitur remoneo, es, summoneo, es, praemoneo, es, admoneo, es, et ab istis verbalia.

Mille nomen indeclinabile in singulari numero, millia vero in plurali; inde millenus, a, um, et millenarius, a, um, et miles adverb. et hoc miliarium, rii, et hic milleus ·i· calciamentum, ti, propter diversos eius punctus *; unde millare pro suere dicimus, et hic millus, li ·i· collare circa collum canis, et millesimus, a, um.

* ita cod.

Medius, a, um; inde haec medietas, tis, et hic et haec mediocris, et hoc re; unde mediocriter adv. et haec mediocritas, tis, et mediocriculus, a, um, diminut; unde Cato: pauculos homines mediocriculum exercitum obviam iri. Item ab hoc nomine, quod est medius, medianus, a, um ·i· medius, et haec medulla, ae, eo quod media sit; unde medullitus adverb. et hoc meditullium, lii ·i· medietas, et medullinus, a, um ·i· de medulla existens; unde Iuvenalis: medullinae frictum crissantis adorat. Item ab hoc nomine, quod est medius, medioxinus, a, um ·i· in medio positus; unde Marcianus Capella: quos Graeci daemonas, Latini medioxinos vocant: et mediaratus, a, um, in medio statutus; unde idem Marcianus: mediaratis per annexa succentibus duplis: et medio, as; unde mediator, mediatrix, mediatus, mediatio. Et componitur dimidio, as; unde dimidiatus, a, um, et haec dimidiatio, nis. Medius componitur dimidius; et inde haec dimidietas, tis, et mediastinus, a, um ·i· in medio stans; unde Horatius in Epistolis: tum mediastinus tacita prece rura petebas.

Multus, a, um, comparatur plus, plurimus; in-

de multum adverb. et haec multitudo, nis; et multo, as ·i· verberare; unde Terentius in Eunucho: male multabo ipsam; et inde multator, multatus, multatio, et multa, ae ·i· poena; unde in quarto libro Regum: imposuit multam terrae centum talenta argenti. Item ab hoc nomine, quod est multus, hoc multacium cii ·i· quaedam levis vestis; unde Iuvenalis: quid faciant alii cum tu multacia sumas; et magis adverb. Et componitur macte nomen indeclinabile bonus, vel valens, et dicitur macte quasi magis acte; unde Prudentius in libro Hymnorum: macte iudex mortuorum, macte rex viventium. Multus componitur multimodus, a, um, et multimode adverb. et multiloquus, a, um; unde hoc multiloquium, quii, et multifariam, multis modis olim Deus loquens. Componitur quoque hic multipes ·i· vermis quidam multos habens pedes, et multigradus, a, um, et multifidus, a, um; unde Lucanus: multifidis iaculata fides; et multiplex, cis; unde multipliciter adv. et haec multiplicitas, tis, et multiplico, as; unde verbalia. Ab hoc vero nomine, vel adverbio, quod est plus, dicitur hic et haec plus, et hoc re, hic et haec pluralis, et hoc le; unde pluraliter adv. et haec pluralitas, tis. Pluris componitur perpluris, et quampluris ambo pro valde pluris. Item a plus plusculus, a, um, diminut. quod componitur conplusculus, a, um ·i· pluris; unde Terentius in Hecyra: primum dies conplusculos conveniebat. Ab hoc autem nomine, quod est plurimus, dicitur plurimum adverb· ·i· valde; et componitur perplurimus, et quamplurimus.

Monos graece, unus latine; inde haec * monas, dis ·i· initium numeri, quod dicitur unus, et hic et haec monalis, et hoc le ·i· unialis; unde monaliter adverb.

* cod. *hic*.

•i• unialiter; unde Marcianus Capella: puer Hymenaeus monaliter personabat. Item a monos per compositionem hic monarcha, ae •i• princeps unius civitatis; et inde haec monarchia, ae •i• eius potestas, et haec monopolis, is •i• civitas, quae reliquis in regione melior est et liberior, et hic monogamus, mi •i• unius uxoris vir. Item per compositionem a monos, hoc monasterium, rii •i• statio unius; nam sterion dicitur statio; et inde hoc monasteriolum, li, et hic et haec monasterialis, et hoc le, quod etiam dicitur monachilis; et monialis, quod componitur sanctimonialis •i• monacha sanctificata; et monasticus, a, um, et monachicus, a, um. Componitur etiam, hic monocosmus, mi •i• vehiculum ab uno iumento sublatum, et hoc monocosmium, mii •i• carrus unum tantum portans.

Moror, ris, ratus sum, tum, tu, verb. deponens; inde verbalia; et haec mora; unde haec morula, ae, diminut. et morosus, a, um •i• tardus; et inde morose adv. et haec moracia, ae •i• dura nux, et hic mos, ris •i• consuetudo; unde hic moscillus, li, diminut. et morosus •i• nobilis vel morigeratus, prima syllaba producta; unde Persius: cum morosa vago singultet in inguine vena, et moriger, a, um; unde morigeror; aris •i• bonos mores gerere; unde Ambrosius super Hegesippum: videns mulier morigerari sibi virum; et inde verbalia. Moror componitur demoror, ris, et remoror, ris; unde verbalia; et haec remora, ae •i• mora; unde Livius: quaenam vox gressui meo remoram facit? Et hoc remoramen, nis •i• mora, vel, ut alii volunt, inpedimenta gressuum; unde Ovidius Metamorph. in tertio: remoraminaque ipsa nocebant. Componitur quoque conmorior, ris, et ab istis verbalia.

Mater, ris; inde haec matercula, ae, diminut. et maternus, a, um; unde haec maternitas, tis, et haec matrona, ae; unde hoc matrimonium, nii, et hic et haec matronalis, is, et matrisso, as ·i· matri assimilari; unde quidam: si bene matrissas, luxuriosus eris. Item ab hoc nomine, quod est mater, haec matertera, ae ·i· matris meae soror, quae etiam matruelis dicitur, et hic matermes, mis ·i· puer qui vivit superstes defuncta matre; sicut patrimes dicitur, qui superstit mortuo patre; et haec matrix, cis ·i· locus vel pellicula, in qua infans involvitur in ventre; unde haec matricula, ae, diminut. quod etiam pro chartula dicitur; unde in vita sancti Silvestri legimus, quod habebat nomina viduarum et orphanorum in matricula sua scripta. Item ab hoc nomine, quod est mater, haec materia, ae; et dicitur materia quasi mater rei, et haec materiola, ae, diminut. et haec materies, ei, et materiatus, a, um. Mater componitur conmater, ris, et hic matricida, ae; unde matricidalis, et hoc matricidium, dii.

* ita cod.

Merum, ri ·i· vinum; inde merus, a, um ·i· clarus, et hic et haec et hoc merax, cis ·i· purus et clarus, quod comparatur meracior, meracissimus; unde in Cantico illo legimus: ut biberet sanguinem uvae meracissimum; et inde meraciter, meracius, meracissime adv. et haec meracitas, tis ·i· puritas, claritas, et haec meraca, ae ·i· quaedam potio ad viciatum cerebrum purgandum; unde Persius: Anticyras melior sorbere meracas. Item a mero haec merotheca, ae ·i· meri custodia, et hoc meraculum, li ·i· quaelibet potio de vino facta, et hic merulus li, eo quod mere cantet, et hoc merdum, eo quod minime sit merum;

unde Horatius: merdis caput inquiner albis: hinc etiam, ut quibusdam placet, haec muria, ae ·i· faex vini, vel olei, et dicitur muria, quasi meria, eo quod minime sit mera; unde Persius: tingit holus siccum muria vafer.

Mel, mellis; inde hoc melliculum, li ·i· parvum mel, et melleus, a, um, et mellitus, a, um, et hic melantes, is ·i· lapis melleum habens saporem, et melos indeclinabile ·i· dulcis cantus; unde haec melodia, ae, et hoc melodioma, tis, omnes in uno sensu, et mellus, a, um ·i· dulciter sonans; et inde mellicus, a, um, similiter pro dulciter sonans; unde Marcianus Capella: modulata suavitas mellico quodam crepitabat appulsu; et hoc mellarium, rii ·i· vas in quo uvae calcantur; unde Macrobius de Saturnalibus: vas in quo vinum inditum est, mellarium nominetur. Mel componitur hydromelum ·i· aqua mellita; nam hydor dicitur aqua, et oxymelum ·i· acetum et mel conmixtum, duas partes habens aquae, tertium vero mellis. Componitur quoque mellicratum ·i· ex vino et melle una conmixtio: et mellifico, as; unde mellificatus, mellificatio, et hoc mellificamen, nis.

Maculo, as; unde maculatus, maculatio, et macula, ae; unde maculosus, a, um, et maculose adv. Maculatus componitur inmaculatus. Maculo componitur conmaculo, as; unde verbalia.

Mulgeo, es, mulsi, tum, tu. Inde multus, a, um, et hoc multrale, is, et hoc multrum, tri, pro vasis in quibus mulgemus. Dicimus etiam haec multra, ae; unde Virgilius: bis venit ad multram, binos alit ubere foetus; et hoc mulcrum, cri ·i· lac bovinum. Mulgeo componitur emulgeo, es.

Mungo, gis, si, tum, tu; inde munctus, a, um, et mucculentus, a, um ·i· munctus; unde Prudentius in libro Hymnorum: mucculentis naribus mentum salivas uvidum *. Mungo componitur emungo, is; unde emunctus, et haec emunctio, is, et hoc emunctorium, rii ·i· illud cum quo emungimus candelam.

* cod. *salutas invidum.*

Miles, tis; inde haec milicia, ae, et hic milito, nis ·i· miles. Et componitur conmilito, nis; unde Quintilianus de Causis: ianuam conmilito quicumque manet, habens solatium; et milito, as, quod componitur conmilito, as; et inde verbalia.

Mergo, is, si, sum, su, verb. activ. Inde mersus, a, um, et haec mersio, nis, et merso, as, et mersito, as, ambo pro frequenter mergere, et ab istis verbalia. Et hic mergus, gi ·i· quaedam avis maritima, et hic mergus, oris ·i· situla cum qua aqua de puteo trahitur, et hic merges, tis ·i· garba segetis; unde et haec merga, ae ·i· furca cum qua garba portatur. Mergo componitur emergo, is, et demergo, is, et ab istis verbalia.

Mina, ae; inde hic et haec minax, cis; quod comparatur minacius, minacissimus; unde minaciter, minacius, minacissime adv. et haec minacitas, tis, et minabundus, a, um; et mino, as, vel minor, aris; unde verbalia; et minito, as, verb. frequent. Minor componitur conminor, ris.

Meditor, aris, verb. depon. Inde meditatus, meditatio; unde meditatiuncula, ae, et hic meditatus, us, et hoc meditamen, nis; et meditaturio, is, verb. frequent. Meditor componitur conmeditor, et praemeditor, ris, et ab istis verbalia.

Mico, as, cui, verb. neut. Inde hoc micamen,

nis, et micatim adv. •i• micanter, splendenter. Et componitur demico, as •i• pugnare, et emico, as •i• splendere; unde hoc hemicadium *, dii •i• clarum * vas.

* cod. *emic.*

Mare, ris; inde marinus, a, um, et maritimus, a, um, et componitur bimare, is.

* cave.

Mano, as •i• decurrere; et inde verbalia; et haec mastigia, ae •i• monstrum quodlibet, et dicitur mastigia quasi ex Styge manans; unde Plautus: crucior lapidem non habere me, ut illi mastigiae cerebrum excutiam. Mano componitur emano, as, et demano, as, et ab istis verbalia.

Martyr graece, testis latine; inde haec martyra, ae, et hoc martyrium, rii, et martyrizo, as; inde verbalia.

Machinor, aris; inde machinator, machinatus, machinatio, et hoc machinamen, nis, machinamentum, ti, et haec machina, ae; unde haec machinula, ae. Machinor componitur conmachinor, ris, et inde verbalia.

Metuo, is; inde hic metus, us, et meticulus, a, um; unde meticulosus, a, um, et meticulose adv.

Marceo, es, cui, verb. neut. et caret supinis. Inde marcidus, a, um; unde marcedulus, a, um, diminut. et hic marcor, ris, et marciditas, ambo in uno sensu; et marcesco, is, quod componitur emarcesco, is. Similiter etiam marceo componitur emarceo.

Maturus comparatur maturior, maturissimus; unde maturius, maturissime adv. et haec maturitas, tis; et maturo, as; unde verbalia. Inveni etiam maturire pro maturare; unde Quintilianus de Causis: contra libidinem, inquit, maturisse non prodest; quod etiam potest dici pro maturum esse. Maturus componitur quammaturus, et inmaturus.

Digitized by Google

Exin tractatum fuit secundum, auribus et vatum coepit contexere coeptum.

REPETITIONES.

M

Mendaciolum, parvum mendacium.

Mendaculus, aliquantulum mendax.

Menda, macula maxime illa quae solet esse in libris nondum emendatis, unde et emendare * dicitur, et aliter litura.

* ita cod.

Mendosus, maculosus, sordidus, spurcus, faeculentus, sordidus, stercorosus, mendus.

Mendose, foetide.

Meddis, magistratus, didascalatus. Caecilius: ubi summus capitur meddix * occiditur alter.

* ita heic cod.

Mendus, sordidus.

Montuosus, montibus habundans.

Momentillum, parvum momentum.

Momarsiculus, qui cito movetur ad iram.

Motare, frequenter movere.

Momen, momentum.

Momentaneus, transitorius, transitivus.

Magnanimus, audax, praesumptuosus.

Magnamentum, divinamentum.

Magnas, qui maior est in populo, qui et primas.

Magnificentissimus, largus, munificus, dapsilis, magnificens.

Magnificare, exaltare, sublimare, extollere.

Maiorare, magnum facere.

Maiusculus, aliquantulum magnus.

Manutus, magnas manus habens.

Manuale, liber ad gerendum aptus, qui et enchiridion dicitur.

Mango, mercator.

Manubrium, quia manu tenetur.

Manubiae, excubiae, vigiles, manipulares.

Manulea, manica, mantica.

Manuleatus, manicatus, manticatus.

Mancipari, servire, famulari.

Manceps, mancipium, servus, cliens, verna, vernula, vernaculus, famulus, minister.

Manipulus, quantum manus capit de segete, vel societas hominum.

Mancipatus, mancipatio, servitus, clientela, obsequium, servitium, famulitium, obsequela.

Manifestarius, manifesta faciens.

Mappa, mappula, manutergium, gausape, togilla, facitergium, manupium, manumundium, expiarium.

Mirones, miratores.

Mirificentia, mirum.

Miridicus, mira dicens.

Myropolium, domus unguentaria.

Myrtetum, locus ubi myrtus crescit.

Modicus, temperatus, parvus, mediocris.

Modificentia, temperantia, moderantia.

Murices, vestes purpureae. Prudentius: rex ipsum coos aestuantem murices.

Mandere, comedere.

Mandones, avidi voratores, glutones, helluones, ambrones, eduli, manduci, ardeliones, catiliones, lurcones, consumptores, epulones, pransores, mansucii, estores vel escaces, comedones.

Mansus, comestus, pransus, cibatus, epulatus.

Mala, maxilla.

Malobathrum, quoddam unguentum.

Mandibula, maxilla.

Mercimonium, quod in aliam venditur patriam.

Mercedula, parva merces, munusculum, praemiolum, donulum vel donellum.

Meritorium, domuncula ubi res venduntnr vel efficiuntur.

Merceditius, propter mercedem loquens.

Mercedarius, qui mercedem dat.

Mercedonius, qui mercedem donat.

Merere, pro mereri dicebant.

Mercari, emere.

Mercatorium, locus mercantium quod emporium dicitur.

Meretricius, meretricialis.

Meretricium, domus meretricum, quod et lupanar, tugurium, casella, stuprium, et proseucha dicitur.

Malus, pomum, ipsa arbor quae fert poma.

Malum, pomum.

Malogranatum, pomum multa continens grana.

Malivolentia, malitia vel mala voluntas.

Muscus, viriditas vel viridis color. Prudentius in Hymnis: musci renident, et virescit aurum.

Digitized by Google

Mordaculus , aliquantulum mordax.

Morsicare vel morsitare , frequenter mordere.

Morsatilis , ad mordendum habilis , quod et morsilis dicitur.

Mordicus , mordaciter. Horatius : pullam divellere mordicus agnam.

Morticinum , morte caesum.

Moribundus , mortuo similis , vel mori incipiens.

* alibi *muscerda*.

Murtetum , aqua calida de terra , quae et terina dicitur.

Mundum , mundationis precium.

Molucrum , illud quo mola vertitur , vel ventris tumor.

Moliri , machinari.

Molitor , machinator.

Molossus , canis magnus.

Molossicus , rapax.

Mulius , custos mulorum , quod et mulio dicitur.

Mollitare , frequenter mollescere.

* ita cod.

Molestra , pellis ovina.

Molliculus , aliquantulum mollis.

Murena , piscis , qui et fluta et lycus dicitur.

Murenula , lunula , parvulum monile.

Mutuare , alternare , scambiare *.

* ita cod.

Mutuus , alternus.

Mutuatim , mutuo , alternatim.

Maeander , proprium nomen fluvii , vel flexuositas , vel quaelibet deceptio.

Moechus , adulter.

Missaticus , qui frequenter missam canit.

Missorium , concha modica.

Missitare , frequenter mittere.

Mephites , locus foetorem emittens.

Musculus , parvus mus , vel quaedam pars brachii.

Murceda * , stercus murium.

Muriscidus , homo ignavus.

Murilegus , catus qui legit i. colligit mures.

Muscipula , decipula , captentula , mustitula.

Muscipulator , deceptor , fraudator , pellicator , alterplex , factiosus , tegnosus , strophosus , fraudulentus , defraudator.

Mustricula , machina ad stringendos mures.

Mustellarium , fossa mustelae.

Mustela , mus longua * ; nam telion dicitur longus , unde et tela et telum.

Missilis , ad mittendum habilis.

Missile , telum , pilum , iaculum , vibraculum , amentarium.

Mussare , mussitare , murmurare , mutire.

Mumurcones , murmuratores , mugissores , mussitatores.

Medela, medicina, medicamen, medicamentum.
Municium, munitio, obsidio, circumvallatio.
Municeps, castellanus, oppidanus.
Municipium, oppidum, castellum, asylum.
Moeniatus, muratus.
Muria, faex vini vel olei.
Munusculum, parvum munus, praemiolum, donellum.
Munerare, honorare, insignire, donare.
Munuscularius, qui servit pro munere, mercenarius.
Munium, laus vel munus.
Munerosus, largus, dapsilis, munificentissimus.
Munificenter, large, munifice, dapsiliter, prodigialiter, dilapidatorie.
Mulcedo, suavitas, suavium, mitigamen, mitigamentum.
Mulsus, mitigatus.
Mulsa vel mulsum, potio quaedam quae fit ex vino.
Musteus, musto plenus.
Mustacium, mustum.
Mulcare, mulcere, mitigare.
Muliercula, feminula.
Mulierarius, frequens mulierum appetitor.
Mendiculus, pauperculus et tenuis.
Mendicabulum, locus mendicantium.
Misticius, ad miscendum habilis.
Miscillum, conmixtio diversarum vocum.
Micia, mansuetudo.
Miscellarius, mixtus, quod et miscellantius dicitur.
Miscellanea, vasa in quibus gladiatorum prandia conmiscebantur.
Miscellio, qui novit artem miscendi diversos potus.
Madidulus, aliquantulum madidus.
Mador, madiditas.
Matula vel matillum, vas ad recipiendum urinam.
Mythus, fabula iocosa et relatu digna.
Maciecula, parva macies
Macilentus, macer.
Macescere, macrum esse.
Macilentia, macies, macor, macritudo.
Macellio, macellarius, carnicida, lanio, lanius, lanista, carnifex.
Maciones*, maceriarum instructores.
Macia, intestina quae sordes emittunt.
Minsare, ministrare, frequenter mingere.
Minsaterium, vas ad recipiendum urinam, vel mictum, urinal, lotiatorium.
Micturire, mingere desiderare.
Mansitare vel mansare, frequenter manere.

* ita cod. Sic fortasse etiam p. 348.

Mansitorium vel mansionarium, locus mansioni aptus.
Mania, furia infernalis.
Manicare, mane surgere.
Mandatela, mandatum.
Mandra, qui boves hortatur.
Mannus, dextrarius equus, quod et pro curru dicitur.
Maspiter, Mars pater, vel maris cuiuslibet pater.
Maritellus, parvus maritus.
Marissa, vesica quae masculorum cuti supertumescit.
Mensuratim, mensurate.
Menstruus, quod secundum mensem evenit, sicut dolor capiti; vel profluvium sanguinis quod accidit mulieri, quod et menstruosus et menstruus et mensaticus et menstruatus dicitur.
Metari, metiri.
Metreta, quaedam mensura.
Metrapus *, castrorum metator. * p. 350. *metarpus.*
Membratus vel membrosus, magna membra habens.
Mavors, Mars, Hesus, Maspiter, Gradivus.
Mavorticus, bellicus, bellicosus, bellax, pugnax, martius.
Maestitudo, maesticia, tristicia.
Maestificare, contristari.
Minutia, minima cuiuslibet rei portio.
Minutim, minutatim, caesim, divisim.
Messius, maturus ad messem.
Messores, illi qui metunt.
Minuescere, minuere.
Minutal, frustum panis, quod et quadra dicitur.
Miniographus, minio scribens.
Minurrire, minutim canere.
Minurricio, suavis cantilena.
Mina, quoddam pondus.
Monitorium, studium, schola, gymnasium.
Monimentum, sepulcrum, mausoleum, pyramides, tumulus, colossus, polyandrum.
Monedula, quaedam avis.
Monetorium vel monesum, locus monetae.
Millenus, millesimus.
Milleus, calciamentum propter diversos punctus; unde et millare dicimus pro suere.
Millus, collare circa collum canis.
Mediocriculus, aliquantulum medius.
Medianus, medius.
Medioxinus, in medio situs.
Meditullium, medietas.
Medullinus, de medulla existens, quod et medulleus dicitur.
Mediare, dividere, particulari, dimidiare, disparare, secernere, frustillare, dividuare.

Mediastinus, in medio stans.
Mediaratus, in medio ductus.
Multare, verberare, flagellare, depuire, percellere, decutere, plagiare, vapulare
Multifariam, multis modis.
Multa, poena.
Multacium, quaedam levis vestis.
Meraria, taberna, caupona, ganearia, conponula, crustaria, propina, clepsydraria, pandochium, vinaria, potatorium.
Multipes, vermis quidam multos habens pedes.
Macte indeclinabile, bonus, valens, praestans, frugi.
Monas, initium numeri qui dicitur unus.
Monalis, unialis.
Monaliter, unialiter, uniformiter.
Monogamus, unius uxoris vir.
Monarcha, princeps unius civitatis.
Monarchia, unius civitatis principatus.
Monopolis, caput civitatum totius regionis.
Monocosmus, vehiculum unum tantum portans.
Monachicus, monasticus, monachalis, monachilis.
Morosus, quando prima syllaba breviatur, tardus; quando vero producitur, dicitur pro nobilis positus.
Moracia, dura nux.
Moscillus, parvus mos.
Morigerari, bonos mores gerere.
Matrissare, matri assimilari.
Matertera, matris meae soror, quae et matruelis dicitur.
Matrimes, puer qui matri assimilatur.
Matrix, locus vel pellicula in qua infans in ventre involvitur.
Matricula, charta, ceda, cedula, dica, tomum *, quod in vita sancti Silvestri reperies.
Meracissimus, purissimus, sincerissimus.
Meracitas, puritas, claritas.
Meraca, potio mentem exacuens.
Merotheca, meri custodia.
Meraculum, potio ex mero.
Melculum, parvum mel.
Melantes, lapis melleum habens saporem.
Melos, dulcis cantus, quod et melodia et melodiama dicitur.
Melus *, dulcis, quod et melodus et melicus dicitur.
Mellarium, vas vinarium.
Mellicratium, commixtio vini et mellis.
Mulcrum, multrale, multra, vasa ad mungendum apta.

* ita cod.

* p. 357. *mellus.*

Mulcrum, lac bovinum.
Mucculentus, munctus.
Militones, milites, equites, proceres, quirini, emissarii, grassatores, satellites.
Miliersitare *, saepe mergere.
Mergus, quaedam avis maritima.
Machia, pugna; hinc psychomachia i. ars de pugna animae.
Mergora, situlae cum quibus aqua de puteo trahitur.
Merga, furca cum qua garba segetis portatur.
Minitare, frequenter minari.
Minabundus, minis plenus.
Meditatiuncula, parva meditatio.
Meditaturio, meditari desidero.
Micatim, splendenter.
Mastigia, monstrum, quasi de Styge manans.
Meticulus vel meticulosus, metu plenus.
Marcidus, vapidus, flaccidus.
Meliciae, galiciae gallinae.
Melia, hasta a ligno quodam.
Mensari, nummulari.
Madulfus, ebrius, quasi madidus a vino.
Mattici, homines malarum artium.
Magisterare, magistrare.
Mamphur, lorum quod vertit lignum tornatile.
Mantare, saepe manere.
Mama, turpis persona.
Mafortia, marsupium, bursa, moculus, loculus, crumena.
Murrinae, genus uvarum, unde et murratus.
Mafortes, operimenta capitum mulierum.
Malagma, quod sine igne maceratur.
Manumissi, servi per manus missionem liberati.
Mastix, resina vel gutta.
Macia, intestina.
Mechanica, ars fabrilis.
Medigna, modiorum mensura quinque.
Melancholicus, nigri coloris.
Metapus, fatuus, insulsus, brutus, blemnus, bardus, stultus, stolidus, fungibaldus.
Melopoeius, carminis fictor.
Misticus, asper, acer.
Melifia, locus dictationis.
Modicare, temperare.
Moeniare, circum munire.
Modestare, temperare vel regere.
Mulcare, pugnis vel virgis caedere.
Mumacus, consiliarius regis.
Malarium, pomarium, arbor quae fert poma.
Malaxare, mollescere.
Malleator, cum malleo percutiens.
Machil, tunica talaris et hiacynthina tota.

* *mersitare.*

Manile, scyphus aptus ad tenendum in manu.

Manipulatim, gregatim, collectim.

Manipulosus, spissus vel directus.

Manubiare, vigilare, pernoctare, lucubrare.

Mucubrare, elucubrare, nictare, nictitare, expergisci, edormire, excubare, excubitare.

Mansionarius, ostiarius qui ecclesiam custodit.

Manuensis, sporta apta ad portandum in manu.

Mastigium, baculus, flagellum.

Matricularius, pauper, inops, egenus, aerumpnosus, aerumpnatus, calamitosus, depressus.

Metamorphosis, transmutatio.

Metropolis, mater civitatum.

Metropolitanus, qui manet in metropoli.

Metatores, mansionum praeparatores.

Metari, mansionem praeparare vel metiri.

Metabulum, prospera navigatio.

Meatim, meo more; suatim, suo more; nostratim, nostro more.

Meapte, mea voluntate.

Mearchus, dominus, herus.

Medella, dimidius numerus.

Mediator, medius.

Megaera, nomen furiae i. magna contentio.

Melicerta, Deus maris.

Mimallones, ministri Bacchi.

Mintire *, sonare, clamare, quod proprium est murium. * ita cod.

Monogamus, unius uxoris vir.

Monopolium, statio ubi una res venditur.

Morbidosus, morbidus, pesticus, pestilens, tabidus, tabidosus.

Motare, movere.

Multiscius, multa sciens.

Munerarius, qui semper munera requirit.

Munitoria, succinctoria, perizomata.

Munifex, qui munera dat.

Munificus, largus, dapsilis, dapidus.

Municipales, castellani qui municipium custodiunt.

Munificare, locupletare vel largiri vel firmare.

Municipatus, dignitas vel defensio municipii.

Myrmicoleon, myrmicarum leo.

Mussare, mussitare, murmurare.

Musculus, genus parvae navis.

Myrmix, formica.

PROLOGUS

TERTIAE DECIMAE LITTERAE.

Praefatae locutionis serie tandem terminata, his verbis Grammatica sibi assistentes fuit allocuta poëtas: Audistis, o filioli, haut minimam partium originem, quam secundum latialem dirivandi formam super duodecimae litterae tractatum depromsi. Audite et benivoli quae ad commodum vestrum de tertia decima tractatura concepi, quam N nominamus, quae etiam, ut ait Marcianus, lingua dentibus strictim appulsa spiritu mittente profertur; nec multa continet, sed omni latinitati tamen necessaria. Unde inquietos boni detractores aemulos nostros exorare volo, ne quae omnem latinitatem astipulatur, maligno intumentes spiritu soli lacessant; quia ab omnibus debent inpeti, quique omnibus necessarium temptant demoliri. Dixit, et incepit quae in alta mente recepit.

N

No, as, vi, tum, tu, verb. neut.; et inde nabilis, et hoc le •i• ad nandum habilis; unde nabiliter adverb. et nabundus, a, um •i• facilis ad natandum, et hoc nabulum, li •i• merces nautica, eo quod nare videatur cum per mare transfertur; et haec natrix, cis •i• serpens quidam, qui veneno suo inficit aquas; unde Lucanus: et natrix serpens violator aquarum. Item a supino natu, u mutata in o, fit nato verb. frequentativ.; et inde verbalia natator, natatrix, et hic et haec natabilis, et hoc le, quod etiam natilis dicitur, et hoc natatorium, et hic natatus, us; et natito, as, aliud frequentativ. Nato componitur enato, as, et innato, as, et subnato, as, et transnato, as; et hic et haec navalis, et hoc le, et hic navita, ae •i• navis custos; unde hic nauta, ae, per syncopam; et inde nauticus, a, um, et hoc naulum, li, pro transmeatione datum pretium; unde Iuvenalis: furor est post omnia perdere naulum. Item ab hoc nomine, quod est navis, hic navicularius, rii, navis custos, quod etiam hic nauticus, ci, dicitur, et hic nauclerus, ri. Dicitur quoque nauclerus, secundum Isidorum, ille qui habet navem in sortem, quia cleros sors dicitur. Et navigo, as •i• navem regere, et dicitur navigo, quasi navem ago; et inde verbalia, et hoc navigium, gii. Navis componitur naufragus; et inde naufragor, ris, verbum deponens; unde verbalia, et hoc naufragium, gii. Navis componitur quoque hic naupicus, ci •i• navis pater, et hic navarchus, chi •i• princeps navis, quia archos princeps dicitur, et hoc naumachium, chii •i• exercitatio illa quae agitur in na-

vi ; et dicitur naumachium quasi navis machinatio *. Item a no, secundum Isidorum, anser, et ana *, eo quod assidue nent. No componitur trasno, as, vel trano, as, propter absonantiam vocis.

* cave.

* ita cod.

Noceo, es, cui, citum, tu, verb. neut. ; inde nocivus, a, um, quod componitur innocivus, a, um. Et noxius, a, um ; unde haec noxa, ae ·i· culpa ; et inde hic et haec noxialis, et hoc le; et componitur innoxius, et obnoxius. Item a noceo, nocivus, a, um, et haec nox, tis, secundum quosdam; unde haec nocticula, ae, diminut. et noctu indeclinabile, et nocturnus, a, um ; unde hic et haec nocturnalis, et hoc le. Et nocto, as, quod non est in usu ; sed componitur pernocto, as ·i· vigilare; et inde verbalia; et pernoctanter adverb. ·i· vigilanter, et hic et haec et hoc pernox, tis ·i· vigilans ; unde Marcianus: perdia pernoxque sacris ululata chartis. Item a nocte haec noctua, ae ·i· avis quaedam nocte volans. Et componitur haec nocticula, *et* noctiluca, ae ·i· vermis quidam nocte lucens, et hic nycticorax, cis ·i· noctis corvus ; dicimus etiam nycticorax ·i· vigilans corvus, quia nictitare dicitur pro vigilare; quod in Marciano frequenter. Item nox componitur binoctium, ii, spatium duarum noctium, et trinoctium, ii, spatium noctium ; unde Macrobius de Saturnalibus : non posset implere tibi trinoctium. Sic etiam dicimus quadritrium noctium, et quinquinoctium etc. Item a noceo, secundum Isidorum, haec nux, cis, eo quod stilla eius proximis satis et arboribus praecipue noceat ; et inde nucilla, ae, et haec nucula, ae, ambo diminut. et haec nucicula, ae ·i· amygdala, quasi minor nux, et hic nuclearius, ii, pro arbore quae fert nuces, et hoc nucleum, ei, unde hoc nucleolum, li, diminut. et nucleo, as ·i·

adperire, enodare, deflorare; et inde verbalia; et enucleanter, et enucleate adverb. •i• clare et aperte. Noceo componitur pernoceo •i• valde noceo.

Neco, as, ui, avi, nectum, vel atum, verb. neut. Inde nectus, vel necatus; ambo namque inveniuntur, sed in diverso sensu, quia nectus dicitur qui in aqua tantum mortuus est; necatus vero aliqua alia re occisus. Et haec nex, cis •i• mors; unde Ambrosius super Hegesippum ponens nominativum, ait: erat mortuorum nex plurima; et inde haec necula, ae, diminut. in usu tamen nonnisi tres casus dicuntur, necis, necem, a nece; sic et compositum seminecis. Neco componitur perneco, as •i• occidere; unde pernectus, vel pernecatus, et pernicies, ei •i• mors, interitus; unde Iosephus: venenum eius in perniciem mundi natum est. Componitur neco eneco, as •i• occidere; et inde enectus, a, um; unde Horatius in Epistolis: bos est enectus arando. Interneco, as •i• occidere; unde internectus, a, um, et internicies, ei •i• mors.

Niteo, es, ui, verb. neut. et caret supinis; inde nitidus, a, um, quod comparatur nitidior, nitidissimus; unde nitide, nitidius, nitidissime adverb. et hic nitor, ris, et haec nitedula, ae •i• animal quoddam quasi ignis in nocte lucens; unde Cicero: vepreculis extracta nitedula. Item a niteo, nitesco, is, verb. inchoativ. et componitur renitesco, is, et enitesco, cis. Et hoc niciterium, rii •i• signum victoriae, vel, ut alii volunt, quoddam genus nitidissimi unguenti; unde Iuvenalis: et ceromatico fert niciteria collo. Dicimus quoque nideo, es, ui *, pro nitere, vel etiam pro olere; et inde hic nidor, ris •i• odor coctae carnis; unde Augustinus de civitate Dei: tantis sacrificiorum

* cod. *avi*.

cadaverinis non contaminantibus nidoribus. Et componitur nideo, renideo, es ·i· renitere; unde Horatius: pulchrum renidet in mea tecta * lacunar; hinc etiam Marcianus: diversitate colorum variata renidebat. Niteo componitur eniteo, es, praeniteo, es, reniteo, es, et ab istis verbalia.

* ita cod.

Necto, is, xui, xum, xu, verb. neut; inde nexus, a, um, et haec nexio, nis, et hic et haec nexibilis, vel nexilis; et inde nexiliter, vel nexibiliter adverb. et hoc nectar, ris, eo quod nectat, et alliciat mentes potantium; et inde nectareus, a, um. Item necto, is, hic nexus, us, et nexim ·i· coniunctim adv. et nexuosus, a, um ·i· nexibus plenus; unde nexuose adverb. et haec nexuositas, tis. Necto componitur annecto, is, subnecto, is, innecto, is, connecto, is.

Nictor, aris ·i· vigilare; unde Marcianus: ponens participium ait: cantare deproperas rictu * nictantis antistitis; et inde verbalia, et nictanter ·i· vigilanter adv., unde in primo Annalium libro Iosephus: nictanter primis custodiis assistentes, dormientes occiderunt. Hinc etiam nictamen, nis ·i· vigilare, et hic nictus, us ·i· vigilamen, vel motus palpebrarum, vel palpebras movere. Et componitur adnictitare ·i· cum palpebris innuere, sicut facimus designando aliquid cum palpebris; unde Plautus: alii adnutat, alii adnucitat *, aliud tenet, aliud amat. Item a nictor, nictitor, is, nictito, as ·i· vigilare: et componitur hic nycticorax, is ·i· vigilans corvus; unde in Psalmis: sicut nycticorax in domicilio: hinc etiam nicto, as, cii, vel nictui, quod proprie pertinet ad canes quando bestiarum vestigia insequuntur; unde et Caecilius de quodam cane: bene, inquit nictit, holetque. Nictor componitur adnictor, ris, et innictor, ris.

* *ritu.*

* ita cod.

Digitized by Google

Niger, a, um, comparatur nigrior, nigerrimus; unde nigre, nigrius, nigerrime adverb. et haec nigredo, nis, et nigresco, cis, quod componitur enigresco, cis, et denigresco, is. Item ab hoc nomine, quod est niger, nigellus, a, um ·i· aliquantulum niger, et nigellulus, a, um, in eodem sensu, ambo diminut. et nigro, as, quod non est in usu; sed inde dicitur hoc nigramen, nis, et hoc nigramentum, ti, ambo pro nigredine. Et componitur denigro, as; unde denigratus, denigratio. Niger componitur subniger ·i· aliquantulum niger.

Nosco, is, novi, notum, vel noscitum *, verb. activ.; inde notus, a, um; quod comparatur notior, nosimus; unde note, notius, notissime adverb. et haec noticia, ae, et haec notio, nis, et hic notus, ti, quod et pro vento quodam, vel pro quolibet adulterino * (notho) dicitur; unde Horatius: illam cogit amor nothi. Notus componitur ignotus ·i· non notus, et notifico, as, et notificanter adverb. et notificatus, notificatio, notificabilis, notificabiliter adverb. et hoc notificamen, nis. Item a nosco, noteo, es, quod non est in usu, sed componitur innoteo, es ·i· demonstrare; et inde dicitur innotesco, cis, in eodem sensu; unde in Proverbiis: sapiens innotescit paucis; et haec nota; unde haec notula, ae, ambo diminut. Et noto, as, verb. activ.; inde notator, notatus; notatio, notabilis, notabiliter adverb. et notatim, et hoc notamen, nis, et notarius, a, um. Noto componitur innoto, as, subnoto, as, denoto, as ·i· reprehendere. Item a nosco hic et haec nobilis, et hoc le, quod comparatur nobilior, nobilissimus, vel nobillimus; et inde nobiliter, nobilius, nobilissime adverb. et haec nobilitas,

* cod. *nocitum.*

* cod. *adultero.*

tis: et nobilito, as ·i· nobilem imitari; unde nobilitatus, nobilitatio. Nobilis componitur innobilis; unde innobiliter adverb. et haec ignobilitas, tis. Nosco componitur cognosco, cis; unde cognitor, ris, et cognitus, a, um, et haec cognitio, nis; et secundum Isidorum cognitus, ti, eo quod sit de genere notus; unhaec cognata, ae. Cognitus quoque componitur praecognitus ·i· ante cognitus. Item componitur ignosco, cis ·i· remittere, indulgere, et tunc facit participium ignoscitus; unde Terentius in Adelphis: ignoscitum est, creditum est, tacitum est. Et ignotus, a, um; unde ignoro, as; et inde ignoranter adverb. et haec ignorantia, ae, et ignarus, a, um. Item componitur agnosco, is; unde agnitus, a, um, et haec agnitio, nis; praenosco, is, pernosco, cis, et ab istis praenotus, et pernotus ·i· valde notus.

Nascor, ris, natus, sum, verb. deponens; inde natus, a, um; unde haec natio, nis; et inde haec natiuncula, ae, diminut. et nativus, a, um; unde native adverb. et haec nativitas, tis, et hoc natalicium, cii ·i· nativitas. Dicimus etiam natalicius, a, um ·i· ad nativitatem pertinens; unde Persius: et natalicia tandem cum sardonyche albus. Item a nascor, hic et haec nascibilis, et hoc le; unde nascibiliter adverb. et componitur innascibilis, et hic natus, us, pro nativitate, cuius ablativus saepius invenitur, et hic et haec natalis, et hoc le. Natus componitur cognatus ·i· de eodem genere natus, et hic agnatus, ti ·i· ille qui succedit in loco cognati dum desunt filii. Item a nascor, haec natura, ae; unde hic et haec naturalis, et naturaliter adverb. Nascor componitur renascor ris; unde renatus, a, um; unde innatus, a, um.

Nasus, si, secundum quosdam dicitur a nando eo quod semper net ·i· fluat putredine, cuius recta pars dicitur columna, extrema perula, os tenellum cartilago; inde hic nasiculus, vel nasicellus, li, ambo diminut. et haec naris, ris, et nasosus, a, um ·i· magnum habens nasum, quod etiam nasutus, a, um; unde Horatius in Sermonibus: verum depingis nasuta; et hoc nastrale ·i· fibula, quae restringit pallium, circa collum; unde Iosephus in tertio Annalium: et nastrale ex utraque parte vestimentum eiusdem a parte pectoris et scapularum astringunt. Nasus componitur nasturcium, ii ·i· quaedam herba, et dicitur nasturcium quasi nasum torquens.

Nomen, nis; inde nomino, as, verb. activ.; unde nominatus, a, um, et haec nominatio, et nominativus, a, um, et nominatim adverb.; unde in Evangelio: proprias oves vocat nominatim. Item ab hoc nomine nominosus, a, um ·i· famosus; unde nominose adverb. Et per compositionem haec ignominia, ae ·i· aspernatio; unde ignominiosus, a, um, et ignominiose adverb. Nomen componitur binomen, nis, et trinomen, nis; unde binomius, et trinomius. Componitur quoque pronomen, nis, et agnomen, nis; unde agnomino, as. Cognomen, nis; unde cognomino, as.

Ninguit verb. defectivum; inde nivesco, is, verb. inchoativum et ninguidus; unde Prudentius in libro Hymnorum: implet quoque castra cibus ninguidus; et haec nix, vis; unde niveus, a, um, et nivosus, a, um ·i· nive plenus, et hic et haec nivalis, et hoc le.

Novem nomen indeclinabile; inde novus, a, um, et novies adverb. et nonaginta indeclinabile, unde nonagerius, a, um, et nonagenus, a, um, et nonagies

adverb. ·i· per nonaginta vices. Item a novem haec nona, ae, pro quadam hora diei; unde haec nonaria, ae ·i· meretrix quaelibet quae post nonam dabatur iuvenibus; unde Persius: si cynico barbam petulans nonaria vellat. Novem componitur nongenti indeclinabile ·i· novies centum.

Novus, a, um, comparatur novior, novissimus; unde nove secundum analogiam adverbiorum, sed non est in usu, sed in loco eius dicimus noviter, novius, novissime, et haec novitas, tis, et novicius, a, um, quod aliter dicitur nuperus, a, um, tractum ab hoc adverb. quod est nuper; unde Plautus in Captivis: postulavisti hominem nuperum atque novicium; et dicitur nuperus, nuper adveniens; novicius autem ad nova paratus. Et novo, as, verb. activ. quod componitur innovo, as, et renovo, as, et ab istis verbalia. Item ab hoc nomine, quod est novus, hoc novaculum, li ·i· rasorium, quia novat hominem, et novellus, a, um, et hoc novale, is ·i· ager qui singulis annis renovatur; unde Virgilius in Bucolicis: impius haec tam bene culta novalia miles habebit.

Nuo, is ·i· annuere, sed non est in usu; inde dicitur hic nutus, us, et hoc numen, nis, quasi Dei nutus, et nuto, as ·i· dubitare; unde nutabundus, a, um ·i· dubius et incertus; et inde nutabunde adverb. Aliquando autem nutare dicitur pro signare, sicut facit quis cum loquitur cum digitis; et tunc inde dicitur hoc nutamen, nis ·i· nutus vel assignamen; et nutanter ·i· dubitanter vel assignanter; et nutatim, vel nutim ·i· de nutu in nutum, quando quis semper per nutus loquitur. Nuto componitur adnuto, as ·i· annuere, vel assignare; unde Plautus: alii adnu-

tat, alii adnicitat *, aliud tenet, aliud amat; et inde verbalia. Nuo componitur annuo, is, et innuo, is, et renuo, is, et abnuo, is, ambo pro refutare. Componitur quoque nuo, connuo, is ·i· annuere, quod aliter dicitur conniveo, es; unde Prudentius in Psychomachia: connivente oculo praedarum ad gaudia flectit: hinc etiam Persius: vae nisi connives! oleum artocreasque popello. Et inde conniventer adverb. ·i· annuenter, obedienter, et haec conniventia, ae ·i· obedientia, annuentia, collibentia.

* retro *adnucitat.*

Nepos, tis, secundum quosdam dicitur a nascor, et dicitur nepos quasi natus post; et inde hic nepotulus, li ·i· parvus nepos, et haec nepotatio, nis ·i· luxuria, vel prodigalitas *, sicut etiam nepotes quandoque pro luxuriosis, vel pro prodigis dicuntur. Nepos componitur pronepos ·i· tam coniunctae cognationis, ut sit prope nepotem. Abnepos qui seiungitur a nepote. Adnepos ·i· abnepotis filius. Trinepos, vel tetranepos ·i· adnepotis filius.

* infra *pro digialitas.*

Numerus, ri, ut quidam volunt dicitur a Numeria dea numeri, vel a Numa Pompilione *, qui primus reperit numeros apud Romanos; inde numerosus, a, um, et numerose adverb. et haec numerositas, tis, et numerarius, a, um, et haec numella, ae ·i· quoddam genus catenarum innumeris maculis contextum; unde Plautus in Asinaria: catenas, carceres, numellas, boias, ibo adversum. Item ab hoc nomine, quod numerus est, dicitur numero, as; unde numerator, numeratus, numeratio, numerabilis; unde numerabiliter adverb. et componitur innumerabilis, et innumerabiliter adverb. Numero componitur annumero, as, dinumero, as, enumero as, et ab istis verbalia. Sic etiam numerus componitur innumerus, a, um.

* ita cod.

Digitized by Google

Nubo, is, nupsi, tum, tu, verb. neut; inde hic et haec nubilis, et hoc le, et nubiliter adverb. et pluraliter. hae nuptiae, arum; unde hic et haec nuptialis, et hoc le, et nuptialiter adv. et nuptiolae arum ·i· parvae nuptiae, et nuptus, a, um; unde hoc nuptatorium, rii ·i· domus vel locus ubi nubitur. Et per compositionem hoc connubium bii ·i· coniunctio viri et feminae, quod et pro nuptiis quandoque dicitur: hinc etiam dicitur haec pronuba, ae, per compositionem ·i· illa quae assistit mulieri nubenti; et haec innuba, ae ·i· illa, quae nondum nupsit. Et sciendum quod hoc verbum nubo dicitur quandoque pro tegere, quod etiam in compositione eius apparet; unde Statius in libro Thebaidos: obnubitque comas, et temperat astra galero; et tunc inde dicitur haec nubes, is, quia nubit ·i· tegit caelum; unde nubecula, ae ·i· parva nubes, et nubidus, a, um ·i· obscurus, quod etiam nubilus, a, um, et nubilosus, a, um, et nubilose adverb. et nubilo, as ·i· spissum facere. Et per compositionem obnubilo, as ·i· obscurare; et inde obnubilatus, obnubilatio, et obnubilamen, nis ·i· obscuritas. A nube secundum Isidorum haec nebula, et haec nix, vis, quia ambo a nube descendunt. Et a nebula nebulosus, a, um, et nebulose adverb. et hic nebulo, nis ·i· ille qui vanus est ut nebula. Nubo componitur connubo, is, et obnubo, is.

Neuphresis, is, feminino genere dicitur dolor laterum; inde nephreticus, a, um, qui illum dolorem habet; unde Macer de viribus herbarum: idem neuphreticis elixum sumere iussit. Hinc etiam secundum quosdam dicimus neufrendes, inum ·i· teneros infantes, qui hunc dolorem saepius patiuntur. Alii autem dicunt

nefrendes infantes quasi nondum frendentes * ·i· nondum dentibus concutientes; unde Naevius: quem ego nefrendem alui, lacteam inmulgens opem.

* cod. ubiq. f pro ph.

Nuncio, as, verb. activ.; inde nuntiator, nuntiatus, nuntiatio, hic nuncius, cii; unde haec nuntia, ae, et hic nuntiolus, li. Et componitur hic internuntius, ii ·i· ille qui inter duas partes aliquid nunciat; et hic praenuncius, ii, et hic annuncius, ii, ambo pro hoc nomine, quod est nuncius. Invenimus quoque utraque haec nomina mobilia; unde Ambrosius super Hegesippum: irridebant prophetarum annuncia, fas omne calcabant. Nuncio componitur denuncio, as, quod et pro nunciare, et pro prohibere dicitur. Praenuntio, as, annuncio, as, et renuncio, as, quod componitur abrenuncio, as ·i· renuntiare. Pronuncio, as, subnuncio, as, et ab omnibus istis verbalia.

Nugor, aris, verb. deponens; inde verbalia nugator, nugatus, nugatio, nugatorius, a, um, et nugatorie, et nuganter adverb. et haec nuga, ae ·i· derisio; unde Plautus in Amphitrione: quod intelligere quisque potest, ita nugas blattis; et inde haec nugula, ae, vel haec nugella, ae, ambo diminut. et nugosus, a, um ·i· nugis plenus; unde nugose adverb. et haec nugositas, tis, et hic et haec et hoc nugax, cis, quod comparatur nugacior, nugacissimus; unde nugaciter, nugacius, nugacissime adverb. et haec nugacitas, et nugaculus, a, um ·i· gerens nugas; et inde nugigerulus, a, um, diminut. Componitur quoque nugicanus, et nugidicus, et nugisonus, et nugiparus ·i· nugas pariens. Nugor componitur adnugor, ris; et inde verbalia.

Nitor, ris, verb. deponens, et facit praeteritum ni-

sus sum, quando dicitur pro roborare, et tunc inde venit nisus, a, um, et hic nisus, us, et hic nisus, si, pro ave, quae alio modo accipiter dicitur; quando vero dicitur pro parere, tunc facit praeteritum nixum, xu, et tunc inde dicitur hic nixus, us ·i· partus. Nitor componitur adnitor, is, et connitor, is, ambo pro adiuvare. Innitor, et subnitor, ambo pro fulcire. Renitor, et abnitor, ambo pro resistere. Enitor, foras emittere, et ab omnibus istis verbalia.

Nodus, di; unde hic nodulus, li, et hic nodellus, li, ambo diminut. et nodosus, a, um ·i· nodis plenus; unde nodose adverb. et haec nodositas, tis, et nodo, as ·i· ligare; unde nodatus, nodatio, nodabilis; unde nodabiliter, et nodatim adverb. et hoc nodamen, nis. Nodo componitur enodo, as ·i· exsolvere, annodo, as ·i· ligare, et ab istis verbalia. Nodus componitur hic et haec enodis, is ·i· extra nodum; unde Ovidius Metamorph. in decimo: enodisque abies, curvataque glandibus ilex. Componitur quoque nodus hoc internodium, ii ·i· illud grossum os, quod est in genu, et dicitur internodium quia nodat simul crus et tibiam; unde Ovidius Metamorph. in septimo: mollia nodosis facit internodia poplex.

Nutrio, is, trivi, vel trii, tum, tu, verb. activ. Inde hic nutritor, ris, nutritorius, a, um, et haec nutrix, cis, per syncopam, quia si diceremus nutritrix secundum analogiam, absonum esset; et inde haec nutricula, ae, et nutricius, a, um, et hoc nutrimen, nis, et hoc nutrimentum, ti, et nutrico, as ·i· nutrire, et inde verbalia. Nutrio componitur enutrio, is, et inde verbalia.

Neo, es, vi, tum, tu, verb. neut. ·i· filare; inde

netus, a, um ·i· filatus, et hic netus, us ·i· filamen; unde Marcianus: ex candentis byssi netibus videbatur. Neo componitur perneo, es.

Nauci nomen indeclinabile ·i· putredo illa nucis, in qua nucleum involvitur, quod quidem nihil valet, et imo pro nihilo ponitur; unde Plautus: quare homo tumidus, non erit nauci. Et componitur naucipendo, is, et naucifacio, is, ambo pro parum appreciari.

Narro, as, verb. activ.; inde narratus, narratio; unde haec narratiuncula, ae, et hic narratus, us: et narrito, as, verb. frequentativum. Narro componitur enarro, as; unde hic et haec enarrabilis, et hoc le, quod componitur inenarrabilis; unde enarrabiliter adv.

Nervus, vi; inde nervicosus, a, um ·i· fortis, quod et quandoque pro superbus dicitur; et inde nervicose adv. Et nervo, as, quod non est in usu; sed componitur enervo, as ·i· exsolvere; unde Ovidius de Remediis: enervant animos citharaeque, iocique, lyraeque; et inde verbalia; et hic et haec enervis, et hoc ve ·i· sine nervo; unde enerviter, et enervius adverb. ·i· solute, vel solubiliter.

Nauseo, as ·i· vomere verb. neut.; unde Horatius in Epistolis: nauseat ac locuples, quem ducit prima triremis; inde haec nausea, ae ·i· vomitus, et haec nauseola, ae.

Nummus, mi; inde hic nummulus, li, et hic numullus, li, ambo diminut. et nummosus, a, um ·i· nummis plenus, et hic nummularius, rii, et hoc nummisma, tis.

Necesse est indeclinabile, aliquando ponitur pro inevitabili, sicut dicimus, necesse est hominem mori; aliquando pro utili, sicut dicimus, necesse est ho-

minem ieiunum comedere; inde necessarius, a, um ·i· utilis; unde necessarie, et necessario adverb. et haec necessitas, tis, et haec necessitudo, nis. Necessarius componitur pernecessarius, et quamnecessarius, ambo pro valde necessarius.

Nudus, a, um; inde nudulus ·i· ex toto nudus, et haec nuditas, tis, et nudo, as, verb. neut. et ab istis verbalia. Nudus componitur nudipes, dis; et inde haec nudipedalia, ae * ·i· nuditas.

* imo *ium*.

Naevus, vi, culpa, offensa; inde hic naevulus, li, diminut. et naevosus, a, um ·i· naevo plenus; unde naevose adverb. et haec naevositas, tis.

REPETITIONES.

N

Natitare, saepe natare.

Nabundus, nabilis, ad natandum habilis.

Nabulum, merces nautica; unde quidam: nabulum stabulum breviabo.

Natatorium, locus in aqua ubi frequenter natatur.

Natilis, natabilis.

Natrix, serpens aquaticus qui veneno suo inficit aquas.

Navicella, navicula, raticula, puppicula, carinula, legiola, lembulus, caudea, scapha, carabus, cymba, lintris, liburnis, phaselus, cumba.

Naumachium, exercitatio illa quae agitur in navi.

Naufragium, navis fractio.

Naulum, pretium quod datur pro transmeatione.

Navita, nauta, navicularius, gubernator, gubernio, nauclerus.

Nauclerus, qui navem habet in sortem, quia clerus sors dicitur.

Naupicus, navis pater.

Navarchus, princeps navis.

Nycticorax, vigilans corvus.

Noctua, avis nocte volans.

Noctiluca, vermis nocte lucens.

Nucilla, parva nux, quae et

nucicula dicitur vel nucula.
Nuclearius, arbor quae fert nuces.
Nitedula, animal quoddam ut ignis lucens.
Nitidulus, aliquantulum nitidus, candidulus.
Nidere, nitere, vel olere, fragare, olfacere.
Nidor, coctae carnis odor.
Nectar, pigmentum.
Nexuosus, nexibus plenus, quod et laqueosus dicitur.
Nexilis, ad nectendum habilis.
Nexim, coniunctim, copulatim, consertim.
Niciterium, signum victoriae, vel quoddam unguentum.
Nictamen, vigilamen, pernoctamen, excubamen.
Nictus, vigilamen, vel motus palpebrarum.
Nicitare, vigilare, quod et nictari dicitur.
Nictans, vigilans.
Nictitare vel nictari, frequenter vigilare.
Nictitanter, vigilanter.
Nigellus, aliquantulum niger, quod subniger dicitur.
Nigramen, nigredo.
Nictire, olere sicut canes faciunt.
Notificamen, demonstratio, notificatio.
Notificare, declarare, apertum facere.
Notella, notula, parva nota.
Notarius, scriptor, charaxator.
Notus, aliquando pro vento, aliquando pro adulterino * (notho).
Nobilitare, nobilem facere, insignire.
Natalicium, nativitas, natalis.
Natalicius, ad nativitatem pertinens.
Nasiculus, nasellus, nasulus, parvus nasus.
Nasutus, nasosus, magnum nasum habens.
Nasturcium, quaedam herba torquens nares.
Nominosus, famosus, nominatus, celebratus.
Nicopolis, victoriae civitas.
Nastrale, fibula quae adstringit vestem.
Nivascit, inchoat ningere.
Nivosus, nive plenus.
Ninguidus, nivi similis.
Novenus, nonus, novenarius.
Nonagenus, nonagenarius.
Nonagies, per nonaginta vices.
Nonaria, meretrix.
Nuperrime, nuper, noviter.
Nuperus, novicius vel novus.
Novaculum, rasorium.
Novellus, aliquantulum novus.
Novale, ager saepius innovatus.
Novicula, rete ad capiendas aves.
Nudipula, nudis pedibus incedens.

* cod. *adultero*.

Nundinator, mercator, institor, mango, mercenarius.
Navare, strenue officium facere.
Nutare, dubitare, haesitare, vacillare, fluctuare, mussare, mussitare, labare, labascere.
Nutabundus, dubius, incertus, haesitabundus.
Nutamen, dubitamen, quod et pro nutu dicitur.
Nutatim, dubitatim, dubitanter, dubitative.
Numella, quoddam genus catenarum.
Nepotatio, luxuria vel prodigialitas.
Nepotulus, parvus nepos.
Numeria, Dea numeri.
Nuptorium, domus vel locus nubentium, quod et epithalamium dicitur.
Nefrendines, infantes.
Nebulus, nubilus, nubidus, obscurus, caliginosus..
Nebulones, qui vani sunt ut nebula.
Neuphresis, dolor laterum.
Neuphreticus, qui dolorem laterum patitur.
Nugella, nugula, parva nuga.
Nugosus, nugis plenus, ridiculosus, iniuriosus.
Nugax, iniuriosus.
Nugaculus, aliquantulum nugax.
Nugiger, gerens nugas, quod et nugigerulus dicitur et gerro.
Nugiparus, qui parit nugas.
Nisus, accipiter.
Nixus, partus.
Nodellus, nodulus, parvus nodus.
Nodosus, nodis plenus, nexuosus.
Nabulum, naulum, merces navis.
Naiades, nymphae.
Narius, subsannator, derisor, delusor, iniuriator, iniurius, ludificator.
Nusciosus, qui plus vespere videt, sapit, et olet.
Nasale, ornamentum equorum.
Nicostrata, victoriosa; nice enim graece victoria dicitur.
Niliacus, aegyptiacus, niloticus.
Nuniticus, nimius, eximius, immanis.
Nimbosus, nimbidus, pluvius, pluviosus, aquosus.
Ninnarius, cuius uxor moechatur, et tacet.
Nitrum, regale signum vel splendor.
Nutricare, nutrire, fovere, educare, foculare, focillare, alumnare, alere.
Nere, filare, glommare.
Netus, filatus, invenitur quartae declinationis pro filamine.

Neolae, papillae quae ex faucibus caprarum dependent.

Naevus, culpa, offensa, naevositas.

Naevosus, culpabilis.

Naeniae, vanitates, vel mendacia, vel cantilenae, vel carmina miseriae. Ovidius: naeniaque in volucres falsa * figurat anus. Et alibi: ducit supremos naenia nulla choros *.

Navus, celer, a navium celeritate, quod aliter properus, velox, currax, alipes, praepes, volucer, citatus, cursilis, acupes quasi ad eundum acutum habens pedem.

Numida, qui vendit herbas, vel qui alit pecora ad vendendum.

Nablum, psalterium.

Nagare, vacillare, huc illucque fluctuare.

Napaeae, Deae florum, vel flores agrestes.

Navare, conpellere vel accelerare.

Nebris, corium cervinum, et dicitur pluraliter nebrides.

Nephresis, renium dolor. Dicitur etiam neuphresis.

Neophytus, noviter conversus tiro.

Necquicquam, sine causa.

Nullatenus, non, minime, nequaquam, hautquaquam.

Neotericus, novicius.

Novellus, nuperus.

Nequam, iniquus.

Nauci, pellicula quae nucleum involvit, quae nihil valet, et ideo pro nihilo ponitur.

Narritare, frequenter narrare. * *marsa.*

Nervicus et nervicosus, pro fortis dicuntur. * *toros.*

Naucipendere, naucifacere, vilipendere, floccifacere, iuncipendere, iuncifacere.

Nenocte *, nec simulate. Persius: necnocte paratum plorabit. * ita cod.

Nervosus, nervicosus, firmus, stabilis, insolubilis.

Nerena, Dea maris.

Nereides, Deae fontium vel maris.

Nereus, Deus maris.

Neuter, nemo alter, vel neque ille neque iste.

Neu, neque, ut ne, adverbia prohibendi.

Nitorium *, fusile, fusum. * *netorium?*

Nocticula, luna, Cynthia.

Notarius, scriptor, charaxarius.

Norax, peccator, criminosus.

Nudipedula, calciamenta.

Numida, incertae sedis.

Nummaria, lex de nummis.

PROLOGUS

QUARTAE DECIMAE LITTERAE.

Istis Grammatica dirivando completis, de quarta decima littera tractatura, exiguum in prohoemium tali modo prorupit: Cum vobis, o filii, et omnibus sane sentientibus in hoc satisfaciam quod partium origines, prout ipsa latinitas exigit, in communi vestri praesentia normaliter promulgo; protervis tamen et inpudentibus vestri studii aemulis, qui bene et utiliter gesta male dilacerando semper depravant, satisfacere nequeo, nisi aut ab acceptissimo studio omnino cessavero, aut vos de pernoscendis latinitatis studiis, quod absit, subtraxero. Verum quia neutrum est admittendum, imo quia victoriosum est invidis dure et constanter resistere, vicio autem deputatur, et fracti constat esse et inbecillis animi, eis quoquomodo enerviter cedere; ad eos perturbandos aliqua proferamus, quatinus tanto enixius torqueantur, quanto certius apparent utilia esse quae proferuntur. Primum de quarta decima littera tractatum reddituri *sumus*, quae *est* O, *quaeque*, ut *ait* Marcianus, rotundi oris spiritu comparatur. Dixit, et hinc cecinit quae vatibus ante spopondit.

O

Os, oris; inde hoc osculum, li, et osculor, ris, verbum commune; dicimus enim osculor te, et osculor a te; et haec orexis, is ·i· vomitus; unde Iuvenalis: rabidam facturus orexim. Hinc etiam Persius: vero quisque facit * orexim. Item ab ore, oscito, as, verb. neut. ·i· os adaperire; et dicitur oscitare quasi os hiare; unde Persius: oscitat hesternum dissutis undique malis; et inde verbalia; et hic oscitatus, us, et hoc oscitamen, nis. Item ab ore hoc orarium, rii ·i· infula illa quae involvit ora; unde Prudentius in libro Hymnorum: hic sui dat pignus oris, ut ferunt, orarium. Et oro, as, verb. neut. unde orator, ris; unde haec oratiuncula, ae. Oro componitur peroro, as, et exoro, as; unde exoratus, exoratio, quod componitur inexorabilis; unde Statius Thebaidos: et inexorabile pactum legis agenoreae; et inde inexorabiliter adverb. Item ab ore, oppilo, as, verb. neut. ·i· os claudere, quod tamen melius, ut aliis placet dicitur ab ope, vel ab opilione. Et componitur os hoc orificium, cii ·i· foramen, quod etiam pro quolibet foramine dicitur; unde Iosephus in septimo Annalium: erat enim orificium nive dapnatum *: hinc quoque et Ambrosius super Hegesippum: ventris, inquit, sunt orificia. Componitur quoque, orisonus, et oridicus, et oricanus.

* ita cod.

* ita cod.

Os, ossis; antiqui tamen malebant dicere hoc ossum pro osse, quod frequenter in Plauto et in Augustino de vera religione reperies; inde osseus, a, um, et ossosus, a, um ·i· ossibus plenus, et ossim, vel ossatim adv. et hoc ossulum, li, vel ossiculum, li,

Digitized by Google

vel oscillum, li, ·i· parvum os; unde Macrobius de Saturnalibus: inferentes non hominum capita, sed oscilla ad humanam effigiem simulata; et inde oscillo, as ·i· verberare, vel scindere; unde Plautus in Amphitrione: qui mihi advenienti os oscillet probe. Item ab hoc nomine, quod est os, per compositionem ossifragus, a, um ·i· ossa frangens; unde hoc ossifragium, gii, sicut dicimus aliquem fecisse ossifragium, quia os alicuius fregit. Componitur etiam exosso, as ·i· laniare, discindere; unde Plautus in Amphitrione: hic me quasi murenam exossare cupit; et inde verbalia.

Odit verb. defectiv. Inde odium, ii, unde odiolum, li, diminut. et hic et haec odibilis, et hoc le; unde odibiliter adv. et odiosus, a, um; unde odiose adv. Dicimus odiosicus pro hoc nomine odiosus; unde Plautus in Captivis: odiosici sunt, inquit, et multum inconmodestici; et inde odiosice pro odiose adv. Item ab odit, osus, a, um ·i· odiosus; unde Plautus in Amphitrione: iustum est iudicium meum, inimicos meos osa sum: et hic osor, ris ·i· ille qui aliquem odit; unde idem Plautus in eodem: scito illum madidum, incontinentem, atque osorem uxoris suae. Osus componitur exosus, et perosus, ambo pro odiosus, et ab istis exose, et perose adv. Odium quoque, ut quidam volunt, componitur exodium ·i· inceptio cantus, sicut in theophrato * fieri solet; unde Iuvenalis: redit ad sua pulpita notum exodium.

* ita cod.

Orior, ris, ortus sum, tu, verb. depon. Inde ortus, a, um, et hic ortus, us pro nativitate, et hic hortus, ti pro curtillo; unde hic hortulanus, ni ·i· cultor horti, et hic hortulus, li ·i· parvus hortus. Ovidius: hortulus iste brevis micia poma gerit. Et hic

oriens, tis; unde hic et haec orientalis, et hoc le, et haec origo, nis; unde hic et haec originalis, et hoc le; unde originaliter adv. Et componitur pluralis hae aborigines, num ·i· superfluae quaedam frutices, quae non naturaliter, sed vitiose in arboribus, vel etiam in campis oriuntur; unde Cato: ager, inquit, quem Volci habuerunt, plenus aboriginum fuit; et dicuntur aborigines quasi seorsum ab origine. Orior componitur exorior, ris; unde exoratus, a, um, et hic exortus, us. Aborior, ris ·i· non naturaliter oriri, sicut monstra faciunt; et inde abortus, a, um ·i· non naturaliter ortus; unde etiam dicitur coortus, a, um ·i· simul ortus; unde Ovidius Metamorph. in undecimo: sic ubi se ventis conmiserat aura coortis. Componitur orior, adorior, is ·i· invadere; et inde adortus, a, um, et hoc ador indeclinabile ·i· quoddam genus frumenti, et dicitur generaliter pro quolibet frumento; et inde adorinus, a, um, et haec Adorea, ae ·i· Dea frumenti, quod etiam pro quadam veste triumphali ponitur; unde Macrobius de Saturnalibus: stabat adolescens amictus adoreis triumphalibus.

Occulo, is, occului, tum, tu, verb. neut. Inde occultus, a, um, quod comparatur occultior, occultissimus; unde occulte, occultius, occultissime adv. et a supino occultu, u littera mutata in o, fit occulto, as; unde verbalia occultator, occultatio, occultatus, et occultanter, occultatim adv. Item ab occulo, hic oculus, li; unde hic ocellus, li ·i· parvus oculus; unde Iuvenalis: si frictus prurit ocellus; et oculatus, a, um ·i· oculis plenus. Sic etiam dicimus oculosus, a, um, et oculeus, a, um, ambo pro oculis plenus; unde Plautus: quos si Argus servet, qui totus oculeus esse dici-

tur, nunquam servet; hinc etiam tractum oculissimus, sicut ostium amicae suae dicunt quidam oculissimum esse, eo quod semper oculi sui inspiciant in illud; unde Plautus; hinc proximum illud ostium oculissimum salve. Oculus componitur monoculus, li ·i· unius oculi, quia monos graece, unus dicitur latine, et lanoculus, li ·i· ille qui lanam frequenter adhibet ad infirmos oculos tegendos.

Opis, opem, ab ope, nomen triptotum ·i· tres tantum casus habens in singulari. Inde opulentus, a, um, vel ut alii volunt, hic et haec opulens, tis, quod comparatur opulentior, opulentissimus; unde opulenter, opulentius, opulentissime adv. et haec opulentia, ae, et opulento, as ·i· divitem facere, vel foecundare. Item ab ope, opimus, a, um ·i· opulentus, habundans; unde Persius: et opimo vincere ferro *; et inde opime adv. ·i· habundanter. Et opimo, as, verb. activ. ·i· foecundare. Et opiparus, a, um ·i· habundans; unde Plautus in Captivis: opes maximas opiparasque offers mihi. Quod etiam in Augustino de civitate Dei reperies; et inde opipare adv. ·i· habundanter; unde Caecilius: age, age, puer, deduc me ad patrios fines, decoravit opipare. Item ab ope, hic Opiter ·i· Iovis, et dicitur Opiter quasi opum pater, et haec Opis, is ·i· Dea quaedam, quae putabatur opibus praesidere, cuius festa opalia dicuntur; unde Macrobius de Saturnalibus: opalia, inquit, sunt Opis Deae festa; quae et Fauna dicitur, quia favet frugibus; et Fatua etiam vocatur, quod tunc primum puer loqui incipiat cum eam attigerit. Item ab ope, opitulor, aris ·i· auxiliari; inde opitulanter ·i· auxilianter adv. et haec opitulantia, ae, et hoc opitulamen, nis, ambo pro auxilio; sic et-

* ed. *ferto*.

iam et hic opitulatus, us, dicimus pro auxilio, et haec opella, ae ·i· domuncula, ubi opes venduntur, vel ubi officia aguntur in foro; unde Horatius: et opella forensis adducit febres; et opicus, a, um ·i· opibus plenus, vel inter opes assiduus; unde Iuvenalis: et divina opici rodebant carmina mures. Alii autem dicunt quod opicus dicitur rodens, et diminuens a verbo opizare ·i· diminuere. Opis componitur opifer, a, um, et hic et haec opifex, cis ·i· opem ferens; unde hoc officium, cii ·i· auxilium. Componitur quoque oportet, et dicitur quasi opem portet; et inde oportunus, a, um ·i· necessarius, et utilis: et comparatur oportunissimus; unde oportune, oportunius, oportunissime, adv. et haec oportunitas, tis. Oportunus quoque componitur inoportunus, protervus vel inutilis; et inde inoportune adverb. et haec inoportunitas, is; et inde per syncopam inportunus.

Opus, operis; inde hoc opusculum, li, et hic operarius, rii; unde hic operariolus, li ·i· parvus operator, et operor, ris, verb. deponens; inde operator, operatrix, operatus, operatio, et operosus, a, um ·i· utilis; unde operose adverb. et haec opera, ae ·i· sedulitas in rebus agendis. Et componitur hoc operaepreciun, ii ·i· necessitas. Et sciendum quod operor dicitur et pro facere, et pro adiuvare; unde et Paulus: qui, inquit, operatus est Petro in apostolatu, operatus est et mihi. Operor componitur cooperor, ris ·i· auxiliari; et inde cooperator, cooperatus, cooperatio, cooperabilis.

Oleo, es, ui, litum, tu, verb. neut.; inde olidus, a, um, quod comparatur olidior, olidissimus; unde olide, olidius, olidissime, adverb. et haec oliditas, tis,

et hoc oletum, ti ·i· foetor, vel quaelibet res foetida; unde Persius: veto quisquam faxit oletum. Dicimus quoque oletus, a, um ·i· foetidus; et componitur exoletus, a, um ·i· foetidus; unde Prudentius in libro Hymnorum: Ganymedum * exoletum, quod tyranno pertulit. Item ab oleo, es, hic olor, ris, qui et pro odore dicitur, qui alio modo cygnus vocatur; unde Ovidius in Epistolarum libro: ad vada Maeandri concinit albus olor; et inde olorinus, a, um, et hic et haec et hoc olax, cis ·i· olidus; unde Marcianus Capella: acerram illam olacem aromatis refundite; et comparatur olacior, olacissimus; unde olaciter *, olacius, olacissime adv. et olacitas, tis. Item ab oleo, secundum Isidorum, haec olla, ae, eo quod diu servet inmissum odorem; et inde haec ollula, ae, et hic ollarius, qui facit ollas: et componitur ollifer, qui fert ollas. Item ab oleo per compositionem hoc olfactoriolum, li ·i· quoddam vas unguentarium quod in Isaia reperies, et dicitur olfactoriolum, li ·i· quoddam vas quasi olorem faciens; sic etiam dicimus inde olfacio, is ·i· olere. Oleo componitur adoleo, es, olui, vel olevi ·i· crescere, et facit supina in ultum; inde adultus, a, um, et hic et haec et hoc adolescens, tis, quod comparatur adolescentior, adolescentissimus; unde adolescenter, adolescentius, adolescentissime adverb. et haec adolescentia, ae. Dicimus quoque hic et haec adolescens, tis, pro iuvene; unde hic adolescentulus, li, et haec adolescentula, ae, diminut. Item oleo componitur redoleo, es, et suboleo, es, et inoleo, es, omnes pro olere. Componitur quoque oleo exoleo, es ·i· crescere; et inde exoletus, a, um ·i· adultus; unde Plautus in Medico: domi reliqui virginem exoletam. Componitur quoque cum praepositione

* ita cod.

* cod. *oliter*.

obs, et dicitur obsoleo, es ·i· dissuescere, foetere, vilescere. Cicero: obsoleverunt chartae; et alibi: obsolevit oratio; et inde obsoletus.

Oliva, ae ·i· quaedam arbor; inde haec olea ·i· fructus eius, et hoc oleum ·i· granaguta * quae de fructu exprimitur, et hoc oleastrum, tri, pro trunco arboris illius; et hic oleaginus, vel haec oleagina, pro folio arboris; et hoc olearium, rii ·i· vas ubi oleum reponitur. Dicimus etiam hoc olivum, vi, pro oleo, vel pro lucerna, quae de oleo accenditur; unde Marcianus Capella: vespere multo olivo elaboratum. Item ab oliva, hoc olivetum, et hoc olivarium, rii, ambo pro loco ubi olivae crescunt; et hic et haec olivalis, et hoc le ·i· res ad olivam pertinens; unde Prudentius in libro Hymnorum: totis medullis olivale poculum. Oliva componitur olivifer.

* ita cod.

Ocium, cii; inde hoc ociolum li ·i· parvum ocium, et ociosus, a, um; unde ociose adverb. et haec ociositas, tis, et ocior, aris, verb. deponens; unde ocianter adverb ·i· ociose, et ociabundus, a, um ·i· ociosus; unde ociabunde adv. Ocium componitur hoc negotium, ii ·i· mercatum, et dicitur negotium quasi negans ocium; et inde hoc negociolum, li, diminut. et negotiosus, a, um ·i· utilis, vel in rebus agendis intentus; et inde negotiose adverb. et haec negotiositas, tis, et hic negotita, tae ·i· mercator, et negocior, ris ·i· mercari; inde negociator, negociatus, negociatio, nis.

Odor, ris; inde hic odorculus, li ·i· parvus odor, et odorius, a, um ·i· odore plenus; unde odore adverb. et haec odoria, ae, quod et pro quadam Dea dicitur, quae putabatur odoribus praecsse; unde Plautus in Amphitrione: odoria affecit populares suos. Item ab hoc nomine, quod est odor, odoro as, verb. neut.; et inde

odoratus, a, um, et hic et haec odorabilis, et hoc le, et odorabiliter, et odoranter adverb. et haec odorantia, ae ·i· odor, et hoc odoramen, nis; unde odoramentum, ti. Odor componitur odorifer, a, um.

Olus, ris, olusculum, li, parvum olus; unde Iuvenalis: ipse focis brevibus ponebat oluscula; et hic olitor, ris ·i· ille qui vendit olera; unde Horatius: aut olitoris aget mercede caballum. Et olero, as ·i· olera plantare; unde quidam poëta: meos hortulos plus olero, quam stercoro. Et sciendum quod olus secundum quosdam dicitur ab oleo verbo.

Ordior, ris, orditus sum, dicitur pro telam texere; et tunc inde venit orditus, et orditio: quando vero dicitur pro incipere, facit praeteritum orsus sum; et tunc inde dicitur orsus, a, um ·i· inchoatus, et pluraliter hae orsa, nec plus invenitur, ·i· inceptiones loquendi; unde Prudentius in libro Hymnorum: quam vatis pia praecinentes orsa. Ordior componitur subordior, ris; inde suborsus, a, um ·i· subinceptus. Exordior, ris; inde exorsus, a, um ·i· inceptus, et hoc exordium, dii ·i· inceptio.

Ὠκὺς graece, velox latine, et ponitur praepositio, et comparatur ocis, ocior; ocissimus; unde ocius, ocissime ·i· citissime adverb.; unde Terentius in tertia comoedia: tu id quod cupis, quam ocissime tu * des. Hinc etiam dicitur hic oceanus, ni ·i· magnum mare occidentale, eo quod omni alio mari velocius est.

* cod. *ut*.

Omen, nis; inde ominosus, a, um ·i· fortunatus *; unde Quintilianus de Causis: senex ominosus morte filii mei vivo; et inde ominose ·i· fortunate adv. unde idem Quintilianus: prorsus ominose retentus est. Item ab hoc nomine, quod est omen, hic omasus, vel haec

* *infortunatus*.

Digitized by Google

omasis ·i· ventriculus, qui tenet alia viscera; et dicitur ab omine, eo quod in ipso rerum eventus inspiciebant; unde Horatius: patinis caenabat omasum; et inde hoc omentum, ti ·i· membrana porci, vel crassitudo circa ventriculum; quod in Persio reperies: tumet omento popa venter. Omen componitur abhominor, aris ·i· execrare; et inde abhominator, abhominatus, abhominatio, et hoc abhominium, nii ·i· execratio.

Ordo, nis, communis generis; dicimus enim hic et haec ordo; inde ordino, as, verb. activ.; et inde ordinator, ordinatus, ordinatio, et ordinate, ordinanter, et ordinatim adverb. et ordinarius, a, um, et hic et haec ordinalis, et hoc le. Ordinatus componitur inordinatus; unde inordinate adverbium.

Opto, as ·i· desiderare verb. neut.; inde optanter adverb. et optatus, a, um; unde optativus, a, um ·i· desiderativus; et comparatur optatior, optatissimus; unde optate, optatius, optatissime adverb. et haec optatio, nis, quae aliter dicitur haec optio, nis, per syncopam ·i· per abscissionem mediae syllabae; unde Quintilianus: extra invidiam est optio, cum id exigam quod impetrare non possum. Item ab opto, optato adverb. ·i· desideranter; unde Terentius: optato, inquit, advenisti. Et componitur exopto; as ·i· desiderare; et inde exoptanter adverb. et exoptator, exoptatus, exoptatio, et hoc exoptamen, nis. Componitur quoque adopto, as ·i· nutrire; et inde adoptator, adoptatus adoptatio, et hoc adoptamen, nis, et adoptivus, a, um, quo nomine censetur ille qui nutritur in loco filii.

Ostra, ae ·i· cuiusdam piscis testa; inde ostrea, ae, pro ipso pisce, et hic ostrearius, ii, qui piscem illum vendit, et hoc ostrum, tri ·i· quaedam purpu-

ra diversicolor, et hic ostricus, vel ostracus ·i· pavimentum quoddam ex minutis testis vel lapidibus factum.

Ovis, is; inde haec ovicula, ae, vel ovilla diminut. et ovinus, a, um, et hic ovilio, nis ·i· opilio custos ovium, et hoc ovile, is: et componitur hic ovinspex, cis, ·i· ille qui ovium viscera inspiciebat.

Obsono, as, verb. neut. ·i· caenare; inde obsonator, obsonatus, obsonatio: et obsonito, as ·i· saepe caenare, et hoc obsonium, nii ·i· caena; unde Terentius in Andria: hem paululum obsonii est, ipsus tristis; dicimus quoque hic obsonatus, us, pro caena; unde idem Terentius: vix obsonatus est decem drachmis.

Occa, ae ·i· quoddam instrumentum adaptatum ad terram proscindendam, sicut rastrum; inde occo, as ·i· scindere; unde Persius: occa, et seges altera in herba est; et inde occator, occatus, occatio, et hoc occamen, nis. Et componitur exocco, as, et redocco, as, ambo pro scindere, et ab istis verbalia.

Ovum, vi; inde hoc oviolum, li, vel hoc oviculum, li, vel hoc ovillum diminut. et ovo, as ·i· laetari, tractum a pueris, qui tunc laetantur cum ova habuerint; et inde ovanter, et ovatim adverb. et ovatizo, as ·i· laetari.

Ostium, ii; inde ostiolum, li, et hic ostiarius, rii ·i· ianitor, et ostiatim adverb. et hoc ostiarium, rii ·i· lignum cum quo modius aequatur; unde ostire * pro aequare. Et notandum quod ostium secundum Isidorum dicitur ab hoste, eo quod hostem moratur.

* alibi cum *h*.

Orus, ri ·i· Apollo, teste Macrobio de Saturnalibus: quia ipse primum horas adinvenit; inde haec horula, ae; et componitur hora hic horinspex, cis ·i·

horarum inspector, et hoc horoscopium, pii ·i· horarum compositio, horoscopus horarum compositor, Persius: horoscope varo producis genio.

Officium, cii; inde officiolum, li, diminut. et officiosus, a, um ·i· sedulus, et intentus; et inde officiose adverb. et haec officiositas, tis, et hic et haec officialis, is, de officio existens.

Obliviscor, ris; inde oblitus, a, um, et haec oblivio, nis, et obliviosus, a, um; unde obliviose adv.

Oppidum, di ·i· castellum; inde hoc oppidulum, li, et oppidanus, a, um ·i· castellanus, et oppido ·i· valde adverb. Unde Terentius in tertia comoedia: dic me oppido esse invitam, atque asservari.

Opinor, ris ·i· putare verb. deponens; inde opinator, opinatus, opinatio, et opinabilis; unde opinabiliter adv. et componitur inopinabiliter: hinc etiam dicimus haec opinio, nis ·i· suspicio; unde opiniosus, a, um, et opiniose adverb. et hic et haec et hoc opinax, cis ·i· manifestus, sicut dicimus lecatorem quemlibet esse opinacem, quia cunctis manifestum est quod sit lecator.

Organum, ni; inde organicus, a, um, et organice adverb. et hic organista, ae, et organizo, as.

Opacus, a, um ·i· obscurus; et comparatur opacior, opacissimus; unde opace, opacius, opacissime adv. et haec opacitas, tis; et opaco, as ·i· obscurare.

Occupo, as, verb. activ.; inde occupator, occupatus, occupatio, et hoc occupamen, nis. Et componitur praeoccupo, as ·i· anticipare, et exoccupo, as ·i· expedire; et ab istis verbalia.

Offendo, is, di, sum, su, verb. activ. ·i· irasci; inde offensus, a, um, et haec offensa, ae, et hoc

offendiculum, li ·i· scandalum, vel obex: et pluraliter hae offendices, cum ·i· nodi quibus libri signantur; et offenso, as ·i· irasci, et hoc offensaculum, li ·i· ira, vel impedimentum; unde Prudentius: coecum oberrare sinit perque offensacula multa. Offensus componitur inoffensus, a, um; inoffense adverb.

Horsum * adverb. ·i· ad hanc partem, et componitur illorsum ·i· ad illam partem, et istorsum ·i· ad istam partem, et sinistrorsum ·i· ad sinistram partem, et dextrorsum ·i· ad dexteram partem, et priorsum ·i· ad primam partem, et quorsum ·i· ad quam partem, et aliorsum ·i· ab alia parte.

* cod. *ors.*

REPETITIONES.

O

Obesus, circumesus, macer, macilentus.

Occentare, clare et aperte convitiare, brutire, obstupescere.

Obscoenus, foetidus, putidus, spurcus, foetulentus, coenosus, coenulentus, sordidus, mendosus, maculosus, obsoletus.

Ovalis, corona de pugna victoribus data.

Occisitare, saepe occidere.

Obelus, nota in libris vel ferrea regula.

Orexis, vomitus, quod aliter dicitur nausea, vomicium, oscitatus.

Obex, obstaculum.

Occentare, litigare, exprobrare, inproperare, contumeliare, iniuriare, besare *, macerare.

Olopharia, vestis purpurea.

Oscitare, aperto ore hiare, vel foras emittere.

Orchestra, locus in theatro.

Ortygometra, coturnix, genus avium.

Orge, ira, unde et orgia festa Bacchi dicimus, ubi frequenter ad iram commovebantur.

Ophthalmia *, oculorum dolor.

* *vexare?*

* cod. *obtalima.*

Oppilare, os claudere, obturare.
Oratiuncula, parva oratio.
Orarium, stola quae involvit ora.
Orificium, foramen oris.
Opera, sedulitas in rebus agendis.
Operosus, sedulus, intentus.
Opitulamen, auxilium, suffragium, opitulantia, astipulatio, iuvamen, subventio, cooperatio, adiutorium, opificium, praesidium, confugium, subsidium.
Olor et pro foetore et pro ave dicitur qui vocatur cygnus.
Olax, olidus.
Olfactoriolum, vas unguentarium.
Opella, domuncula ubi operatur vel venditur in foro.
Ocianter, otiose, segniter, inerter, flaccide, otiabunde.
Otiabundus, otio habundans.
Odorculus, parvus odor.
Odorus, odore plenus.
Odoria, Dea odoris, vel pro odore.
Odorantia, odor.
Ossosus, ossibus plenus, qui et osseus dicitur.
Ossifragus, ossa frangens.
Ossifragium, fractio ossis.
Oscillum, parvum os.
Oscillare, verberare, contundere, depunire *, vapulare, multare, plagiare.
Odiosice, odiose, perose, exose, odibiliter.
Osus, odiosus, exosus, perosus, odibilis.
Hortulus *, parvus hortus. * cod *ort.*
Hortulanus, custos horti.
Odiolum, parvum odium.
Oriundus, natus, cretus, creatus, progenitus.
Occultamen, absconsio.
Occultim, occultatim, occultanter, occulte, latenter, absconse, clam, clanculo, clanculum, clandestine.
Occultare, abscondere, occulere, recondere.
Ocellus, parvus oculus.
Oculatus, oculis plenus, qui et oculosus et oculeus dicitur.
Opis, quaedam Dea quae putabatur opibus praeesse.
Opalia, Opis Deae festa.
Opulentus, habundans opibus, exuberans, redundans, opiparus, uber, affluens, profluens, affusus, profluus.
Opipare, habundanter, opime, affluenter, exuberanter, redundanter, opulenter, affatim.
Opulentare, foecundare.
Opitulari, auxiliari, adiuvare, suffragari, tutari, subvenire, succurrere, astipulari, adiutare, cooperari, suppetiari, patrocinari, * alibi *depuire.*

praesulari, tueri.

Opizare, diminuere.

Opicus, opibus plenus, vel inter opes commorans, vel diminutus.

Oportunus, utilis, fructuosus, frugalis, necessarius, officiosus, commodus, frugi.

Opifer, opem ferens.

Oliditas, foetiditas, foetor, olacitas, foetulentia, olor exhalatus.

Olfacere, olere, fraglare, renidere, respirare.

* ita cod.

Obsoletus, foetidus.

Obsolere, foetide olere, vel vilescere.

Olea, fructus olivae; oleum, gutta; oleastrum, truncus; oleaginus vel oleagina, folium; olivum, lucerna de oleo vel olei gutta; olivetum vel olivarium, locus ubi oliva crescit.

Olusculum, parvum olus.

Olitor, oleris venditor.

Olerare, olera plantare.

Olerivorulus, olera vorans.

Ominosus, fortunatus.

Ominose, fortunate, forte, fors, fortefortuna.

Omasus, ventriculus qui continet alia viscera.

Orsus, inceptus, iniciatus, inchoatus.

Orsa, initia loquendi.

Ocius, cito, protinus, statim, citanter, velociter, propere, properanter, celeriter, curriculo, mature, maturanter, festine, festinanter, mox, concito, perniciter, topper, actutum, protinam. Plautus: protinam me in pedes conicio.

Ocissime, citissime, percito, praepopere.

Ordinanter, ordinatim, ordinate, secundum ordinem.

Optare, desiderare, ambire, ovare *, flagrare, avere.

Optanter, optate, optatim, desideranter, optato.

Optatio, optio.

Ostrum, purpura diversicolor.

Optato, optanter.

Ostricus, vel ostracus, pavimentum ex minutis lapidibus.

Officiositas, sedulitas.

Oppido, valde, apprime, admodum, nimium, eximie.

Obnebulare, obscurum facere.

Oppingere, circumpingere.

Onyx, bustula, pyxis. Horatius: nardi plenus onyx.

Offundere, circumfundere.

Obiter, interim, interdum. Iuvenalis: atque obiter faciem linit.

Obrutere, limpidare, clarificare, nitificare.

Oppessulare, offirmare, a pessulo.

Orcus, infernus, Tartarus, Styx, Cocytus, gehenna, Phlegethon; licet haec et alia multa loca sint aput inferos, pro inferno tamen accipiuntur.

Orcinus, morte ad Orcum missus.

Obnubere, tegere.

Obvolutus, undique involutus.

Obsepire, circumdare, perlustrare, circumvolvere.

Offendere, irasci, ad iram provocare.

Offensa, culpa, naevus.

Offendiculum, scandalum.

Obex, ubi pes offendit.

Offendices, nodi quibus libri signantur.

Offensare, saepe offendere, vel irasci.

Offensaculum, ira, vel obex.

Opsipare, conminuere, ut dicimus: obsipa pullis escam.

Oppandere, praetendere.

Oppansus, praetensus, vel oppansus.

Officiperdi, nomen indeclinabile i. officium perdens, qui scilicet pro suo labore non habet remunerationem. Cato: quae dicunt officiperdi.

Ovilla, ovicula. parva ovis.

Ovilio, custos ovium, qui aliter dicitur opilio, et archimandrita hoc est princeps ovium.

Ovinspex, ovium inspector.

Obsonare, caenare. Terentius: postquam obsonavit, herus conduxit coquos.

Obsonitare, saepe caenare.

Obsonium, caena.

Occa, rastrum.

Occare, scindere, secare.

Occamen, concisio.

Ovare, ovatizare, laetari, gaudere, tripudiare, exultare, laetificare.

Ovanter, gaudenter, laete, laetanter.

Ostorium, lignum cum quo modius aequatur.

Ostire, aequare.

Horoscopus, horarum compositor.

Horoscopium, horarum compositio.

Opinari, putare, aestimare, arbitrari.

Opinio, suspicio.

Opacus, obscurus, nebulus, nebulosus, tenebrosus, caliginosus.

Opacare, obscurare, interpolare, obtenebrare, obnebulare, caligare.

Ornus, quercus. Horatius in Odis: si ture placaris et orna fruge lares.

Offibulare, concludere.

Opobalsamum, genus unguenti. Iuvenalis: spirant opobalsama collo.

Oxya, acutae passiones.

Occiput, extrema pars capitis. Persius: occipiti caeco posticae occurrite sannae.

Oblitterare, obscurare, vel delere.

Oblitteratus, deletus, abolitus.

Occanere, canere, cantare.

Occalescere, calefacere. Ovidius: osque modo sensi pando occalescere rostro.

Obloqui *, detrahere, detrectare, derogare, obuccare, obiurgare, convitiare, exprobrare, contumeliare.

* cod. *obliqui*.

Optimates, primates qui maioris sunt dignitatis.

Operae precium, necessitas.

Offella, parva offa. Iuvenalis: exiguae furtis inbutus ofellae.

Obiungere, fluere, fluitare.

Opplere, inplere. Terentius: mulier lacrimis opplet os.

Orca, urceus, urceolus, seria, fidelia, obba, lecythus, omnia ista dicuntur pro parvis vasculis. Persius: non fallier orcae collo. Idem: laesa pice sessilis obba.

Oxymel, mel aqua mixtum.

Oenomelum, mustum mellitum.

Officium facit, observat.

Obsecundare, favere, obtemperare, allubescere, obedire, parere.

Obvelare, tegere, cooperiri, amicire.

Oblinire, circumlinire.

Oblimare, obscurum facere. Claudianus: humanas oblimat copia mentes.

Oppignerare, confoederare, confoedustare, subarrhare. Terentius: non illa oppignerare filiam meam me invito potuit.

Obstippus, deorsum inclinatus. Persius: obstippo capite et figentes lumine terram

Oppilago, quicquid in ore ponitur ad ipsum os obturandum.

Opilio, opes custodiens, vel custos ovium.

Ozima, intestina. Persius: cantaverit ozima vernae.

Oblaterare, oblatrare, declamare.

Obrutescere, desipere.

Obstricari, deservire.

Obfuturus, nocens, noxius.

Obtrectare, detrahere.

Obliniare, detrahere, deterere.

Offensare, saepe irasci.

Offendere, irasci.

Offensa, iracundia.

Offendiculum, obstaculum.

Obaerare, aere conducere.

Obaeratus, aere conductus.

Obicula, parvus obex.

Obticescere, reticere.

Obtendit, opponit.
Obtundere, reverberare.
Occipare, ferire.
Obvertere, transvertere.
Obversare, versare.
Ocior, velocior.
Oester, vermis animalibus infestus.
Olli, illi.
Ollic, illic.
Olfat, odorat.
Olympus, spatium inter caelum et terram quasi ololampus; vel mons Macedoniae ita dictus propter altitudinem.
Opinatissimus, vulgatissimus.
Operimentum, coopertorium.
Opinax, manifestus.
Originarius, naturalis.
Horologia *, quia ibi spatia horarum leguntur.
Operire, cooperire, tegere, obducere.
Opalliare, obnubilare.
Opperiri, expectare, praestolari.
Opertorium, coopertorium, operimentum.
Omittere, dimittere.
Obstinatus, intentus, in malo confirmatus.
Obstinate, intente.
Obstinax, inprobus, inportunus.
Oggannire, stulte loqui.
Occipere, incipere.
Obambulare, deambulare.
Octussis, octo asses.
Obductus, tectus, coopertus.
Obcipere, incipere, inchoare.
Offex, impeditor.
Offensiuncula, offensio.
Obliquitas, inaequalitas.
Oligia, retia.
Obtortus, valde tortus.
Obterere, conterere, perimere.
Occubare, cadere.
Obvallare, vallare.
Oppilare, obturare.
Olimentum, sagina, pinguedo, adeps, arvina, muria.
Omentum, crassitudo.
Olympias, quinquennium.
Homilia, sermo popularis.
Omnigenus, omnium generum.
Onyx, lapis, eo quod habeat in se candorem ad instar unguis, qui dicitur onyx graece.
Opifer, plenus, opulentus.
Opificium, auxilium.
Opitergium, castellum prope forum vel prope urbem.
Oscines, aves, quasi ore canentes.
Occinere, canere.
Occentare, canere.
Occubare, cadere, occumbere.
Optimates, boni et valentes.
Optimatim, optime.
Obtinet, continet.
Obsequela, obsequium.
Obsequiosus, obsequio plenus.
Orthographia, recta scriptura.
Officere, nocere.

* cod. *or*.

Obdetectus, denudatus.
Obcaecare, caecare.
Obiacere, obponere.
Obites, vecticellus liminis.
Oblegare, circummittere.
Oblaqueare, illaqueare.
Obstupidus, amens.
Oblongus, ex obliquo longus.
Obvallatus, circumdatus.
Occupare, optinere.
Obustus, circumustus.
Oppansus, velatus.
Oliginosus, pinguis.
Olfatus, odore plenus.
Ollitanus, ad ollam pertinens.
Oppessulatus, clausus, firmatus.
Oppendicen, breve pallium et scissum.
Optinarius, qui militum vicibus praeest.
Oriola, navicula piscatoria.
Obuncus, curvus.
Obuncare, curvare.
Obserare, obfirmare.
Obtenebrare, obscurare.
Obiectare, obicere.
Obdurus, valde durus.
Obsulcare, denigrare.
Obiectus, oppositus.
Obluctari, reniti.
Oblitere, latere.
Oblinire, linire.
Obnectere, nectere.
Obrumpere, ingredi.
Obsitus, tectus, circumdatus.
Obtentus, precatus qui opponitur inter nos et Deum.
Oppansus, velatus.
Octonus, octavus.
Olores, aves volucres.
Occines, praepetes.
Onocrotalus, pellicanus, avis in Aegypto.
Opacare, obscurare.
Operosus, ingeniosus.
Opinari, aestimare.
Opinatus, divulgatus.
Oripilatio, nuditas.
Oricus, qui magnum os habet.

PROLOGUS

QUINTAE DECIMAE LITTERAE.

Praemissae litterae tractatu tali modo transcurso, protinus Grammatica ita se prompte, ita et parate ad dirivandum accingens, quasi parum prius vel nihil praemisisset, ut liquidis clareret indiciis magnum aliquid eam prolaturam, sic sibi circumsedentes fuit affata poëtas: Nunc, filii, nunc diligentius attendite: en partium rivus latialium iam profluet in uberrimum pelagus: en praemaxima totius latinitatis copia in vestris se auribus intonabit, quae scorpiunculis totius dumtaxat boni adversariis exicium parabit et interitum, quia tam copiosae fertilitatis erunt, tantique habundantes examinis, ut non solum eos acerbissime cruciari, sed et si fieri potest ad interitum eosdem facient properare. Sed quia nunquam, pro dolor! nunquam lutulenta moritur invidia, imo tunc quasi reviviscit, cum aliquid in aliis egregium agnoscit, coeptos saltem dirivandi modos, quasi praeduros ad eos contundendos malleos elevemus, primum de quintae decimae litterae, quae est P, tractatum inchoantes, quae, teste Marciano, labris apertis, per spiritum erumpit. Nunc igitur, adhibitis attentius auribus, quae proferenda sunt audite, quia et praecipua sine dubio sunt, et omni latinitati maxime congruunt. Dixit, et alta nimis assensibus * extulit imis.

* Num *a sensibus*?

P

Pridem adv. ponitur pro positivo, et comparatur pridem, prior, primus. Ab hoc vero adv. quod est pridem, dicitur priscus, a, um, et pristinus, a, um. Ab hoc autem nomine prior, dicitur prius adv. et hic priorculus, li ·i· parvus prior, et haec priorissa, ae, et hic prioratus, us, et priorsum adv. ·i· ad priorem partem; unde Macrobius de Saturnalibus: aut enim accedit priorsum, aut sinistrorsum recedit. Ab hoc quoque nomine, quod est primus, primarius, a, um ·i· primus, et prime adv. quod tamen non est in usu, sed componitur apprime ·i· valde, et primitus, et primo, et primum adv. et ab isto extremo dicitur primulum adv. et diminut. unde Terentius in Adelphis: modo dolores meatu occipiunt primulum. Item ab hoc nomine, quod est primus, primitivus, a, um, et hic et haec primas, tis ·i· ille qui primus habetur in populo; unde hic primatus, us ·i· eius magistratus, et hic primor, ris ·i· in ordine prior; unde hoc primordium, dii ·i· principium; et pluraliter hae primiciae, arum; unde primicius, a, um ·i· praecipuus, et inter alios primus; unde Ovidius Metamorph. in nono: ecce rapit mediis flagrantem iratus ab aris Rhoetus primicium torrem. Primus componitur hic et haec princeps, pis, quasi quod primum est capiens; unde hic et haec principalis, et hoc le, et principaliter adv. et hoc principium, ii, et principor, ris ·i· magistrari, verbum depon. unde principanter ·i· inperiose adv. et hic principatus, us. Componitur quoque primus primaevus, a, um ·i· primus in aevo, et hic primicerius,

ii ·i· camerarius, qui primum cereum portat ante regem, et hic primipilus, li ·i· qui primum pilum gestat in bello, et hic primivirgius ·i· qui primam virgam fert ante regem. Componitur etiam primus cum multis aliis partibus, quae aliis in locis conpetentius dicentur.

Pario, is, peperi, partum, tu, verb. neut. Inde hic partus, quod componitur hic parmeus, ei ·i· partus means. Et a supino pártu, u littera mutata in rio, fit parturio, is, verbum derivativum; unde Priscianus: haec, inquit, sunt derivativa amaturio, micturio, parturio. Item a pario, hic puer, ri. Alii autem dicunt, quod puer, dicitur a parvo, eo quod parvus sit; alii a puro, eo quod purus sit; nobis vero magis placet, ut puer a pariendo dicatur, eo quod ex partu prodeat; et inde haec puera, ae, et hic puerculus, li, vel puerulus, li, ambo diminut. et haec puericia, ae, et hic et haec puerilis, et hoc le; unde pueriliter adv. et haec puerilitas, tis; et puerasco, is, verb. inchoat., quod componitur repuerasco, is; unde Sidonius: idem quodammodo repuerascit. Item ab hoc nomine, quod est puer, hic puellus ·i· iuvenis; unde Plautus in Lenonibus: dolet hic puellus sese venunduci *; et inde haec puella, ae, et haec puellula, ae, et hic et haec puellaris, et hoc re; unde puellariter adv. et haec puellaritas, tis. Et sciendum quod antiqui dicebant puerus, et non puer; unde Caecilius: puere, puere, deduc me ad patrios fines. Nos quoque suscipimus hoc in eius diminutivo, quia ab hoc nomine, quod est puerus, dicimus puerulus; et secundum analogiam ab hoc nomine, quod est puer, puellus. Puer componitur haec puerpera, ae ·i· puerum pariens; et inde hoc puerperium, ii. Pario componitur operio,

* ed. *venum ducier.*

is, ui, tum, tu ·i· tegere, verb. activ. Inde opertus, a, um, et hoc operimen, nis ·i· tegimen; unde hoc operimentum, ti, et hoc opertorium, rii, et operculum, li; unde in Lege: vas sine operculo inmundum erit. Invenitur quoque hoc operculum, li, per syncopam. Operio componitur cooperio, is; unde coopertus, a, um, et hoc coopertorium, rii. Cooperio componitur quoque discooperio; unde discoopertus. Dicitur quoque opperior, ris, pro expectare; quod in Terentio quam frequenter repperies, et caret praeterito. Item pario componitur aperio, is; inde apertus, a, um, et comparatur apertior, apertissimus; unde aperte, apertius, apertissime adv. et hic aper, ri, eo quod feriendo aperiat; et inde aperculus, li ·i· parvus aper. Aperio componitur adaperio, is, et redoperio, is, ambo pro aperire, et ab istis adapertus, et redopertus. Item pario componitur repperio, is; unde repertus, a, um: et experior, ris; unde expertus, a, um, quod componitur inexpertus, et hoc experimentum, ti.

Pupus, a, um, dicebant antiqui pro hoc nomine, quod est parvus; unde et nos dirivamus hic pupillus, li, eo quod parvam habet consolationem; et haec pupilla, ae ·i· meditullium oculi, quia parva est; et hic pusio, nis ·i· infans; unde Iuvenalis: nonne putas melius, quod tecum pusio dormit; et inde hic pusiunculus, li, et hic pusiolus, li, ambo diminut. Item ab hoc nomine; quod est pupus, hic puber, ris ·i· iuvenis; unde hic puberculus, li, diminut. et haec pubertas, tis ·i· iuventa, et hic pubeta, ae ·i· iuvenis, quod etiam hic pubeda, ae, dicitur; unde Marcianus Capella: pubeda vix dum, vel paterna contremens; et

haec pubes, is ·i· inferior lanugo; et inde pubesco, is ·i· crescere, quod componitur inpubesco, is, et sububesco, is. Pubes vero quandoque dicitur pro iuvene; et tunc componitur, inpubes, is, inberbis: sic etiam et inpubes eos dicimus, qui barbam necdum habuerunt. Et componitur etiam depubes, is ·i· porcus suggens; et dicitur depubes, quasi deorsum a setis, quia pubes pro lanugine dicitur.

Parvus, a, um, comparatur minor, minimus. Ab hoc vero nomine, quod est parvus, dicitur parvulus, a, um, diminut. et haec parvitas, tis, et parvum adv. quod tamen non habemus in usu propter absonantiam vocis, sed inde dicimus parum per syncopam ·i· per subtractionem unius litterae, quae est u. Et componitur parumper ·i· parum adv. Item ab hoc nomine, quod est parvus, pusillus, a, um, quasi diminutivum eius; et componitur hic et haec pusillanimis, et hoc me; unde pusillanimiter adv. et haec pussillanimitas, tis; et dicitur pusilanimis quasi pusillum habens animum. Item ab hoc nomine, quod est parvus, secundum Isidorum, hic pupillus, li, eo quod parvus sit; unde hic pullulus, li, diminut. et pullulo, as ·i· crescere verb. neut. Inde verbalia et hic pulvinus, ni, et hoc pulvinar, ris, ambo pro plumacio quod efficitur de plumis pulli. Notandum quoque quod dicimus pullus, a, um, pro hoc nomine, quod est niger; unde Ovidius Metamorph. in quarto: pullosque et luctibus aptos semper habet foetus; et inde pullatus, a, um ·i· nigris vestibus indutus; unde Iuvenalis: horrida mater, pullati proceres. Parvus componitur parvipendo, is et parvifacio, is. Ab hoc vero nomine, quod est minor, dicimus minus adv. et minusculus, a, um ·i· aliquanto

minor ; et m̃inoro , as ·i· minorem facere ; unde minoratus, minoratio. Minus componitur paulominus adv. ·i· aliquanto minus : hinc etiam dicitur hic minister, ri , quasi minor in statione, nam sterion dicitur statio ; et inde haec ministra , ae , et ministro , as , verb. neut. et inde verbalia ; et hic ministratus , us , et hoc ministerium , rii ; unde hoc mysterium , rii , per syncopam et inde mysticus , a , um ; unde mystice adv. Ministro componitur administro , as ; unde administrator , ris , administrarius , a , um , et haec administratio , nis , et hic administratus , us. Componitur etiam subministro , as ; et inde verbalia. Ab hoc quoque nomine , quod est minimus , dicitur minime , et minimum adv.

Pes , dis ; inde hic et haec pedestris , et hoc re , vel hic pedester , haec pedestris , et hoc re ; et hic pedulus , li , unde hic pedellus , li , eo quod minimos habeat pedes : et hic pediculus , li ; et inde pediculosus , a , um ·i· pediculis plenus. Et sciendum quod vocamus pediculos multis aliis modis : videlicet pedones , pedunculos , hispedicosos , a verme quodam hispedicosis ; unde quidam : hispedicosis ubi me vidit , caput abscondit , pedem contraxit. Item a pede , pedes , tis ·i· pedester , et haec peda , ae ·i· vestigium humanum et haec pedana , ae , boia circa pedes , et hoc pedum , di , baculus pastoralis ; unde Virgilius in Bucolicis : at tu sume pedum ; et hic pedor , ris ·i· pedum foetor ; unde Lucanus : longusque in carcere pedor : hinc etiam pedora plurali numero dicimus sordes pedum , vel aurium ; et pedicos eos vocamus , qui sordidos habent pedes. Item a pede , haec pedica , ae ·i· catena circa pedes ; unde pedicatus , a , um ·i· incatenatus , et pessum ·i· subtus adv. unde Lucanus : sidentia pes-

sum corpora caesa iacent. Et componitur pessundo, as, dedi, verb. activ. ·i· subtus dare; et inde verbalia. A pedica quoque per compositionem dicitur expedio, is, ·i· convenire, vel liberare, et dicitur expedire quasi extra pedicam aliquid ponere; et inde expeditus, a, um ·i· liber, et promptus: et comparatur expeditior, expeditissimus; unde expedite, expeditius, expeditissime adv. et haec expeditio, nis; sicut dicimus, aliquem isse in expeditionem militum, ubi milites liberi et prompti efficiuntur ad bellandum. Expeditus componitur inexpeditus. Sic etiam componimus a pedica, inpedio, is; et dicitur inpedio, quasi in pedicam te pono; et inde inpeditus, a, um, et inpedite adv. et haec inpeditio, nis, et hoc inpedimentum, ti. Praepedio, is ·i· inpedio; unde praepeditus, a, um, et haec praepeditio, nis. Conpedio, is ·i· illaqueare, innectere; unde conpeditus, a, um, et pluraliter hae conpedes, um ·i· catenae circa pedes. Item a pede haec podagra, ae ·i· pedum propria quaedam infirmitas, sicut chiragra manuum; et inde podagricus, a, um. Et per compositionem dicitur hic suppedaneus, ei ·i· scabellum sub pedibus, et pluraliter hae suppetiae, arum ·i· auxilia, quae ab illis maxime petuntur, vel illis praecipue dantur, qui sub aliorum detinentur potestate; unde in historiis frequenter legimus: praebuerunt illis suppecias. Hinc etiam Augustinus de civitate Dei in octavo: qui hinc deferunt petitiones nostras, inde referunt Deorum suppecias; et inde suppedito, as ·i· auxiliari. Item a pede per compositionem hic alipes, dis ·i· velox pedetentim, et hic et haec praepes, dis * ·i· velox, et aliquando dicitur pro ave: et repedo, as ·i· remeare; et inde verbalia et repedito, as, verb. fre-

* ita cod.

quentativ. Et componitur pes, bipes; unde bipedalis. Tripes; unde tripedalis, quadrupes; unde quadrupedalis, et quadrupedius, a, um; unde Plautus in Amphitrione: cursu quadrupedio agitabo adversum clivum. Componitur quoque pes hic sexquipes ·i· dimidius pes; unde Persius: nugaris, cum tibi, calve, pinguis aqualiculus propenso sexquipede extet. Et sonipes, aeripes, cornipes, levipes, multipes.

Procus, ci ·i· novae coniugis appetitor; inde procio, is, ivi, itum, tu ·i· novam coniugem petere; unde hic et haec et hoc procax, cis ·i· avidus, et inportunus ad petendum, quod comparatur procacior, procacissimus; unde procaciter, procacius, procacissime adv., et haec procacitas, tis, et procaculus, a, um ·i· aliquantulum procax. Dicimus etiam proco, as, et procito, as pro saepe petere, sicut proci faciunt, vel pro saepe prolongare, sicut mulieres faciunt procis suis, et ab istis verbalia. Item ab hoc nomine, quod est procus, pluraliter hi proceres erunt, eo quod semper laudem et bellum appetant, et procul adv. unde proculus, li ·i· filius qui nascitur, patre procul existente a patria, et haec procula, ae ·i· vestis quaedam preciosa, quia de procul afferebatur, et dicitur procula, quia a procul lata; unde Iuvenalis: in proculas et pollucas est moecha Labulla.

Partior, ris, titus sum, itum, tu, verb. depon. Inde partitor, ris, et partitus, a, um, et haec particio, nis; unde haec partio, nis, per syncopam, et haec partitudo, is ·i· particio; unde Plautus in Amphitrione: proxima partitudo cui competit, nequeo comminisci. Partitus componitur bipartitus, tripartitus, quadripartitus. Item a partior, partim adv. et haec pars,

tis ; unde hic particus , ci ·i· negotiator particulas vendens , et particula , ae ; unde hic et haec particularis , et hoc re , et particulariter adv. et haec particularitas , tis , et particulatim adv. Dicitur quoque a parte haec portio , nis ·i· pars , vel particio ; unde in Psalmo : portio mea , Domine , sit in terra viventium. Pars componitur hic et haec et hoc expers , tis ·i· extra partem ; et inde experior , ris ·i· probare verb. depon. unde expertus , a , um , et experte , et expertim adv. et hoc experimentum , ti ·i· probamentum. Item pars componitur hic et haec et hoc inpers , tis , vel expers , tis ·i· sine parte ; unde Ambrosius super Hegesippum : vestro proelio omnes implicabuntur , nec erit ulla regio vestri inpers cruoris ; et inde impertior , ris , vel impertio , tis , pertii , vel tivi ·i· donare ; et inde impertitus , a , um.

Pleo , ples , non est in usu , sed inde dicitur plenus , a , um , quod comparatur plenior , plenissimus ; unde plene , plenius , plenissime adverbia ; et haec plenitudo , nis , et plenarius , a , um ; unde plenarie adv. Pleo componitur impleo , es ; unde impletus , a , um , et haec impletio , nis , et hoc implementum , ti. Impleo quoque componitur adimpleo , es ; unde adimpletus , a , um , et haec adimpletio , nis. Suppleo , es ·i· superimplere ; unde suppletus , a , um , et haec suppletio , nis , et hoc supplemen , nis ; unde hoc supplementum , ti. Oppleo , es ·i· implere ; unde Terentius : mulier lacrimis opplet os ; et inde oppletus , a , um , et haec oppletio , nis. Repleo , es ; unde repletus , a , um , et haec repletio , nis. Expleo , es ; unde expletus , a , um , et haec expletio , nis. Et componitur expletus , a , um , inexpletus ·i· non impletus ;

unde inexplete adv. Compleo, es; unde completus, a, um, et haec completio, nis, et hoc completorium, rii. Et sciendum quod omnia composita a pleo habent unum sensum, et dicuntur pro implere.

Pugno, as, verb. neut. Inde verbalia; et haec pugna, ae; unde haec pugnula, ae, vel pugnella, vel pugnariola, ae, diminut. et hic et haec et hoc pugnax, quod comparatur pugnacior, pugnacissimus; unde pugnaciter, pugnacius, pugnacissime adv. et haec pugnacitas, tis, et pugnaculus, a, um ·i· aliquantulum pugnax, et pugnabundus, a, um ·i· pugna plenus; unde Iosephus in octavo decimo: cum eis Iudas aulam pugnabundus invasit. Item a pugno hic pugnus, ni; unde hic pugillus, li ·i· parvus pugnus, et hic pugillaris, ris ·i· tabula manualis; unde in evangelio: et postulans pugillarem scripsit. Et a pugilo, hic pugil, is ·i· victor; unde hic pugillatus, us ·i· victoria; unde Macrobius de Saturnalibus: si quis ut se amplius exerceat, vel ad cursum, vel ad pugillatum; et inde pugilicus, a, um ·i· victoriosus, vel invictus; unde pugilice ·i· victoriose adv. Unde Plautus in Epidico: pugilice, inquit, valet atque athletice. Item a pugilo, hic pugillator, ris ·i· victor, pro bellator; et inde pugillatorius, a, um ·i· victoriosus; unde pugillatorie ·i· victoriose adv. Pugno componitur expugno, as; unde expugnanter adv. et expugnator, expugnatus, expugnatio, expugnabilis; unde expugnabiliter adv. Propugno, as; unde verbalia et hoc propugnaculum, li ·i· locus ubi pugnatur, sicut turris, vel castellum. Impugno, as; unde impugnatus, impugnatio. Depugno, as ·i· pugnare; unde Prudentius in Psychomachia: ipse salutiferas possesso in corpore vires depu-

gnare iubes. Repugno, as; unde repugnanter ·i· resistenter, et haec repugnantia, ae ·i· resistentia. Oppugno, as, conpugno, as, et ab istis verbalia.

Πατὴρ graece, pater latine; inde hic paterculus, li ·i· parvus pater, et paternus, a, um; unde haec paternitas, tis, et hic patruus, ui, et hic patruelis, is: et patrisso, as ·i· patri assimilari; unde Terentius in Adelphis: laudo, Ctesipho, patrissas; abi, virum te iudico. Item a patre hic patrimes, mis ·i· puer patri similis, et dicitur patrimes quasi patrem imitans: sic etiam dicimus matrimes, mis, vocantes sic puerum, qui matrem imitatur: et haec patria, ae; unde patronomicus, a, um ·i· de patria natus; et componitur patria repatrio, as ·i· a patria remorare; et inde verbalia. Item a patre hoc patrimonium, nii, et hic patronus, ni ·i· defensor; unde haec patrona, ae, et patrocinor, ris ·i· defendere, verb. depon. unde patrocinator, patrocinatus, patrocinatio, et hoc patrocinium, nii ·i· defensio. Item patricius, a, um ·i· de patrum genere natus, quod etiam patruus dicitur. Et patro, as ·i· facere; unde patratus, patratio. Et componitur repetro, as, et perpetro, as, et impetro, as, et ab istis verbalia. Patro componitur hic compater, et hic patriarcha, ae ·i· princeps patrum, quia archos dicitur princeps; et hic patrinus, ni ·i· ille qui cum sit pater, adhuc habet avum vivum, et hic pater familias, ·i· pater super familiam.

Pinso, is, pinsui, sum, su, verb. neut. ·i· pistrire; inde hic pistor, ris; unde pistorius, a, um, et haec pistrix, cis, quod etiam pro muliere dicitur quae pinsit, et pro quodam magno pisce, qui aliter dicitur balena. Item a pinso pinsus, a, um ·i· pistri-

tus, et haec pinsio, nis; unde haec pinsiuncula, ae ·i· parva pinsio, et haec pinsa, ae ·i· scacella cum qua pasta maceratur; unde quidam poëta: neque pinsis pinsui, neque palatis molui; et inde haec pinsula, ae, diminut. Et pinso, as, et pinsito, as, ambo pro frequenter pistrire, et ab istis verbalia. Item a pinso hoc pistillum, li ·i· pestellum. Et a nomine pistrix, quod superius protulimus, pistrio, is, verb. neut. unde pistritus, a, um, et haec pistricio, nis, et hoc pistrinum, ni ·i· locus ubi pistritur, quod etiam aliter dicimus haec pistrilla, ae; unde Terentius in Adelphis: apud ipsum locum est pistrilla, et ex adverso fabrica. Item a pinso pisticus, a, um ·i· conmixtus ex diversis, sicut lactuarium, vel preciosum unguentum, ex diversis conmiscetur speciebus.

Pellis, is; inde haec pellicula, ae, et pellitus, a, um ·i· pellibus indutus, et haec pellicia, ae, et haec pelliris, is ·i· galea ex corio, vel ex pelle, et hic et haec et hoc pellax, cis ·i· fallax, fraudulentus; unde Marcianus: pellax soricas cumque sensim congeris; et comparatur pellacior, pellacissimus; unde pellaciter, pellacius, pellacissime adv. et haec pellacia, ae ·i· fallacia; unde Prudentius contra Haereses: sentio quem contra moveat pellacia litem. Item a pelle, pellicio, is, pellexi, vel pellicui, pellicitum, tu ·i· decipere, verb. activ. unde Livius: quaepiam te lydio fulgens decore et gratia pellicuit; et inde haec pelex, cis ·i· illa quae sub uxore habetur, vel ante uxorem habita est dimissa; unde hic pelicatus, us ·i· adulterium. Pellis componitur hic pelliparius, ii ·i· palmentarius, eo quod parat, vel praeparat pelles. Componitur quoque pellis depelliculo, as ·i· decipere, verb. activ. inde depelliculator, depelliculatus, depelliculatio.

Digitized by Google

Pilus, li; inde pilosus, a, um, et haec pilositas, tis, et hic pilax, cis ·i· catus, murilegus, eo quod pilis maxime habundet, vel quia pilus eius est preciosus; unde in vita sancti Samsonis dicitur: quod cellerarius confecit venenum, et probavit per pilacem esse mortiferum. Item ab hoc nomine, quod est pilus, haec pila, ae ·i· polotellus cum quo luditur, eo quod sit pilis plenus. Et componitur hic pilicrepus, pi ·i· ille qui ludit cum pila, quod etiam hic ludipilus, li, dicitur, eo quod ludat cum pila. Et sciendum quod pila quoque dicitur pro quodam vase in quo tenentur herbae, et tunc inde venit hoc pilentum, ti ·i· quoddam genus curruum eo quod terat viam; unde Horatius in Epistolis: esseda festinant, pilenta, petorita. Et pilo, as ·i· rapere, sed non est in usu. Componitur quoque compilo, as, verb. activ. ·i· rapere, et contundere; unde Horatius: ne te compilent fugientes; et inde compilator, ris, quo nomine ille vel maxime solet censeri, qui sicut diversae herbae in pila, ita plurima aliorum scripta inter sua congerit; et inde compilatorius, a, um, et compilatus, a, um, et haec compilatio, nis. Item ab hoc nomine, quod est pilus, per compositionem hic capillus, li, et dicitur capillus quasi capitis pilus, de quo in tertia littera sufficienter diximus; et hoc pileum ei ·i· mitra, quia tegit pilos; unde hoc pileolum, li, diminut. unde Horatius: ut cum pileolo soleas conviva tribulis.

Pilum, li ·i· telum; inde pilanus, ni ·i· ille qui cum telo graditur armatus, et hic pilata, ae ·i· fur, et dicitur pilata quasi cum pilo latens, et hic pirata, ae ·i· raptor in aquis, et dicitur pirata quasi cum pilo, et rate pugnans; unde piraticus, a, um, et

haec piratica, ae ·i· latrocinium per mare; unde in historia dicitur, quod filius Pompei piraticam exercuit. Pilus componitur hic primipilus, li, qui primum pilum fert ante regem, qui et primipilaris dicitur. Componitur quoque expilo, as ·i· diripere; unde in Salustio repperies, quod Catilina expilavit aerarium; et inde expilator, expilatio. Depilo, as ·i· furari; et inde depilator, depilatus, depilatio. Suppilo, as ·i· compilare *; unde Plautus: ille profecto suppilabat me, quod ancillas meas suspicabar; et inde verbalia.

* cod. *compellere*.

Palam adverb. ·i· aperte; inde palo, as, verb. activ. ·i· vagare; unde Prudentius in libro contra Haereses ponens participium ait: palantes geminos fuga separat; et inde palanter adverb. ·i· vage, erranter, et remisse; et palabundus, a, um ·i· vagans, et errabundus; et hoc palatum, ti, eo quod amplum sit, et interius vaget lingua; et hoc palearium, rii ·i· pellicula illa quae pendet ante pectus bovis, eo quod laxum est, et vagum; unde Ovidius Metamorph. in secundo: armis palearia pendent; et hoc palacium, cii ·i· ampla domus, et vaga; unde palatinus, a, um ·i· de palatio existens; et hoc palatum, ut quidam volunt, dicitur a palatio, et vocatur palatum quasi oris palacium. Palo componitur propalo, as ·i· declarare, reserare. Depalo, as, similiter pro reserare; unde Iosephus in sextodecimo: ille corintum * tormentum examinans, fecit tormentum depalari; et ab istis verbalia. Item a palam, palus, li, eo quod foris et in palam figitur; et inde hic paxillus, li. Palam componitur inpalam ·i· inaperto.

* confer pp. 119. 145.

Parco, is, peperci, parsum, su, verb. neut.; unde Ambrosius super Hegesippum ait ponens futurum:

nec mulierem parsurum sexui ; inde parcus , a , um , quod comparatur parcior , parcissimus ; unde parce , parcius , parcissime adverb. et haec parcitas , tis. Et componitur parcus quamparcus ·i· valde parcus , et perparcus ·i· ultra modum parcus ; et inde perparce adverb. ; unde Terentius in Andria : tu quoque perparce facis. Item a parco haec parsimonia , ae ·i· abstinentia. Per antiphrasim ·i· per contrarium , pluraliter hae Parcae , arum , eo quod minime parcant ; et inde hic et haec parcalis , et hoc le.

Peto , is , tii , vel ivi , itum , tu , verb. activ. ; inde petitor , ris , et petitus , a , um , et haec petitio , nis ; unde haec petitiuncula , ae , et hic petitus , us ·i· petitio ; unde Macrobius : inter haec Evangelus petitu omnium temperatus. Item a peto hic peticus , vel peticius , cii , qui amat aliquid petere , et hic veneripeta , ae , per compositionem ·i· luxuriosus ; et dicitur veneripeta quasi Venerem petens. Et hic petaso , nis ·i· perna porci , unde Martialis Coquus : et pultem dubio cum petasone voras ; et inde hic petasunculus , li ·i· parva perna ; unde Iuvenalis : siccus petasunculus , et vas. Item a peto hoc petasum , si ·i· calciamentum Mercurii ; unde Marcianus Capella : petaso autem ac talaribus concitatis coepit ire Mercurius. Et petulcus , a , um ·i· ille qui saepe petit coitum , quod proprie de animalibus dicitur ; et inde petulor , aris ·i· luxuriari ; unde hic et haec petulans , tis , quod comparatur petulantior , petulantissimus ; unde petulanter , petulantius , petulantissime adverb. et haec petulantia , ae. Et hoc petoritum , ci , dicitur a peto ·i· quoddam genus currus : unde Horatius in epistolis : esseda festinant , pilenta , petorita. Item a peto hoc peta-

lum', li ·i· forma marmorea ad instar tesserae quadrata, unde pavimenta templorum et palaciorum quondam sternebantur; unde Iosephus in octavo: stravit autem pavimentum templi petalis aureis; et hoc petaurum, ri ·i· quidam ludus; unde Iuvenalis: an magis oblectant animum iactata petauro. Peto componitur repeto, is; inde repetitus, a, um, et haec repetitio, nis, et repetundus, a, um, pro repetendus. Appeto, is ·i· desiderare, vel adquirere; et inde verbalia; et hic appetitus, us. Competo, is ·i· convenire; unde hic et haec et hoc competens, tis; et inde competenter adv., et haec competentia, ae ·i· convenientia; et competens componitur incompetens ·i· inconveniens; et inde incompetenter adverb. Oppeto, is ·i· mori, quod in Prudentio de hymnis saepe repperies. Impeto, is ·i· irruere; unde verbalia; et hic impetus, us, et hic impes, tis, pro impetu.

Purus, a, um, comparatur purior, purissimus; unde pure, purius, purissime adverb. et haec puritas, tis: et purgo, as, verb. activ.; et dicitur purgo quasi purum te ago; et inde purgator, ris, et purgatorius, a, um, et hoc purgatorium, rii ·i· locus ubi purgantur animae; et purgatus, a, um; quod comparatur purgatior, purgatissimus; unde Persius: somnia pituita qui purgatissima mittunt; et purgate, purgatius, purgatissime adverb. et haec purgatio, nis, et hoc purgamen, nis, et hoc purgamentum, ti, et hic et haec purgabilis, et hoc le; unde purgabiliter adverb. Et purgito, as ·i· saepe purgare; unde Plautus in Asinaria: non mihi homines placent, qui quando male fecerint, sese purgitant. Purgo componitur expurgo, as; et inde verbalia. Item ab hoc nomine,

quod est purus, hic porcus, ci, per antiphrasim eo quod minime sit purus; et inde porcinus, a, um, et hic porcarius, rii, et haec porca, ae ·i· medietas illa quae fit inter duos sulcos ubi aqua discurrit; unde et porcitores dicimus qui eas faciunt; et haec porrigo, nis ·i· infirmitas quaedam, quae solet porcis contingere; unde Horatius in Sermonibus: impexa foedum porrigine porci. Purus componitur quampurus ·i· valde purus, et impurus ·i· non purus.

Pasco, is, pavi, pastum, tu, verb. activ.; inde hic pastor, ris; unde hic pastorculus, li ·i· parvus pastor, et pastorius, a, um, et pastoricus, a, um, et hic et haec pastoralis, et hoc pastorale, omnia in uno sensu; et inde pastoraliter adverb. Et pastus, a, um, et haec pastio, nis; unde haec pasta, ae; unde hic pastillus, li ·i· parvus panis, ubi piscis, vel caro, vel aliquis alius cibus includitur; unde Horatius in Sermonibus: pastillos Rufillus holet. Item a pasco hic pastus, us, et pastino, as, verb. activ. ·i· plantare, quod etiam in Evangelio repperies: et inde pastinator, pastinatus, pastinatio. Et pluraliter hae pascuae, arum; unde pascuosus, a, um, et pascuositas, tis. Et per compositionem hic conpascuus, ui ·i· communis ager ad pascendum. Item a pasco, haec Pales, is ·i· Dea pastorum, quod in Bucolicis repperies; unde hic palatualis, is ·i· eius sacerdos, et hoc palilium, lii ·i· eiusdem Deae festum; unde Persius: fumosa palilia foeno. Item a pasco hoc pecus, ris; unde pecorosus, a, um ·i· locus pecoribus plenus, et pluraliter hae pecudes, um. Et sciendum quod dicimus pecora de maioribus, pecudes autem de minoribus: hoc pecu in singulari, sed pecua in plurali de commu-

nibus animantibus ; unde Solinus de situ Britanniae : pecua, inquit, nisi interdum a pastu arceantur, ad periculum coget satietas ; et inde hic et haec pecualis, et hoc le ·i· pecorosus, et haec pecualitas, is ·i· habundantia pecorum, et hic peculatus, us ·i· commune furtum de communi pecore, et hoc peculium, lii ·i· conquaestus de pecoribus, quod etiam pro quolibet conquaestu dicitur ; unde et Dominus ad filios Israël : eritis mihi in peculium de cunctis gentibus ; et inde hic et haec peculiaris, et hoc re ·i· privatus et familiaris ; unde peculiaritas, tis, et peculiariter adv. A pecu quoque dicta est pecunia, quia omnis antiquorum possessio in pecuis erat ; et inde pecuniosus, a, um ·i· pecunia plenus, et hoc pecuniarium, rii ·i· locus ubi pecunia reponitur. Item a pasco hic pascilis ·i· animal, vel avis, quae manu pascitur, et hoc pabulum, li, quod et pro pascuis, et pro pastu dicitur ; unde pabulosus, a, um ·i· pascuis plenus, et hic pabulator, ris ·i· pastor. Pasco componitur depasco, is ; et inde verbalia.

Planus, a, um ; comparatur planior, planissimus ; unde plane, planius, planissime adverb. et haec planitas, tis, et haec planitudo, nis, et haec planicies, ei, et haec planca, ae, eo quod plana sit ; unde et plancos dicimus qui habent planos pedes et latos ad instar plancae, quod in Isidoro repperies. Item ab hoc nomine, quod est planus, hoc pluteum, ei ·i· scriptorium super quod scribitur ; unde Persius : nec pluteum caedit, nec demorsos sapit ungues ; et haec planta, ae, quod et pro planicie pedum, et pro incrementis dicitur olerum ; unde haec plantula, ae ; et planto, as ; et inde plantator, plantatus, plantatio,

et hoc plantarium, rii. Et componitur supplanto, as, et ab istis verbalia. Item ab hoc nomine, quod est planus, plano, as; et componitur explano, as, omnes in uno sensu, et dicuntur pro apertum facere; et ab istis verbalia.

Pareo, es, ui, verb. neut. et caret supinis; inde hic paries, tis, eo quod parere videatur dum sustentat domum; unde haec parienna, ae ·i· ruina parietum, quod etiam haec parietina dicitur; unde Hieronymus in quinto super expositione in Isaiam: inter parietinas et angustias veterum ruinarum. Item a pareo hic et haec et hoc par, ris; unde haec paritas, tis, et pariter adverb. et hic et haec parilis, et hoc le; unde pariliter adverb. et haec parilitas, tis, et hic parius, rii ·i· genus albi marmoris, quod etiam pro hoc nomine, quod est albus, quandoque dicitur; unde Ovidius Metamorph. in nono: pariis iam sparsus tempora canis. Ab hoc quoque nomine, quod est par, haec parotida, ae ·i· quidam globus qui nascitur in auribus parvulorum ad formam favi; unde et eos qui tales strumas patiuntur, parotidos vocamus; unde Macer de viribus herbarum: haec cancros et parotidos lutata iuvabit. Par componitur dispar; unde haec disparitas, tis. Suppar, ris ·i· subiectus pari. Impar, ris; unde haec imparitas, tis. Separ ·i· deorsum a pare. Compar, ris ·i· cum pare; unde comparo, as; et inde comparativus, a, um, et haec comparatio, nis, et hic et haec comparabilis, et hoc le; unde comparabiliter adverb. et componitur incomparabilis; unde incomparabiliter. Pareo componitur dispareo, es, appareo, es; unde apparitores eos vocamus, qui reos faciebant apparere in conspectu iudicum.

Popa ·i· crassus, nomen indeclinabile; unde Persius: tremit omento popa venter; et inde haec popina, ae ·i· coquina; unde Iuvenalis: sed cum pervigiles iubet instaurare popinas; et inde hic popinarius, rii ·i· coquus, et hic popino, nis ·i· leccator, qui frequentat coquinam; inde Horatius in Sermonibus: inbecillis, iners, si quid vis, adde popino. Item a popa hoc popisma, tis ·i· quoddam crassum unguentum; unde Iuvenalis: praebebit vati crebrum popysma roganti; quod etiam popoemum, mi, dicitur; unde idem Iuvenalis: popoemaque pinguia spirat. Hinc etiam, ut quibusdam placet, dicitur hoc papaver, ris, eo quod crassum habeat liquorem; et inde papaverinus, a, um. Et pappo, as ·i· comedere, quod tamen ad pueros pertinet; unde Persius pappare minutum.

Pius, a, um, comparatur magis pius, piissimus; si diceremus pior, nimium faceret hiatum, et absonum esset; et inde pie, piissime adverb. et haec pietas, tis, et pieticus, a, um ·i· pius et compassivus: et pio, as ·i· purgare; unde piator, piatus, piatio, et hoc piamen, nis, et hoc piaculum, li ·i· sordes, vel sordis ablutio; unde Macrobius de Saturnalibus: praeter multa affirmabat porco piaculum dare debere; et hic et haec piacularis, et hoc re ·i· pius, vel expiatione dignus; unde idem Macrobius: poenas in nocte exigere piaculare est. Dicimus quoque piacularis pro quadam porta apud Romam. Pio componitur expio, as ·i· purgare; unde expiatus, expiatio, et hoc expiatorium, rii ·i· locus ubi animae expiantur. Pius componitur impius, a, um; unde impie adverb. et impiissimus, a, um; unde impiissime adverb. et haec impietas, tis. Et impio, as ·i· impie agere, vel im-

pium facere; unde Prudentius in libro Hymnorum: coinquinatum cor vitiis impiavit; et inde verbalia.

Plaga, ae, dicitur pro vulnere; et tunc inde venit plagula, ae, vel plagella, ae ·i· parva plaga, et plagiosus, a, um ·i· plagis plenus. Et per compositionem hic plagioxiphus ·i· plagam faciens; unde Cicero: videte, iudices, quemadmodum plagioxiphus iste me tractarit. Et sciendum quod plaga aliquando dicitur pro patria, aliquando vero pro rete; unde Ovidius Metamorph. in secundo: nexilibusque plagis silvas Erymanthidos ambit; et tunc inde dicitur hic plagiarius, rii ·i· retiarius.

Premo, is, pressi, sum, su, verb. activ.; inde pressus, a, um, et pressim ·i· strictim adverb. et hoc pressorium, rii, et hoc prelum, li, ambo in uno sensu, et hoc praemium, ii, eo quod per praemium solent premere alios. Et ab hoc nomine pressus, presso, as, verb. activ. Premo componitur imprimo; is; unde impressus, a, um, et haec impressio, nis, et et hic impressus, us; unde Prudentius in Psychomachia: corporis impressu fracta inter crura rotatur. Comprimo, is; inde compressim, compressio. Supprimo, is; inde suppressus, a, um, suppressio, suppresse, suppressim ·i· submisse adverb. Deprimo, is; inde depressus, depressio. Apprimo, is; inde appressus, et appressio. Reprimo, is, inde repressus, repressio.

Pavio, is, pavii, vel pavivi, tum, tu, verb. neut. ·i· ferire; inde hoc pavimentum, ti, quia pede saepius feritur. Et hoc podium, dii ·i· baculus super quem innitimur, cum quo etiam terram saepius ferimus; unde nihilominus et suppodiare, et appodiare pro inni-

Digitized by Google

ti dicimus; sed et podium componitur hoc propudium, dii ·i· scurrilis locus; unde Macrobius de Saturnalibus: Africanus conquestus est palamque nobilitatem propudia celebrare. Componitur quoque podium, tripudium, dii ·i· plausus maxime ille qui fieri solet in triumpho; unde et pro triumpho quandoque accipitur; et dicitur tripudium ·i· quasi terrae podium ·i· plausus terrae, vel repercussio terrae. Componitur et podium, hoc repudium, dii ·i· repulsio; unde Plautus: is me nunc renuntiare repudium iussit; unde repudiatus, repudiatio, et hoc repudiamen, nis. Item a pavio, hic pavor, is, eo quod cor hominis feriat; et inde pavidus, a, um; quod comparatur pavidior, pavidissimus; unde pavide, pavidius, pavidissime adv. et haec paviditas, tis: et paveo, es, verb. neut.; inde pavesco, is, quod componitur expavesco, is. Similiter et paveo componitur expaveo, es, pavi: hinc etiam dicimus per compositionem pavefacio, is; et inde pavefactus, a, um, et haec pavefactio, nis.

Putreo, es, putrui, verb. neut. et caret supinis; inde putridus, a, um, quod comparatur putridior, putridissimus; unde putride, putridius, putridissime adverb. et haec putriditas, tis, et haec putredo, nis, et hic et haec putribilis; et hoc le: quod componitur inputribilis; unde inputribiliter adverb. Putridus componitur inputridus. Item a putreo hic et haec putris, et hoc re ·i· putridus; unde Persius: latet ulcus in ore putre. Et putresco, is, quod componitur exputresco, is, et computresco, is, et putrus, a, um ·i· putridus; unde Virgilius: quadrupedante levis putrum ferit ungula campum. Et per compositionem putrefacio is; unde putrefactus, a, um, et haec putre-

factio, nis. Item a putreo, hoc pus indeclinabile ·i· quaedam infirmitas, quae reddit hominem putridum interius; et inde haec pustula, ae, diminutiv. quod etiam haec pustella dicitur, et pustulentus, a, um ·i· tali modo infirmatus. Et haec pusca, ae ·i· quaedam conmixtio aquae et vini, ubi tamen plus aquae adhibetur, quae et pustulentis maxime prodest; unde Macer de viribus herbarum: cum pusca potata potest obstare venenis. Sciendum quoque quod pus, secundum quosdam [1] dicitur pro custodia; et tunc componitur cum hoc nomine, quod est corpus, et dicitur corpus quasi cordis pus ·i· cordis custodia.

Palpo, as, verb. activ.; inde palpatus, palpatio, palpabilis; unde palpabiliter adverb. et palpito, as, verb. frequentativum et hic palpo, nis ·i· ille qui palpat, sicut est caecus; unde Persius: ius habet ille sui, quem ducit palpo. Item a palpo, haec palpebra, ae, eo quod frequenter palpatur; et haec pulpa, ae ·i· tumida, et crassa caro faciei, vel suris *; et ponitur quandoque pro qualibet delectatione; unde Persius: et bona Diis ex hac scelerata ducere pulpa? unde haec pulpula, ae, diminut. et hoc pulpamentum, ti ·i· delectamentum; et dicitur pulpamentum quasi palpamentum; unde Terentius in Eunucho: tute lepus es, et pulpamentum quaeris.

* ita cod.

Πῦρ graece, ignis latine; inde haec pyra, ae ·i· rogus, et hoc pyrama, tis ·i· quaedam alta structura, quae fiebat antiquitus super sepulturam mortuo-

(1) Intelligit, ut arbitror, Virgilium grammaticum, a me T. V. editum. Sic enim ille p. 120: *pus, custodia dicitur, ita ut Origenes: "positis in pure fratribus, solus evasit", hoc est in carcere. Corpus a custodia dicitur.*

Digitized by Google

rum. Et hoc pirum, i, pro fructu, quia sicut ignis quanto altius ascenderit, tanto acutior fit, sic et pirum ex qua parte pendet acuitur sursum; unde haec pirus, i, pro arbore quae fert pira; unde Virgilius in Bucolicis: insere nunc, Meliboee, piros, pone ordine vites. Pirum componitur hic venundipirus, ri ·i· ille qui vendit pira. Item a πῦρ, hic pirata, ae ·i· nauticus latro, eo quod semper ignem ferat in navi; et inde piraticus, a, um, et haec piratica, ae ·i· latrocinium quod fit in mari; unde in historia dicitur, quod filius Pompei piraticam exercuit. Et hic pyropus, pi ·i· quidam lapis igneum habens colorem; unde Ovidius Metamorph. in secundo: flammas imitante pyropo. Hinc dicitur, secundum Isidorum, haec pruina, ae ·i· gelu, quia urit sicut ignis. Et hic iuniperus, ri ·i· quaedam arbor cuius cineres pleno anno servant ignem; et dicitur iuniperus quasi gignens πῦρ ·i· ignem.

* ita cod. Pin graece, altum latine; inde haec pinna, ae ·i· cuiuslibet rei summitas; et inde haec pinnula, ae, et pinnosus, a, um ·i· altus vel superbus, et hoc pinnaculum, li ·i· domus cuiuslibet vel templi fastigium. Et per compositionem pinnirapus, a, um ·i· ille qui plumat aves; et dicitur pinnirapus quasi plumas ·i· avium rapiens summitates; unde Iuvenalis: pinnirapi cultos iuvenes, iuvenesque lanistae. Item a pin, haec pinus, ni ·i· quaedam altissima arbor; unde haec pinax, cis ·i· tabula manualis ex pino facta; unde Marcianus: caelatam ex hebeno pinacem argumentis talibus afferebat; et haec pix, cis, dicitur a pino, quia fit ex pino; unde piceus, a, um ·i· obscurus; unde Statius Thebaidos: piceo nox obvia nimbo.

Porto, as, verb. activ.; inde verbalia et haec porta, ae; unde portula, et portella diminut. et hic portitor, ris ·i· ianitor. Et per compositionem hic angiportus, us ·i· stricta via inter duas portas. Item a porto, portus, us; unde portuosus, a, um, et hic Portunus, ni ·i· Neptunus. Marcianus: itaque propositum Diti videbatur idque Portuno. Et sciendum quod portunus componitur importunus, a, um ·i· protervus, et infestus; unde Prudentius in Psychomachia: importunus, iners; et inde importune adverb. et haec importunitas, tis ·i. infestatio, et importunare ·i· infestare, et inquietare, verb. activ. Componitur quoque portunus, oportunus, a, um, quasi opem portans, sicut mare quandoque facit; et comparatur oportunior, oportunissimus; oportune, oportunius, oportunissime adverb. et haec oportunitas. Porto componitur comporto, as; reporto, as; deporto, as; supporto, as; apporto, as; circumporto, as; asporto, as ·i· aliorsum portare, quod etiam exporto, as, dicitur ·i· extra portare, et ab omnibus istis verbalia. Item a porto hic portensis, is ·i· ianitor; et haec porticus, cus ·i· domus illa quae praeest foribus; et portito, as, verb. frequentativum; et hic porticulus, li ·i· parvus baculus ad portandum habilis; et hic portusculus, li, malleolus in navi, cum quo gubernator dat signum nautis vel in una vel in gemina percussione; unde Plautus in Asinaria: ad loquendum vel ad tacendum tute habes portusculum.

Pluit, verb. defectiv.; inde pluitat aliud defectiv. et haec pluvia, ae; unde haec pluviola, ae, et pluviosus, a, um; unde pluviose adverb. et haec pluviositas, tis. Et pluraliter hae pleiades, dum ·i· stel-

lae quaedam quibus apparentibus habundat pluvia ; et dicuntur pleiades ·i· pluviades. Pluit componitur impluit ; unde implutus , a , um , et haec implutio , nis , et hoc impluvium , vii ·i· lovarium per quod decidit pluvia ; unde Terentius in Eunucho : fucum factum mulieri per impluvium. Componitur quoque pluit compluit , quod etiam in passivo totum invenitur ; dicimus enim compluor , eris ; et inde complutus , a , um , et haec complutio , nis , et hoc compluvium , vii ·i· locus ubi omnes simul pluviae confluunt incursus.

Pono , is , sui , tum , tu , verb. activ. ; inde positor , ris , positus , a , um , et haec positio , nis , et positivus , a , um , et pone ·i· retro adverb. ; unde Statius Achilleidos : pone natant , delentque sua vestigia cauda. Pono componitur appono , is , inde appositus , a , um ; unde per syncopam apostus , a , um ·i· perversus , contrarius ; unde aposte adverb. et haec apostasia , ae ·i· perversitas , et hoc apostema , tis ·i· quaedam nodositas inter cutem et carnem ex inordinato humore , et hic apostata , ae ·i· perversor , et contrarius ; unde in Proverbiis : homo apostata vir inutilis ; et inde apostato , as ·i· pervertere ; unde itidem in Proverbiis : vinum apostatare facit etiam sapientes. Componitur pono impono , is ; unde impositor , ris , et impositus , a , um , et haec impositio , nis , et impostus , a , um , per syncopam ·i· perversus ; unde Statius Thebaidos : mens cunctis imposta manet ; et hic impostor , ris , ille qui aliquid perverse agit. Et hoc impomentum , ti ·i· illud quod extremius in caena ponitur , sicut nuces , et poma , et hoc in Macrobio de Saturnalibus repperies. Componitur quoque pono praepono , is ; unde praepositor , praepositus , praepositio , et haec

praepositura, ae. Compono, is; unde compositor, compositus, et composite adverb. et haec compositio, nis. Dispono, is; unde dispositus, a, um, et haec dispositio, nis. Suppono, is; unde suppositus, a, um, et haec suppositio, nis. Sepono, is ·i· separare; inde sepositus, a, um, et haec sepositio, nis. Repono, is; unde depositus, a, um, et depositio, nis. Depono, is; inde repositus, et repositio, et hoc repositorium, rii ·i· locus ubi aliquid reponitur. Circumpono, is; et inde verbalia.

Polio, is, ivi, tum, tu ·i· sculpere, vel adornare, verb. activ.; inde hic politor, ris ·i· sculptor; unde politorius, a, um, et politus, a, um, et haec politio, nis, et polymitus, a, um ·i· diversis coloribus adornatus; sicut legimus de tunica Iosephi. Et polimitarius, rii ·i· sculptor vel pictor, quod in Moyse invenitur; unde et in constructione tabernaculi praecipitur, ut illa vel illa fiant opere polymitario. Item a polio, polite ·i· ornate adverb. et hoc polimen, nis ·i· scultura, vel pictura; unde hoc polimentum, ti, in eodem sensu, et hoc polyandrum, ·i· coemeterium; et dicitur polyandrum quasi politum antrum *, eo quod ibi sepulcra mortuorum poliebantur; et hoc polubrum, bri ·i· pelvis, pelvinum. Item a polio, hic polus, li ·i· caelum; unde polosus, a, um ·i· altus, sublimis; et inde polose adverb. ·i· alte; unde Marcianus: oblique decusata, polose sublimata *. Et per compositionem dicitur a polo, interpolo, as ·i· obscurare, vel ut alii volunt impedire, interrumpere; unde et in Hymnis: quod nulla nox interpolet, fideque iugi luceat; et inde interpolatus, interpolatio. Item a polio per compositionem hic bibliopola ac ·i· ornator

* cave.

* cod. *sullimata*. ed. *et limm*.

librorum, quia biblus iuncus dicitur, in quo antiqui scribebant, et haec polis, is ·i· civitas, quia videtur picta propter diversa aedificia; et inde hic polypus, pi ·i· foetor qui solet fieri in civitate, et dicitur quandoque pro quolibet foetore; unde et Horatius in Odis ponit illud pro foetore narium: unus odoror polypus an gravis hirsutis cubet hircus in alis. Idem vero Horatius posuit illud in Sermonibus pro quolibet foetore: veluti Balbinum polypus agnae. Polus componitur hic propola, ae ·i· domus unguentaria in civitate, ubi venduntur diversa unguenta; unde Prudentius in libro contra Haereses: balnea, propolas, meritoria, templa, theatra. Componitur quoque haec tetrapolis ·i· civitas illa quae habet sub se quatuor alias civitates, et haec pentapolis, ·i· civitas illa quae habet sub se quinque civitates, et decapolis ·i· civitas illa, quae habet sub se decem civitates. Et haec myropola, ae ·i· femina unguentaria; unde Plautus: myropolas omnes sollicito ubicumque est lepidum unguentum; et inde hoc myropolium, lii ·i· domus unguentaria; unde Plautus; omnes plateas perreptavi, gymnasia, et myropolia. Componitur etiam polis, hic parmacopola, ae ·i· ille qui in civitate vendit unguenta; unde Horatius in Sermonibus: ambubaiarum collegia, pharmacopolae: nam pharmacon secundum linguae illius idioma dicitur unguentum.

Pudet, verb. defectiv.; inde hic et haec et hoc pudens, tis, quod comparatur pudentior, pudentissimus; unde pudenter, pudentius, pudentissime adverb. et haec pudentia, ae. Et componitur impudens; inde impudenter adverbium et haec impudentia, ae. Item a pudet hic pudor, ris, et pudibundus, a, um,

unde pudibunde adverb. et pudorus, a, um ·i· pudore plenus, et pudoratus, a, um ·i· pudore suffusus, et pudicus, a, um ·i· pudoris amicus; et inde pudice adverb. et haec pudicitia, ae. Et pudicus componitur inpudicus; unde inpúdice adverb. et haec inpudicitia, ae, et inpudico, as ·i· incestare; unde inpudicator, inpudicatus, inpudicatio. Item a pudet per compositionem hoc propudium, ii ·i· ludus scurrilis, in quo pudicitia, et pudor procul sunt; et inde propudiari ·i· scurrari; sed melius derivatur a podio, ut superius protuli. Pudet componitur dispudet ·i· valde pudet; unde Terentius in Eunucho: dispudet ita data verba mihi.

Panis, is; inde hic paniculus, li ·i· parvus panis, et hic paneta, ae ·i· ille qui panem facit, quod etiam hic paniceus, cei, dicitur; unde Plautus in Captivis: opus paniceis est, opus et placentinis. Item ab hoc nomine, quod est panis, hoc panicium, cii ·i· quoddam genus vilissimae segetis, et inde efficitur panis ad opus vulgi; et imo dicitur panicium quasi panis vitium, eo quod vilis sit panis; et haec panulea, ae ·i· illud instrumentum, unde texitur; et hic panus, ni ·i· virgula illa circa qua trama involvitur; unde Lucilius: intus stet modo rectus subteminis panus; et inde haec panucula, ae, eius diminut. quod tamen non secundum analogiam dicitur, quia deberet fieri paniculus; et inde panucula, sed non videtur esse diminut. a pane; ideo dicitur panucula, et non paniculus. Item ab hoc nomine, quod est panis, panegorizo, as ·i· sustentari; unde Augustinus in commentis tertiae partis super psalterio: panegorizamur cotidie sustentamentis Dei. Et per compositionem pa-

nifico, as; unde verbalia; et hic et haec panifex, cis ·i· qui panes facit; unde hoc panificium, cii ·i· locus ubi panis efficitur; et panificus, a, um ·i· panem faciens; unde in primo libro Regum: filias vestras panificas faciet.

Prope adverb. ponitur pro positivo; et tunc comparatur proprior, proximus; unde propius, proxime adverb. et haec proximitas, tis, et proximo, as, quod componitur approximo, as; et inde verbalia. Item a prope propinquus, a, um; unde propinquaneus, a, um ·i· propinquus, et propinquanee ·i· coniuncte, et et haec propinquitas, tis, et propinquo, as, quod componitur appropinquo, as; et inde verbalia. Item a prope protinus ·i· cito adverb. quod etiam protinam invenitur; unde Plautus: protinam me in pedes conicio; et properus, a, um ·i· citus; unde propere adv. Et propero, as ·i· festinare; et inde properanter adv. et haec properantia, ae ·i· properatio. Componitur perproperus ·i· valde properus; unde perpropere adverb. Propero componitur appropero, as ·i· festinare, et inpropero, as ·i· infamare, et iniuriare; inde inproperanter adverb. et inproperatus, et inproperatio, et hoc inproperium, rii ·i· iniuria, vel derisio; unde in Psalmis: inproperia inproperantium tibi ceciderunt super me. Item a prope, propius, a, um ·i· coniunctus, et prope assistens. Invenitur quoque propior, ris; sed superlativum, non est in usu. Et propio, as ·i· approximare, et apppropinquare; et inde verbalia. Prope componitur deprope ·i· valde prope.

Penitus, a, um ·i· interior, intimus; unde Marcianus: uti secum mundi penita permeare; et comparatur penitior, penitissimus; unde penite, sed non

est in usu, sed in loco illius dicimus penitus, et penitius, et penitissime adverb. Et pluraliter hi penates, tum, ·i· domus interiores, et hoc penetral, lis, similiter pro domo interiori; unde penetro, as, et hoc penetramen, nis, et hic et haec penetrabilis, et hoc le, et penetrabiliter adverb. Et componitur inpenetrabilis; unde inpenetrabiliter adverb. Penetro componitur repenetro, as, et subpenetro, as, et ab istis verbalia. Item ab hoc nomine, quod est penitus, hic penus, ni ·i· cellarium, Terentius in Eunucho: cum ad te in cellulam omnem patris penum congerebam; et inde hic penarius, rii ·i· cellarius, et hoc penus, oris ·i· utilior res in domo, et haec penuria, ae, per antiphrasim, quia nullam confert utilitatem. Dicimus quoque hoc penu indeclinabile pro cellario.

Pecto, is, pexi, pexui, pexum, xu, verb. activ.; inde pexus, a, um, et pexim ·i· ornate adv. et pexito, as, verb. frequentativ. Pexus componitur inpexus, a, um; unde Horatius in Sermonibus: inpexum foeda porrigine. A pecto hoc pecten, nis, quod et pro pectine, et pro quodam pisce dicitur; unde Horatius: pectinibus patulis iactat se molle Tarentum; et inde pectino, as ·i· pectere; unde verbalia; et hoc pectinarium, rii, locus ubi pecten ponitur. Item a pecto hoc pectus, oris; unde hoc pectusculum diminut. et pectoreus, a, um, et hoc pectorale, lis ·i· zona circa pectus, et pecticus, a, um ·i· digestibilis. Et per compositionem expectoro, as ·i· exsolvere; unde expectoratus, expectoratio.

Populus, li; unde hic popellus, li ·i· parvus populus; unde Persius: ante diem blando caudam iactare popello, et populosus, a, um ·i· populis plenus:

unde populose adverb. et haec populositas ·i· populorum habundantia, et haec Populona, ae ·i· Iuno, quia videbatur tutari populum, et hic et haec popularis, et hoc re ·i· familiaris, quod in Terentio repperies; et comparatur popularior, popularissimus; unde populariter, popularius, popularissime adverb. et haec popularitas, tis. Et populor, ris ·i· destruere, dissipare. Et componitur depopulor, ris; unde depopulator, depopulatus, depopulatio, nis, et hoc depopulamen, nis ·i· destructio, et depopulanter ·i· vastanter. Et sciendum quod populus aliquando dicitur pro arbore, prima syllaba producta; unde Horatius: populus assita certis limitibus vicina refugit iurgia; et tunc inde populeus, a, um, et populnus, a, um, ambo in uno sensu; et hoc populetum, li ·i· locus ubi crescit.

Pestis, is; inde haec pesticula, ae, et pesticus, a, um, et pestuosus, a, um, ambo pro peste plenus; unde pestuose adverb. et haec pestuositas, tis, et hic et haec et hoc pestilens, tis, quod comparatur pestilentior, pestilentissimus; unde pestilenter, pestilentius, pestilentissime adverb. et haec pestilentia, ae. Pestis componitur pestifer, a, um; et haec tempestas, tis, et dicitur tempestas quasi tempus pestis; et inde tempestuosus, a, um ·i· tempestate plenus; unde tempestuose adverb. et tempestus, a, um ·i· tempestatis habundans. Et componitur intempestus ·i· serenus, et tranquillus; unde in vita beati Benedicti: intempesta noctis hora vir Dei instans; et inde intempestivus, a, um ·i· tranquillus, et quietus. Alii autem dicunt intempestivus quasi non in tempore natus, sicut sunt cani in homine nondum sene; unde Boëthius in Consolationis libro: intempestivi funduntur vertice cani.

Polleo, es ·i· nitere verb. neut. et mutuat praeteritum; inde hic pollex, cis ·i· grossior digitus, et hoc pollen, nis ·i· minuta farina, quae volat in molendino; unde Terentius in Adelphis: pollinis ac fumi plena sit faxo. Item a polleo, pollesco, is; et componitur aequipolleo, es ·i· aequiperare; unde hic et haec et hoc aequipollens, tis, quod comparatur aequipollentior, aequipollentissimus; unde aequipollenter, aequipollentius, aequipollentissime adverb. et haec aequipollentia, ae ·i· similium rerum consimilitudo. Componitur praepolleo, es ·i· valde fulgens; et inde praepollenter adverb. et haec praepollentia., ae.

Porcus, ci, ut superius protuli, dicitur ab hoc nomine, quod est purus, eo quod minime sit purus; sed alii volunt esse primitivum; inde hic porculus, li, et hic porcillus, li, et haec porca, ae, quod et pro uxore porci dicitur, et pro terra illa quae eminet inter duos sulcos, quam etiam alio loco crebonem vocamus, eo quod aqua crebro per ipsam decurrat; unde et ille qui facit porcam illam, imporcitor, ris, dicitur: et hinc etiam imporcare dicimus ·i· aquam in agros inducere. Item ab hoc nomine, quod est porcus, hic porcarius, rii, et hoc porcistetum, ti ·i· locus, ubi porci stant, et haec porrigo, nis ·i· scabies porcorum; unde Horatius in Sermonibus: impexa foedum porrigine.

Pateo, es, ui, verb. neut.; inde patenter adverb. et patulus, a, um, quod componitur perpatulus ·i· valde patulus; unde perpatule adverb. et haec patina, ae, eo quod sit patens; unde Terentius: iam animus est in patinis; et inde hic patinarius, rii ·i· ille qui patinam facit, et haec patella, ae, vel haec patinula, ae, dimi-

nut. et patinarius, a, um, in patina coctus; unde Plautus: quo pacto eum condias, vel patinarium, vel assum. Item a pateo, patesco, cis, et hoc patagium, gii ·i· gula ad summam * tunicae assuta; et hic patigiarius, rii ·i· ianitor, quod ianuam facit patere; unde Plautus: ubi sumptus petunt stat fullo, aurifex, inclusarii, patigiarii; et haec patera, ae, dicitur a pateo ·i· magnus scyphus et superius patens. Et hic passus, us, eo quod pateat in itinere; unde passutus, a, um ·i· magnos passus habens, et passim adverb. et passus, a, um ·i· expansus, et quasi sursum extensus; unde Virgilius: tunc pater Anchises passis ad sidera palmis.

* ita cod.

Palus, dis; inde paludiosus, a, um, et hic et haec palustris, et hoc re ·i· paludi similis; unde Ovidius: canna palustris aquae; et padanus, a, um ·i· palude inmixtus, et hoc paludamentum, ti ·i· quaedam vestis militaris; unde Sidonius: monachum implet non sub palliolo, sed sub paludamento; et inde paludatus, a, um ·i· veste illa indutus; unde Macrobius de Saturnalibns: togatus certe, vel trabeatus, praetextatusve, vel paludatus hac die videtur nullus.

Paro, as, vi, tum, tu, verb. activ.; inde paratus, a, um, quod comparatur paratior, paratissimus; unde parate, paratius, paratissime adverb.; unde Ovidius Metamorph. ponens comparativum ait: et quia nuda fui, sum visa paratior illi. Item a paro, haec parapsis, dis ·i· discus; unde Iuvenalis: quam multa magnaque parapside caenat. Et per compositionem hic parásitus, ti ·i· lecator, et dicitur parasitus quasi in parapside situs; et inde hic parasitulus, li ·i· parvus lecator, quod etiam hic parasitaster invenitur; unde Terentius in Adelphis: et alius quidam parasita-

ster. Item a paro hic praraphonista, ae ·i· cantor; et dicitur paraphonista quasi parans cantus, quia phonos graece cantus latine; unde antiphona dicimus ·i· antecantata; et hoc paradigma, tis ·i· propositio exempli, et hic paranymphus, i ·i· internuntius; unde et haec paranympha, ae ·i· pronuba. Et pluraliter haec parallela, rum ·i· circumstantia circulorum, vel ipsi circuli; unde Marcianus: circulorum volumina, vel orbiculata parallela. Item a paro hic parabata, ae ·i· cupidus: et hic paricus, ci ·i· quaestor qui clamat in foro: et hic parmo, nis ·i· venditor; et componitur hic pharmacopola, ae ·i· venditor unguentorum; sed melius est ut a pharmacon ·i· ab unguento, et pola ·i· a venditore componamus, sicut superius diximus; unde Horatius in Sermonibus: ambubaiarum collegia, pharmacopolae. Paro componitur comparo, as; unde comparatus, a, um, et comparativus, a, um, et comparatio, nis, et hic et haec comparabilis, et hoc le; unde comparabiliter adverb. et componitur incomparabilis, et incomparabiliter adverb. Impero, as; unde hic imperator, ris, quod etiam dicitur induperator, du syllaba interposita causa euphoniae; et imperatorius, a, um, et haec imperatrix, cis, et hoc imperium, rii, et imperito, as ·i· saepe imperare. Separo, as; inde separatus, a, um, et haec separatio, nis, et separate, et separanter, et separatim adverb. et in uno sensu; et hic et haec separabilis, unde separabiliter; et componitur inseparabilis, unde inseparabiliter adv. Reparo, as; unde reparatus, a, um, et reparatio, nis, et hic et haec reparabilis, et hoc le; unde Ovidius: reparabilis absonat echo; et inde reparabiliter adverb. Praeparo, as; unde praeparatus, a, um, et

praeparatio, nis. Apparo, as; unde apparatus, et apparatio, et hic apparatus, us. Disparo, as ·i· separare; unde disparatus, et disparatio.

Patior, ris, passus, sum, passum, su, verb. deponens; unde hic et haec et hoc patiens, tis, quod comparatur patientior, patientissimus; unde patienter, patientius, patientissime adverb. et haec patientia, ae, et passus, a, um, et passivus, a, um, et haec passio, nis; unde haec passiuncula, ae, et hoc passionarium, rii. Passio componitur haec propassio, nis. Et sciendum, quod passio dicitur, quando caro titillat, visa muliere; propassio autem quando malus ille affectus erumpit in effectum. Item a patior hic et haec passibilis, et hoc le, et componitur inpassibilis; unde inpassibiliter adverb. et hoc patibulum, li ·i· cruciamen, nis, et pathicus, a, um ·i· inhonesta et turpia patiens; unde Iuvenalis: ne trepida, nunquam pathicus tibi deerit amicus. Patior componitur conpatior; unde conpatiens, conpatienter adverb. conpassus, a, um, haec conpassio, nis, conpassivus, a, um; unde conpassive adverb. Componitur quoque perpetior, eris; unde perplexus, a, um.

Piget, verb. defectiv.; inde piger, a, um, eo quod eum semper pigeat, et comparatur pigrior, pigerrimus; unde pigre, pigrius, pigerrime adverb. et haec pigritia, ae, et haec pigritudo, nis. Et pigreo, es, verb. neut.; unde pigresco, cis, et pigritor, aris; inde pigritanter adv. Et componitur repigritor, aris; et inde verbalia; et hic et haec repigritior, oris ·i· plus piger quam deceret; et videtur esse comparativus, sed positivus nunquam invenitur; unde Marcianus: repigritior paulo simularet anomalum. Piger comparatur perpiger ·i· valde piger, et impiger ·i· non piger.

Pingo, gis, pinxi, pictum, tu, verb. activ.; inde hic pictor, ris, et pictorius, a, um, et haec pictrix, cis, et pictus, a, um; unde haec pictura, ae, et inde picturatus, a, um ·i· pictura variatus. Item a pingo, pictim ·i· caelatim, coloratim adverb. et haec picta, ae ·i· tunica, et pluraliter hic pictones, um ·i· pictores; et haec pyxis, dis ·i· bustula, vas scilicet muliebre; unde Iosephus in octavodecimo: haec dicens, et venenum, et pyxidem produxit in medio. Hinc etiam Ovidius de Remediis: pyxidas invenies, et rerum mille colores. Pingo componitur depingo, is, inpingo, is, conpingo, is, et ab istis verbalia.

Plecto, is, plexui, plexum, u, verb. activ.; inde plexus, a, um, et plexuosus, a, um ·i· punitus, et hic et haec plexibilis, et hoc le ·i· habilis ad puniendum; unde plexibiliter adverb. Item a plecto hoc plectrum, tri; unde hoc plectellum, li, diminut. et haec plecta, ae ·i· quidam nexus ex virgulis vel ex carecto factus, quod in vita Patrum saepissime repperies; et inde haec plectula, ae, diminut.; unde Iosephus in octavo: erant caelaturae ex crispantibus plectulis factae. Hinc etiam tractum est per compositionem amplector, ris; unde amplexus, a, um, et haec amplexio, nis, et hic amplexus, us, et amplexim ·i· coniunctim: et amplexor, aris; unde amplexanter adverb. et amplexatus, a, um, et amplexatio, nis. Hinc quoque dicimus per compositionem conplector, ris; et inde conplexus, a, um, et haec conplexio, nis, et conplexor, aris; unde verbalia.

Paciscor, ris, pactus sum, vel pepigi, pactum, tu, verb. defectiv.: inde pactus, a, um, et haec pa-

ctio, nis, et hoc pactum, ti, et haec pax, cis; unde paco, as, verb. activ.; unde pacator, ris, et pacatorius, a, um, quod comparatur pacatior, pacatissimus; unde pacate, pacatius, pacatissime adverb. et haec pacatio, nis, et hic et haec pacabilis, et hoc le; unde pacabiliter adverb. et hic et haec pacalis, et hoc le, per syncopam; unde Ovidius Metamorph. in sexto: circuit extremas oleis pacalibus oras. Pax componitur pacificus, a, um; unde pacifice adverb. et pacifico, as; unde verbalia. Item a paciscor, pesco, is, quod non est in usu, sed componitur conpesco, is ·i· refrenare, vel conpescor, ris, et dispesco, is, dispecui ·i· separare, dividere; unde Augustinus de civitate Dei in nono: ab infimis tanta intercapedine fastigii summa dispecuit habitacula. Paciscor componitur depeciscor, ris ·i· pactum facere, et facit praeteritum depactus sum; unde Terentius in Phormione: iam depacisci mortem cupio ·i· pactum facere cum morte. Componitur quoque adipiscor, ris ·i· adquirere; unde adeptus, a, um, et hic adeps, pis ·i· pinguedo. Similiter et inde componitur indipiscor, eris, indeptus sum ·i· adquirere; unde et in Historiis legitur: indeptus est sedem apostolicam.

Placet, verb. defectiv.; inde placidus, a, um, quod comparatur placidior, placidissimus; unde placide, placidius, placidissime adverb. et haec placiditas, tis, et haec placenta, ae ·i· libum, eo quod placeat; unde hic placentarius, rii ·i· ille qui facit placentas, quod etiam hic placentinus dicitur; unde Plautus in Captivis: opus est paniceis, opus et placentinis. Item a placet, hoc placitum, ti, per antiphrasim eo quod displiceat; et inde placito, as, placitor,

ris, placitatorius, a, um, placitatus, a, um, placitatio. Placet componitur conplacet, et perplacet ·i· valde placet. Componitur quoque displicet; unde et haec disciplina, ae, eo quod displiceat; et inde hic discipulus, li, et haec discipula, ae, et hic discipulatus, us; et disciplinor, aris; unde disciplinatus, a, um, quod componitur indisciplinatus; unde Dominus per prophetam: domus indisciplinata peribit de populo.

Piscis, is; inde hic pisciculus, li, diminut. et piscosus, a, um ·i· piscibus habundans, quod etiam piscolentus dicitur, et hic et haec et hoc piscens ·i· piscans nomen indeclinabile; unde Iuvenalis: tu piscens accipe dixit. Item a pisce, hic piscarius, rii ·i· piscator, quod etiam mobile invenitur; et haec piscina, eo quod ibi minime sit piscis; et piscor, aris; unde piscator, piscatorius, piscatus, piscatio, et piscabilis, vel piscatilis. Piscis componitur piscivorus, ri ·i· piscium vorator.

Poësis, is, quaedam figura, vel ipsa ars dictandi; unde hic poëta, ae; et inde haec poëtissa, ae ·i· uxor poëtae, quod etiam aliter haec poëtrida, ae, dicitur; unde Persius: corvos, poëtas, et picas poëtridas credas; et inde poëtridus, a, um ·i· poëticus. Et a poëta, poëticus, a, um; unde poëtice adverb. et hoc poëma, tis; unde poëmaticus, a, um, et poëmatice adverb. et poëtricus, a, um ·i· poëticus; et inde haec poëtria, ae. Poëma componitur poëmaneus, ei ·i· in poëmate manens.

Palleo, es, lui, verb. neut.; et caret supinis; inde pallidus, a, um, quod comparatur pallidior, pallidissimus; unde pallide, pallidius, pallidissime adv. et haec palliditas, tis, et pallidulus, a, um ·i· ali-

quantulum pallidus : et pallesco , cis , quod componitur expallesco , cis , obpallesco , cis , inpallesco , cis. Item a palleo , hic pallor , ris , et secundum quosdam, hoc pallium , ii ; unde hoc palliolum , et haec palla , ae , pro pallio : et pallio , as ·i· tegere ; et componitur , oppallio , as , et subpallio , as , ambo pro occultare , et ab istis verbalia. Palleo componitur expalleo , es , et inpalleo , es.

Putet , verb. defectiv. ; inde putidus , a , um , quod comparatur putidior , putidissimus ; unde putide , putidius , putidissime adverb. et haec putiditas , tis , et putor , ris ·i· foetor : et hoc puteal , lis ·i· fossa cloacalis ; unde Persius : cautus puteal vibice flagellas ; et hic puteus , ei ; unde hic puteolus , li , et hic puticulus , li ·i· bustum , eo quod ibi puteat cadaver , et putulentus , a , um ·· putore plenus ; unde putulente adverb. et haec putulentia , ae ·i· foetulentia , et putresco , cis , quod componitur exputresco , cis ·i· putrescere.

Pondus , ris ; unde hoc ponduſculum , li ·i· parvum pondus , et ponderosus , a , um ; unde ponderose adverb. et haec ponderositas , tis : et pondo nomen indeclinabile ; unde in vita beati Nicolai dicitur quod auri pondo trium virginum ademit pudorem. Item a pondere , pondero , as , quod componitur praepondero , as , et aequipondero , as , et ab istis verbalia. Pondus componitur semipondius , a , um , et dipondius ·i· duorum ponderum ; unde in Evangelio : nunquid duo passeres veneunt dipondio ?

Pendeo , es , pependi , pensum , su , verb. neut. ; inde pendulus , a , um ·i· facilis ad suspendendum , et haec penis , is ·i· cauda equina , eo quod suspensa

Digitized by Google

feratur; et inde haec penicella, ae ·i· mollis spongia, et hic peniculus, li ·i· panniculus, cum quo disci terguntur; unde Terentius in Eunucho: quid, ignave, portas peniculum pugnandi *? Et sciendum quod penis dicitur pro virili membro; unde Persius.: penemque arcanaque lumbi; hinc etiam Iuvenalis: noverunt Mauri atque Indi, quod psaltria, penem. Item a pendeo, haec penula, ae ·i· pallium; unde Iuvenalis: et multo stillaret penula nimbo; et inde penulatus, a, um, illo pallio indutus; et haec penna, ae, dicitur a pendeo, eo quod pendeat; unde haec pennula, ae, et pennatus, a, um, et componitur penniger, a, um. Et notandum quod dicimus etiam pendo, is; sed hoc distat inter utraque verba, quia pendeo suspensus, pendo dum sublevo pondus; et inde pensus, a, um ·i· ponderatus, libratus, quod comparatur pensior, pensissimus; unde pense, pensius, pensissime adverb. unde in Epistola PP. Felicis comparativum adverbii invenies: in episcopio positi sunt in caelesti milicia, quae pensius ponderanda est. Et hoc pensum, si ·i· fusellum, et haec pensio, nis ·i· aequatio, vel ponderis aequitas, et hic et haec pensilis, et hoc le ·i· levis; unde Iuvenalis: vehitur pensilibus plumis; unde pensiliter adverb. ·i· leviter: et penso, as ·i· aequare; unde verbalia; et pensito, as, verb. frequentativum; unde Marcianus: quae parens probitas munera pensitet. Pendo componitur inpendo, is ·i· donare; unde hic impensor, ris, impensus, a, um, haec impensio, nis, haec impensa, ae, et hoc impendium, dii, ambo pro dispensa; unde Iosephus in tertiodecimo: renovari templum impendiis ex meo factis; et impendio adv. ·i· sedule, et intente; unde Terentius in Eunucho:

* aliter in ed.

animus mihi impendio magis adaugebat ; et impendiosus , a , um ·i· sedulus , et intentus ; unde impendiose adverb. Et impenso , as ·i· donare ; et inde verbalia. Componitur quoque pendo compendo , is ·i· reddere , persolvere ; unde compensor , oris, qui libenter reddit quod debet , et compensus , a , um ·i· redditus , et haec compensio , nis , et hoc compendium , dii ·i· quicquid est breve et utile ; unde Statius Thebaidos : relegunt compendia silvae ; et inde compendiosus , a , um ·i· utilis , et necessarius ; unde compendiose adv. Et compenso , as ·i· donare , et componitur recompenso , as ·i· reddere , persolvere , et ab istis verbalia. Perpendo , is ·i· intelligere ; unde perpensus , a , um , et haec perpensio , nis , et hoc perpendiculum , li ·i· illud unde lebetes feruntur , et suspenduntur. Appendo , is ·i· librare, ponderare ; inde appensor , oris , appensorius , a , um , appensus , a , um , et haec appensio , nis ; et pluraliter hae appendices , dicum ·i· mansiunculae quaedam , quae magnis domibus inhaerent. Dispendo , is ·i· largiter donare ; inde dispensor , oris , dispensorius , a , um ; unde dispensorie adverb. dispensus , a , um , dispensio , nis , et haec dispensa , ae , et hoc dispendium , dii ·i· nimia largitas , quod pro damno dicitur : et dispenso , as ·i· largiter donare ; et inde dispensator , dispensatus , dispensatio. Propendo , is ·i· extendere ; unde propensus , a, um ·i· extensus ; unde Persius : pinguis aqualiculus propenso sexquipede extet ; et haec propensio , nis. Componitur nihilominus pendo, parvipendo, is, vilipendo , is , floccipendo , is , naucipendo , is , nihilipendo , is , iuncipendo ; is , omnia pro parum appreciari , et ab omnibus istis verbalia. Sic etiam pendeo componitur suspen-

deo, es; unde suspensus, a, um, et haec suspensio, nis, et hoc suspendium, dii. Dispendo, is: unde dispensus, a, um, et haec dispensio, nis.

Pignus, oris, filiorum; pignus, eris, aliarum rerum; inde pignoraticus, a, um, vel pignoracius, a, um ·i· res de pignore. Et per compositionem oppignero. as ·i· subarrhare, vel confirmare; unde Terentius in tertia comoedia: num ille oppignerare filiam meam, me invito, potuit? et inde oppigneratus, oppigneratio.

Punio, nis, nii, vel ivi, itum, tu, verb. neut.; inde punitus, a, um, et haec punitio, nis. Punitus componitur impunitus; unde impunite adverb. et haec impunitas, tis, et hic et haec impunis, et hoc ne. Item a punio, haec poena, ae, eo quod puniat; unde hic et haec poenalis, et hoc le; unde poenaliter adverb. Et poenitet verb. defectiv. quia poena agit, ut poeniteamus; et inde hic et haec et hoc poenitens, tis; unde poenitenter adverb. et haec poenitentia, ae. Poenitens. componitur impoenitens.

Pango, is, quando dicitur pro canere, facit praeteritum panxi; quando autem pro pacisci vel pepigi, vel pactus sum: quando vero pro impellere, pegi, et duorum extremorum supina inpactum; tertium vero caret supinis; unde hic Pan indeclinabile ·i· Deus pastorum, eo quod saepe inter pastores pangatur, et hoc panniceum, ci ·i· quaedam vestis pastoralis, et pangericus *, a, um ·i· laudando decantatus; unde pangerice adverb. et hic pangerista, ae ·i· laudis decantator, quae omnia in Sidonio repperies. Item a pango, quando dicitur pro canere, pangito *, as ·i· saepe canere; et inde verbalia; et hoc pangitorium, rii ·i· locus ubi multi simul canunt. Pango componitur

* *panegyricus?*

* cod. *propangito.*

conpingo, is ·i· formare, et facit praeteritum conpegi, et supino conpactum; inde conpactus, a, um ·i· consertus, vel formatus, et haec conpactio, nis, et conpactim ·i· coniunctim, consertim, et haec conpages, gis ·i· coniunctio, et haec conpago, nis ·i· coniunctio; unde conpagineus, a, um, et conpagino, as ·i· coniungere; et inde verbalia. Componitur etiam impingo, gis ·i· impellere; et inde impactio, a, um, et haec impactio, nis.

Polliceor, eris, pollicitus sum, tum, tu; inde pollicitor, oris ·i· promissor, et pollicitus, a, um. Et pollicitor, aris, similiter pro promittere; unde pollicitator, pollicitatus, pollicitatio; unde haec pollicitatiuncula, ae, diminut. Dicimus quoque polluceo, es, polluxi ·i· donare verb. neut.; et caret supinis; inde pollex, cis ·i· grossior digitus, et hic Pollux, cis, pro quodam Deo, qui bonum omen donare credebatur, et hic et haec pollucibilis, et hoc le ·i· facilis ad donandum; unde Macrobius de Saturnalibus: pollucibilem caenam Cleopatra Antonio paravit.

Pando, is, pandidi, pansum, su, verb. neut. ·i· dicere, referre; unde Homerus: pande mihi Pelidae, et cetera; inde pandus, a, um ·i· curvus; unde pandulus, a, um ·i· aliquantulum curvus; et componitur repandus: a, um ·i· recurvatus, et hic et haec et hoc pandox, cis ·i· ebriosus, et gulosus, quod semper pandit ora propter escas; unde Ambrosius super Hegesippum in tertio: sed et eos, qui de cauponibus, et pandocibus vitam agunt. Item a pango, haec Pandana, ae ·i· porta quaedam apud Romam, quae semper pandebatur; et hic pandicularius, rii ·i· homo hians, et toto corpore oscitans; et hic pantomimus,

mi ·i· ioculator, et quasi magister mimi ·i· simiae; et inde haec pantomima, ae ·i· ioculatrix magistra mimorum; unde Iosephus in duodecimo: dum apud regem caenaret, et intrasset pantomima; et haec panduca, ae, genus organi; unde Marcianus: panducam Aegyptios attemptare permisi. Pando componitur obpando, is; unde oppansus, a, um, et haec oppansio, nis. Repando, is; unde repansus, a, um, et haec repansio, nis. Expando, is; unde expansus, a, um, et haec expansio, nis. Dispando, is, unde dispansus, a, um, et haec dispansio, nis. Propando, is; unde propansus, a, um, et propansio, is. Et sciendum quod omnia composita a pando habent unum sensum, et dicuntur pro expandere.

Probo, as, verb. activ.; inde probatus, probatio, probaticus, a, um ·i· probationem habens, et hic et haec probabilis, et hoc le; unde probabiliter adverb. Et probus, a, um; unde probe adverb. et haec probitas, tis; et componitur reprobus ·i· deorsum a probitate, et improbus, a, um ·i· non probus; unde improbe adverb. et haec improbitas, tis, et improbulus, a, um ·i· aliquantulum improbus; unde Iuvenalis: finge tamen te improbulum. Probo componitur approbo, as ·i· laudare: improbo, as ·i· renuere: reprobo, as ·i· vituperare, quod etiam opprobo, as; unde hoc opprobrium. Comprobo, as ·i· laudare et ab istis verbalia.

Puto, as, avi, quando est pro opinari, verbum neut.; quando vero pro scindere, vel purgare, activum: et tunc inde dicitur putatus, a, um ·i· amputatus; et componitur semiputatus ·i· ex parte recisus, et ex parte non. Unde Virgilius in Bucolicis: semiputata domi mihi vitis. Et putus, a, um ·i· purgatus et

purus; unde et aurum excolatum putum dicimus, et vites purgatas putas esse adfirmamus, et orationem puram et apertam, putam fore astruimus. Et haec putatio, nis ·i· alicuius rei abscissio, et hoc putamen, nis ·i· alicuius materiae recisio; unde Plautus in Captivis: nucleum amisi, reliqui pignori putamina. Et sciendum quod puto multas habet et diversas compositiones. Dicimus computo, as ·i· numerare; unde computator, ris, et computatorius, a, um, computatus, a, um, computatio, nis, hoc computamentum, ti ·i· numeratio, et hic compotus, ti ·i· numeri assignatio; antiqui tamen dicebant computus, quod nos quidem abhorremus propter vocis absonantiam. Supputo, as; unde supputator, supputatorius, a, um, supputatus, a, um, supputatio, supputamen, supputamentum. Amputo, as ·i· scindere; unde amputatus, amputatio. Disputo, as ·i· in loquendo dissentire; unde disputator, disputatorius, a, um, disputatus, disputatio. Praeputo, as ·i· praescindere; unde praeputatus, praeputatio, et hoc praepucium, cii. Imputo, as; deputo, as; reputo, as ·i· crimen alicui imponere, quod etiam aliquando dicitur pro tradere.

Praeda, ae; inde hic praedo, nis ·i· raptor, et praedor, aris, verb. deponens; unde praedator, oris, praedatorius, a, um, praedatus, a, um, praedatio, nis, praedabundus, a, um, ad praedandum habilis; et hic et haec praedabilis, et hoc le. Praedatus componitur inpraedatus. Praedor componitur depraedor, aris, et ab istis verbalia.

Praes, nomen indeclinabile, et dicitur secundum antiquos pro hoc nomine, quod est praesens, sed non est in usu; inde tamen componitur praesto, quod est

nomen indeclinabile, et adverbium dicimus: et quandoque est nomen, et componitur expraes; et sto, et dicitur praesto, quasi praesens sto; et inde hic praestes, titis ·i· Bacchus, quia semper ebriosi praesto sunt; unde Macrobius de Saturnalibus: boni consilii hunc Deum praestitem vocant. Alii autem dicunt quod praes declinatur hic praes, dis ·i· dives; et tunc inde dicitur hoc praedium, dii; unde hoc praediolum, li, et praedanus, a, um ·i· de praedio existens; unde Ambrosius: inter convivia praedanas epulas ructuantem; et hic Praediatus, ti ·i· Deus qui putabatur praediis praeesse; unde Marcianus sic inter alia nomina deorum, Praediatus, Mars, Lars, Quirinus, Militaris.

Precor, aris, verbum deponens; inde precanter adverb. et precatorius, a, um; unde precatorie adv. et precatus, a, um, et haec precatio, nis; unde haec precatiuncula, ae, et hic precatus, us, et precabundus, a, um ·i· ad precandum habilis, et hic et haec precabilis, et hoc le; unde precabiliter adv. et precarius, a, um ·i· precabilis; unde precarie, vel precario adverb. ·i· precabiliter; unde Terentius in Eunucho: iam precario fac tradas. Item a precor, hoc precamen, nis, et precis, precem, a prece, tantum in singulari, totum vero in plurali reperitur. Et componitur deprecor, aris, et imprecor, aris ·i· execrare; et aliquando invenitur pro precari, et ab istis verbalia.

Plaudo, is, plausi, sum, su, verb. neut.; inde plausus, a, um, et hic plausus, us, et plausibilis, vel plaudibilis; unde plausibiliter, vel plaudibiliter adverb. Et plausus componitur plausidicus, plausificus; unde plausidice, vel plausifice adverb. Plaudo componitur applaudo, is; unde hic applausus, us, et

haec appluda, ae ·i· sorbiciuncula ex paleis facta, circa quam pueri applaudebant.

Pello, is, pepuli, pulsum, su, verb. neut.; unde pulsus, a, um, et haec pulsio, nis, et pulsim adv. et hic pulsus, us; et pulso, as, quod componitur propulso, as. Et sciendum quod antiqui dicebant pulto, as, pro pulso, as; unde Terentius: cesso iam pultare hoc ostium vicini. Item a pello, pellito, as, verb. frequentativum, et hoc pessulum, li ·i· sera lignea, quo offirmatur ostium; et pluraliter hae peltes, tium ·i· quaedam scuta, quibus proprie Amazones utebantur: et hic et haec et hoc pellax, cis ·i· fallax, fraudulentus; unde Marcianus: pellex soricas cumque sensim congeris; et haec pellacia, ae ·i· deceptio, vel superbia; unde Prudentius contra Haereses: sentio quae contra moveat pellacia litem. Pello componitur appello, is, appuli, sum, su ·i· applicare; unde appulsus, a, um, et haec appulsio, nis, et appello, as ·i· vocare, et appulso, as, et ab istis verbalia; et hoc aplustre, is ·i· gubernaculum; unde Iuvenalis: victaeque triremis aplustre. Componitur quoque compello, is; unde compulsus, a, um, et haec compulsio, nis, et hic compulsus, us, et compulso, as. Suppello, is, surripere; unde suppulsus, a, um, et haec suppulsio, nis, et haec supellex, tilis; unde Persius: noris quam sit tibi curta supellex. Componitur etiam repello, is, impello, is, propello, is; unde propulso, as ·i· propellere. Depello, is, expello, is, et ab omnibus istis verbalia.

Plasmo, as, verb. activ. ·i· formare; inde plasmator, plasmatus, plasmatio, et haec plasmatura, ae, et hoc plasma, tis ·i· factura, et aliquando di-

citur pro electuario ; unde Persius : liquido cum plasmate guttur collueris ; et hic plastes, tis ·i· formatio, quod in prophetis repperies, et hic plastus, ti ·i· formatus : et componitur protoplastus ·i· primus formatus. Plasmo componitur conplasmo, as, et replasmo, as, et ab istis verbalia.

Pinguis comparatur pinguior, pinguissimus ; unde pinguiter, pinguius, pinguissime adverb. et haec pinguedo, nis ; et pinguesco, cis, quod componitur impinguesco, is. Et pinguo, as, quod non est in usu, quod componitur impinguo, as ; et inde impiguatus, impinguatio. Pinguis componitur perpinguis ·i· valde pinguis, et pinguefacio, is ; unde verbalia.

Plico, as, plicui, verb. neut. Inde haec plica, ae. Et componitur hic et haec et hoc simplex, cis ·i· sine plica ; unde simpliciter adv. et haec simplicitas, tis. Supplex, cis ; unde suppliciter adv. et haec supplicitas, tis, et supplico, as ; unde supplicanter adv. et hoc supplicamen, nis, et hoc supplicium, cii ·i· tormentum pro quo supplicatur. Componitur etiam plica, hic et haec alterplex, cis ·i· animo duplex ; unde alterpliciter adv. ·i· dupliciter, et haec alterplicitas ·i· duplicitas. Et hic et haec conplex, cis ·i· fraudulentus, vel alterius dolo simul consentiens ; et inde haec conplicitas, tis ·i· concors inter duos dolositas. Componitur quoque plica, duplex, cis ; unde dupliciter adv. et haec duplicitas, tis, et duplico, as ; unde duplicatus, duplicatio, et duplus, a, um. Triplex ; unde tripliciter adv. et haec triplicitas, tis, et triplico, as; unde verbalia; et triplus, a, um. Quadruplex ; unde quadrupliciter adv. et haec quadruplicitas, tis, et quadruplico, as; unde verbalia; et quadruplus, a, um

·i· quadruplicatus. Componitur etiam plica, quinquiplex, cis, sexquiplex, cis, decuplex, cis; et a singulis dicimus quinquiplus ·i· quinquies plicatus; unde Iosephus in duodecimo: promisit se quincuplam magnitudinem velle facere. Et sexquiplus, et decuplus, et sic de singulis numeris dicimus quotiens expedit usque ad centuplum. Plico componitur explico, as ·i· ordinare, digerere; inde explicit, verb. defectiv. unde explicitus ·i· finitus, terminatus; et componitur explicitus, hic et haec explicabilis, et hoc le, quod componitur inexplicabilis; unde inexplicabiliter adv. Item plico componitur implico, as; replico, as; applico, as ·i· deorsum a plica ponere; conplico, as; interplico, as; multiplico, as, unde multiplicatus, multiplex, multipliciter adv. et haec multiplicitas, tis. Et notandum quod plico verbum, quando componitur cum praepositionibus, sicut est implico, replico, applico, facit praeteritum implicui, et quandoque implicavi, et supina implicitum, vel implicatum; quando vero componitur cum nominibus, sicut est duplico, triplico, et alia, quae a plico verbo, vel a plica componuntur, facit praeteritum tantum plicavi, et supina tantum plicatum.

Potis, et hoc pote ·i· possibilis; unde Persius: qui pote? vis dicam? nugaris cum tibi calve; et dicitur quandoque pro hoc nomine quod est bonus; unde Persius ponens comparativum ait: quis potior iudex puerisve quis aptior orbis. Ambrosius quoque super Hegesippum sic ponens superlativum ait: unusquisque spem sui potissimam debet recondere; et inde potius, potissime, et potissimum ·i· maxime adv. Potis componitur hic et haec compos, tis, et hic et haec prae-

pos, tis, ambo pro potente; et hic et haec impos, tis •i• non potens; unde Prudentius in Psychomachia: impos mentis avaritia. Item potis componitur cum sum verbo, et dicitur possum, quasi potis sum; et inde hic et haec et hoc potens, quod comparatur potentior, potentissimus; unde potenter, potentius, potentissime adv. et haec potentia, ae, et haec potestas, tis, et hic potentatus, us •i• potentia. Et a potestate, potestativus, a, um •i• potens; unde potestative •i• potenter adv. Potens componitur praepotens, et quampotens •i• valde potens; omnipotens, unde omnipotenter adv. et haec omnipotentia, ae. Sic etiam componitur cunctipotens, et impotens; unde impotenter adv. et haec impotentia, ae.

Pungo, is, punxi, punctum, tu, verb. activ. unde punctor, oris, punctorius, a, um, et hoc punctorium, rii, et punctus, a, um, et haec punctio, nis, et punctim adv. et hic punctus, us, et punctito, as, vel pungito, as •i• saepe pungere; et hoc pegma, tis •i• baculus cum massa plumbi in summitate pendente: antiqui tamen dicebant hoc pugma, quod tamen moderni devitant propter vocis hiatum; unde Iuvenalis: et pegma et pueros ad velaria raptos. Pungo componitur compungo, is; unde compunctus, a, um, et haec compunctio, nis; et componitur incompunctus. Dispungo, is •i• deorsum a punctu facere; et expungo, is •i• extra punctum ponere; unde Persius: quem proximus heres impello, expungam; et inde dicimus expunctores, et dispunctores, eos scilicet qui in signandis praerant testamentis, vel eorum inserebant punctos, qui erant heredandi; vel illorum quotiens expediebat auferebant, qui fuerant exheredandi.

Digitized by Google

Poto, as, verb. activ. Inde hic potator, ris, potatorius, a, um, potatrix, cis, et haec potatricula, ae ·i· parva potatrix, potatus, a, um; unde potus, a, um, per syncopam; et componitur epotus; et haec potatio, nis; unde haec potio, nis, per syncopam, et inde potiono, as, vel potionor, aris ·i· potionem dare; unde Hieronymus in secundo super Isaiam: Hieremias cui dictum est, accipe calicem hunc, et potionabis inde omnes gentes. Item a poto, hic potor, ris ·i· potator per syncopam; et hic potus, us, et hoc potamen, nis; et potito, as ·i· frequenter potare; unde Plautus: tecum aeque postea una pocula potitet; et potisso, as, similiter pro frequenter potare, quod tamen antiqui dicebant pitisso, as; unde Terentius in tertia comoedia: quantum vini mihi pitissando absumpsit. Item a poto, hoc poculum, li, quod et pro potu, et pro scyphis dicitur; unde Virgilius in Bucolicis: et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit. Poto componitur compoto, as; unde compotator, vel compotor; compotatrix, vel compotrix; et inde compotricula, lae, compotatus, compotatio.

Pons, tis; inde hic ponticulus, li. Et componitur depontanus, ni ·i· ille qui ad tam gravem devenit vitam, ut magis prosit, eum de ponte proicere, quam vivere, quod etiam in aliquibus faciebant provinciis. Componitur quoque pons, hic pontifex, cis; et dicitur pontifex quasi pontem ·i· iter aliis faciens; et inde hoc pontificium, ii, et hic et haec pontificalis, et hoc le, et pontificaliter adv. et pontificor, aris; et inde verbalia.

Pauper communis generis; inde hic pauperculus, li, et haec paupercula, ae, et haec pauperies, ei, et

haec paupertas, tis, et paupersus *, a, um, et pauperasco, cis; unde Iohannes chrysostomus super Matthaeum: in rebus saecularibus alter pauperascit, alter ditescit. Item ab hoc nomine, quod est pauper, paupertinus, a, um ·i· ad pauperiem redactus; et paupero, as, quod non est in usu; sed inde venit pauperatus, a, um; et componitur expaupero, as ·i· extra pauperiem: sic et pauper componitur quampauper ·i· valde pauper.

* ita cod.

Post praepositio comparatur posterior, postremus; inde posterius, postreme, et postremo adv. et haec postremitas, tis, et posterus, a, um; unde haec posteritas, tis. Et componitur praeposterus, a, um, quando qui deberet esse ulterior, factus est prior; et inde praepostero, as ·i· ordinem transvertere, et quod deberet esse novissimum facere primum; et inde praeposteratio. Item a post, hic posthumus, mi ·i· ille qui post patris nascitur humationem; et hic postis, is; unde hic posticulus, li, diminut. et hic postellus, li, et haec postica, ae, cuius media syllaba corripitur, et posticus, a, um ·i· ulterior, cuius media syllaba producitur; unde Persius: posticae occurrite sannae. Item a post, haec postela, ae ·i· corrigia, quae post caudam equi tenditur; sicut et antela vocatur illa, quae ante tenditur; et hoc postliminium, nii ·i· reversio de exilio; unde Prudentius contra Haereses: hinc postliminio redeuntem suscipit alto: alii tamen dicunt postliminio indeclinabile esse: hinc etiam ab hac praepositione post, multae aliae partes componuntur, quae aptius alibi dicuntur.

Prandeo, es; verb. neut. et mutuat praeteritum, vel ut alii volunt facit ex se ipso pransus sum; supi-

num pransum; inde pransus, a, um, et haec pransio, nis, et hoc pransorium, rii ·i· domus ubi prandemus: et pransito, as ·i· saepe prandere; unde Plautus in Amphitrione: ubi flent nequam homines qui polentam pransitant; et hoc prandium, dii; unde hoc prandiolum, li, diminut. et hoc prandeum *, ei ·i· quaedam zona, quam in vita beati Alexii repperies. Pransus componitur inpransus. Prandeo componitur conprandeo, es.

* aliter *brand.*

Pomum, mi; inde hoc pomulum, vel pomellum ·i· parvum pomum, et hoc pometum, ti ·i· locus ubi poma crescunt, quod hoc pomarium, et hoc pomerium dicitur. Invenimus etiam hoc postmurium, rii, pro virgulto pomorum; et dicitur postmurium quasi post muros positum, eo quod virgulta solent esse post muros. Item a pomo, hoc pomacium, cii ·i· mollis, et liquidus cibus ex pomis factus, et hic pomilio, nis ·i· pomorum venditor, vel, ut alii volunt, pomorum custos: pomiliones dicebantur aquarum et lignorum venditores, quia vili precio quasi pomis conducebantur. Et notandum quod omnis rotundus fructus pomum dicitur. Ovidius pro nuce poma posuit: annua cultori poma referre suo. Virgilius pro prunis: cerea pruna, et honos erit huic quoque pomo.

Plodo, is, plosii, vel plosivi, plosum, su ·i· repercutere; inde plosus, a, um ·i· repercussus, et haec plosio, nis, et hoc plaustrum, tri, a terra saepius repercussa; unde hic et haec plaustralis, et hoc le. Et componitur plodo, conplodo, is ·i· concutere; unde conplosus, a, um ·i· concussus, et haec conplosio, nis. Sic etiam componitur displodo, is ·i· discutere, vel quassare; et inde displosus, a, um ·i· discussus; unde Horatius: quantum vesica displosa pepedi.

Pallium, lii; inde hoc palliolum, li, et palliatus, a, um ·i· multis palliis indutus: et pallio, as ·i· tegere, vel occultare; unde palliatus, palliatio, et hoc palliamen, nis ·i· occultamen. Et componitur subpallio, as, et oppallio, as, ambo pro occultare, et ab istis verbalia. Dicimus etiam haec palla, ae, pro pallio.

Plebs, bis; inde plebeius, a, um ·i· de plebe existens, vel ad plebem pertinens; unde Persius: plebeia radere beta; et haec plebicula, ae, et hoc plebiscitum, ti ·i· plebis iudicium. Et sciendum quod dicimus etiam haec plebes, is, pro plebe; unde Lucanus: nescit plebes ieiuna timere; et inde haec plebecula, ae, diminut.

Publico, as ·i· divulgare; unde Isidorus: si vis virtutes tuas augere, publicare noli; et inde publicauter adv. ·i· publice, et publicatus, a, um, et publicus, a, um; unde publice adv. et haec publicitas, tis, et publicitus adv. unde Prudentius in libro Hymnorum: publicitus iubet in plateae flexu sistere virginem: hinc etiam Plautus: ita peregre adveniens hospicio publicitus accipiar. Item a publico, hoc pulpitum, ti, eo quod ibi publice legitur. Et componitur depublico, as, et ab his verbalia.

Promo, is, prompsi, promptum, tu, verb. activ. Inde promptus, a, um, quod comparatur promptior, promptissimus; unde prompte, promptius, promptissime adv. et promptulus, a, um ·i· aliquantulum promptus, et hoc promptuarium, rii ·i· cellarium; unde in Psalmodia: promptuaria eorum plena, quod etiam hic promus, mi, dicitur; unde Horatius in Sermonibus: non biberes diluta, foris est promus, et antrum. Et per compositionem inpromptu indeclinabile ·i· in aperto.

Promptus componitur perpromptus ·i· valde promptus. Promo componitur depromo, is, et expromo, is, et ab istis verbalia.

Pannus, ni; inde hic panniculus, li, et pannosus, a, um, et pannucius, a, um ·i· pannis vilibus indutus; unde Persius: dum ne deterius sapiat pannucia Baucis. Et per compositionem depanno, as ·i· dilacerare, et ab istis verbalia.

Prodigus, a, um ·i· consumens, vel ultra modum effundens; unde prodige adv. et hoc prodigium, gii ·i· res quaelibet horrenda, et monstruosa; unde prodigiosus, a, um ·i· monstris plenus, et prodigiose adv. et hic et haec prodigialis, et hoc le ·i· monstruosus; unde prodigialiter adv. et haec prodigialitas, tis, et hic prodigiator, ris ·i· prodigiorum interpres: et haec prodigua, ae ·i· hostia consumens; unde prodiguus, a, um ·i· consumens; unde haec prodiguitas, tis ·i· vastitas. Item ab hoc nomine quod est prodigus, prodigo, is, prodegi, per compositionem ·i· aliquid consumptorie ·i· sine mensura agere; unde Plautus in Asinaria: festo die aliquid prodegeris, profesto egere liceat.

Pompa, ae; inde haec pompula, ae, et pomposus, a, um, et pompose adv. et haec pompositas, tis: et pompo, as ·i· superbire; unde Iosephus in vigesimo: in gentem vestram aperta malignitate pompabat; et inde hic pompator, is, qui aliquid superbe et praesumptuose agit; et pompaticus, a, um ·i· pompa plenus, et pompatice adv.

Propina, ae ·i· taberna, eo quod famem pellat; inde propino, as ·i· potum administrare; unde hic propinator, ris, qui potum administrat; unde Ovidius: inde propinator nimium ne vina propinet; et haec pro-

propinatrix, cis, et hoc propinatorium, rii ·i· domus unde propinatur, et propinito, as ·i· saepe propinare.

Polis, is, dicitur civitas, sicut superius diximus; et componitur haec tetrapolis, is ·i· civitas alias quatuor habens sub suo iure; et inde tetrapolitanus qui illam inhabitat civitatem. Pentapolis ·i· civitas illa quae habet sub se quinque civitates; unde et pentapolitanus dicitur qui illam habitat civitatem. Decapolis civitas, quae decem habet sub se civitates; unde et decapolitanus dicitur, qui illam inhabitat civitatem. Hendecapolis civitas illa, quae habet sub se alias undecim, quia hendeca undecim dicitur; unde hendecasyllabas vocamus odas undecim syllabarum. Item ab hoc nomine, quod est polis, dicimus poly indeclinabile ·i· multum quod componitur polysyllabus ·i· multarum syllabarum, et hic polydamas ·i· multicuba, et multarum amator; unde Persius: an mihi polydamas, et troiades Labeonem praetulerint. Dicitur etiam ab hoc nomine polis, hic polypus, pi ·i· foetor, qui maxime solet esse in civitate, et ponitur pro quolibet foetore; unde Horatius in Sermonibus: veluti Balbinum polypus agnae. Alia quoque et de ista superius ad plenum protulimus, ubi de polio verbo tractavimus.

Perones vocamus calciamenta, quae alio modo culpones vocamus, vel crepidas; unde et peronatus, a, um, peronibus calciatus; unde Persius: peronatus arator; et haec pera, ae, eo quod lata sit et sinuosa; unde haec perula, ae ·i· parva pera.

Privo, as; inde privatorius, a, um, privatus, a, um, privatio, nis, hic privignus, ni, eo quod a matre privatur, et haec primera, ae ·i· domina a viro privata, et componitur a tribus partibus, a verbo pri-

vo, et a viro, et ab hera ·i· domina. Privo componitur deprivo, as.

Pagus, gi ·i· patria; inde hic paganus, ni; unde haec paganitas, tis, et hoc paganismum, mi ·i· lex et ritus paganorum. Et paganizo, as ·i· ritum paganorum colere. Paganus componitur semipaganus ·i· nec ex toto rusticus; unde Persius: ego semipaganus ad sacra vatum carmen affero nostrum.

Picea, ae ·i· quaedam arbor unde pix efficitur; unde haec pix, cis; unde piceus, a, um ·i· niger; unde Statius: piceo nox obvia nimbo. Et pico, as ·i· pice aliquid linire; unde picator, picatus, picatio. Et sciendum quod pix dicitur aliter haec pissa, ae. Et componitur haec pixaxera, ae ·i· pix dura, et haec pissaygra, ae ·i· pix liquida.

Prurio, ris, rii, vel rivi ·i· molliter effluere, quod et pro fastidire dicitur; inde verbalia; et hic pruritus, tus, et haec prurigo, nis, ambo in uno sensu; et inde pruriginosus, a, um ·i· scabiosus, et pruridus, a, um ·i· pruritu et sanie plenus. Item a prurio, secundum Isidorum, haec lepra per compositionem quia let ·i· delet pruriginem ·i· scabiem, per hoc quod foras emittitur.

Pergo, is, perrexi, perrectum, tu, verb. neut. Dicunt quod pergo componitur ex pede, et rego; et dicitur pergo, quasi pedem rego; et inde hic pergus, gi ·i· tabula, vel alea, quia per illam tesserae pergunt; et hoc pergulum, li ·i· parvum tugurium, et hoc Pergamum, mi, vel ut alii volunt, pluraliter Pergama, orum ·i· muri Troiae, quia tam lati erant, ut perfacile possent homines desuper pergere.

Placo, as; inde placatus, a, um, et haec pla-

catio, nis, et hic placor, oris ·i· tranquillitas. Placatus componitur implacatus, et hic et haec placabilis, et hoc le, unde placabiliter adv. et componitur incomplacabilis. Placo componitur complaco, as.

Porro dicitur pro certe, et aliquando pro longe; et tunc componitur prudens, tis; et dicitur prudens quasi porro ·i· a longe videns: et comparatur prudentior, prudentissimus; unde prudenter, prudentius, prudentissime adv. et haec prudentia, ae. Prudens componitur imprudens. Item porro componitur portendo, is ·i· significare; et dicitur portendo quasi porro tendo ·i· a longe tendo, quando scilicet aliquid significamus de futuris; inde hoc portentum, ti ·i· monstrum; unde portentuosus, a, um ·i· monstruosus.

Propitio, as, vel propitior, aris; inde propitiator, propitianter adv. et propitiatus, et hoc propitiatorium, ii ·i· propitiationis oraculum, et propitius, a, um ·i· pius. Propitio componitur repropitio, as; et inde verbalia.

Planos graece ·i· latus vel vagans latine. Quando dicitur pro latus, tunc inde venit platea ·i· lata via; quando autem dicitur pro vagans; tunc inde dicitur, hic * planeta, ae, quia nunquam sit stabilis; unde planeticus, a, um. Vocamus quoque planetam quandam laxam vestem circa ora; sed et febrem, quae nos vexat, planetam dicimus. Et componitur planos, applanos ·i· firmamentum, eo quod semper sit stabile.

* cod. *haec.*

Probro, as ·i· iniuriare; inde hoc probrum, ri ·i· convitium; unde probrosus, et probrose adv. et haec probrositas, is. Et componitur hoc opprobrium, rii ·i· derisio. Probro componitur exprobro, as ·i· conviciari; unde verbalia.

Digitized by Google

Praestigium, calliditatis artificium; inde praestigiator ·i· defraudator, et praestigiosus ·i· subdolus, et versipellis, et praestigiatorius, a, um.

Ψευδὴς graece, decipiens latine. Inde per compositionem pseudopropheta, et pseudochristianus ·i· decipiens christianus, et pseudomenus ·i· fallax, et pseudoapostolus.

Posco, is, poposci, verb. neut. et caret supinis. Inde postulo, as; unde postulatus, postulatio, postulatim adv. et postulaticius, a, um, quod frequenter postulat. Et componitur depostulo, as, et expostulo, as, et repostulo, as. Posco componitur reposco, is; deposco, is, exposco, is.

Piper, ri *, tam masculini generis invenitur quam neutri. Inde piperatus, et piperinus, et pipereus ·i· piperini saporis.

* ita cod.

Physis graece, natura latine. Inde physicus, a, um, et physice adv. et haec physica pro quadam arte: et physiculo, as ·i· divinare; et inde physiculator, physiculatus *; unde Marcianus: physiculatis extorum prosicis viscera loquebantur.

* sic lego p. 231.

Protos graece, primus latine. Et componitur protomartyr ·i· primus martyr, et protoplastus ·i· primus formatus, et protopater, et protoprinceps.

Pluma, ae; inde plumula, et plumella, et hoc plumacium, cii ·i· cervical, vel pluteum, et plumosus ·i· plumis plenus. Et per compositionem deplumo, as, et explumo, as, et ab istis verbalia. Pluma componitur inplumis; Ovidius: implumes Calaisque puer, Zethusque fuerunt.

Peritus ·i· instructus; et comparatur peritior, peritissimus; unde perite, peritius, peritissime adv. et haec peritia, ae. Et componitur peritus, imperitus.

Digitized by Google

Palaestra, ae; inde palaestricus, et hic palaestrita, qui in palaestra luctatur; et palaestrizo, as ·i· in palaestra luctari. Palaestra secundum quosdam dicitur a palude unde inungebantur.

Purpura; inde purpureus, purpuratus, purpurinus.

Ploro, as, verb. neut. Inde verbalia, et hic ploratus, us, et hic et haec plorabilis, et hoc le; unde plorabiliter adv. et hoc ploramen, nis, et plorabundus, a, um ·i· ploratu plenus; unde Plautus: pulmentum ei eripuit milvus homo, et praetorem plorabundus advenit. Ploro componitur imploro, as ·i· rogare; deploro, as ·i· plangere, vel plorando aliquid petere; exploro, as ·i· exquirere; et ab istis verbalia.

Paucus, a, um, comparatur paucior, paucissimus; unde pauce, paucius, paucissime adv. et haec paucitas, tis, et paxillus, a, um, et paxillulus, a, um, et paxillatim ·i· parum; unde Plautus in Epidico: adversum illas paxillatim accedere. Item pauculus, a, um, et haec paucedo, nis, et pauciens ·i· raro, nomen indeclinabile pro adverbio sicut crudele pro crudeliter. Paucus componitur oppaucus.

Paulus, a, um ·i· parvus; inde paulo, paulisper, paulatim, et paululum adv. Paulo componitur paulominus, et paulopost.

Protervio, vis, vivi, verb. neut. et caret supinis; unde Tullius in Rhetoricis: qui dicit non sic, et sic; et sequitur, et cur non sic protervit? Inde protervus, a, um, quod comparatur protervior, protervissimus; unde proterve, protervius, protervissime adv. et haec protervia, ae.

Pecco, as, verb. neut. Inde peccator, peccatrix, peccatum, peccamen.

Pravus, comparatur pravior, pravissimus; unde prave, pravius, pravissime adv. et haec pravitas, tis. Et per compositionem depravo, as; unde depravator, depravatus, depravatio.

Precium, cii; inde hoc preciolum, li, et preciosus, a, um, quod comparatur preciosior, preciosissimus; unde preciose, preciosius, preciosissime, et haec preciositas, tis. Et per compositionem apprecior, aris, vel apprecio, as, et ab istis verbalia.

REPETITIONES.

P

Pristinus, priscus, antiquus, antiquarius.
Priorsum, ad priorem partem.
Praecidaneus, quod aptum est ad scindendum.
Primarius, primus.
Primulum, primum, primo, primitus.
Primor, in ordine prior.
Primas, qui primus habetur in populo; primatus, eius magistratus.
Primordium, principium, exordium, inicium.
Primicius, inter alios primus.
Primaevus, primus in aevo.
Primicerius, camerarius qui primum cereum portat.
Primipilus vel primipilaris, qui primum pilum gestat in bello.
Primivirgius, conestabularius qui primam virgam gerit ante regem.
Peripetasma, cortina, anabathrum, aulaeum, velum, velarium, conopeum.
Procestria, loca extra civitatem.
Promuralia, loca ante muros, quae et antemuralia dicuntur.
Procastria, loca ante castra.
Parmeus, partus means.
Parturio, parere desidero.
Procrastinare, diutinare, perendinare, aliquando pro dilatare.
Puerculus, puerulus, pusio, pusiolus, pusiunculus, puberculus, iuvenculus, adolescentulus.
Peregre, ad peregrinandum.
Puellus, iuvenis.

Pubeda, iuvenis.
Pubes, adolescens, ephoebus, pubeta, pubeda, iuvenis, puellus.
Pubescere, crescere, adolescere, fruticari, pullulare, incrementari, pubetare.
Parumper, paulisper, parum, exiguum, minimum.
Perendie, in alia die.
Pernox, pervigil. Marcianus: perdia pernoxque sacris ululata chartis.
Pernoctare, vigilare, lucubrare, nictitare, excubitare, manubiare.
Proluvies, effluens putredo.
Proluere, lavare. Persius: nec fonte labra prolui caballino.
Prolutus, dilutus, ablutus, lotus, collutus, perlutus.
Praecluis, fulgidus, clarus, luculentus, splendidus, coruscus, perspicax, gemmeus, lucidus, luminosus, perspicuus, stelleus, conspicuus, vernus.
Praedestinus, praedestinatus, praesagiatus, praefiguratus.
Perpulcher, valde pulcher.
Perdius, perseverans in die, vel continuus.
Praeludium, parvus ludus maiorem praecedens.
Pulvinar, pulvinus, plumacius, cervical, capitale, aureale.
Paulo minus, aliquanto minus.
Paulus, parvus, quotus, pusillus, brevis, curtus.
Procurare, curare.
Praestites, Dii succurrentes.
Pagiscolia, muscipula.
Percitus, valde citus.
Pagere, palam figere.
Pessum, subtus.
Pessumdare, subtus dare, praecipitare, demittere.
Parvipendere, parum appreciari, naucipendere, floccifacere, floccipendere, vilipendere, iuncipendere, parvifacere.
Pullatus, nigris vestibus indutus.
Perfunctorius, quo tantum ad usum fungimur.
Perfunctorie, transitorie.
Pedes, pedester, pedibus pro equo utens.
Pedana, catena, compedes, baca, columbar quod tamen dicitur catena circa collum tantum.
Pedica, quod aliquando pro catena, aliquando pro decipula: manica, catena circa manus tantum: muraenula, catenula quo monile solet astringi.
Peda, vestigium humanum.
Pedum, baculus pastoralis.
Pedicatus, incatenatus.
Proritare, provocare, excitare.
Pedones, pedunculi.

Praestantia, valitudo.
Paedor, pedum foetor.
Pedicus, sordidos habens pedes.
Podagra, pedum infirmitas; chiragra manuum; pleuresis laterum.
Pernix, aliquando pro dampnosus, et tunc habet mediam genitivi syllabam brevem; quando vero pro celer dicitur, tunc habet longam.
Pelicatus, luxuriosus a pelice.
Pellicere, decipere, defrudari *, fallere.
* ita cod.
Praerogativa, meritorum excellentia.
Praerogare, anteferre, praeponere.
Plagioxyphus, plagam faciens.
Pellicator, deceptor, fraudator, decipulator, versipellis, subdolus, tergiversor *, praestigiator, fraudulentus, dolosus, complex, alterplex, illector, illex.
* ita cod.
Pellector, tegnosus, strophosus, pellax, depelliculator, pellarius.
Praesentaneus, praesens.
Praesagire, divinare, unde praesagium, praescientia.
Praesagare, vel praesagiare, in eodem sensu.
Procus, novae coniugis appetitor.
Procax, importunus ad petendum.
Procaculus, aliquantulum procax.
Procitare, saepe petere, postulare, quaesitare.
Procus, longus, prolixus, in longum extensus.
Proculus, filius qui moritur procul existente patre.
Procula, preciosa quaedam vestis, quae a procul defertur.
Parcio, particio, partitudo, portio, particularitas.
Particulatim, divisim, minutim, particulariter.
Prorogare, distribuere, erogare, elargiri.
Pugnariola, parva pugna, pugnula.
Perpendere, intelligere, advertere.
Perpendiculum, illud unde lebetes suspenduntur a trabe.
Pugnaculus, aliquantulum pugnax.
Pugillator, victor, pugil, braveta, agonista, agonitheta, decertator, probellator.
Propugnaculum, defensio.
Proluvium, indiscreta effusio.
Praetaxare, numerare, calculare, computare.
Praeceler, perceler, velox
Praecelerare, properare.
Palinatus, ornatus.
Perlitor, occisor.

Proluvium, proluvies, inundatio.

Palliator, philosophus.

Patrimes, puer assimilatus patri; sic et matrimes, qui assimilatur matri.

Patronomicus, de patria natus, indigena, comprovincialis.

Patrocinari, defendere, auxiliari, adiuvare, astipulari, opitulari, tutari, adminiculari.

Patrocinium, defensio, tutela, protectio, opificium, opitulamen, suffragium, praesidium, astipulamen, subventio.

Patricius, de patris genere natus, quod etiam patricius dicitur

Patrissare, patri assimilari.

Paterfamilias, pater super familiam.

Patertrimis *, qui cum sit pater, habet avum vivum.

Prostituere, meretricem facere, quod et prostare dicitur.

Prostibulum, domus meretricum, lupanar, tugurium meretricium, proseucha, teges, meritorium, ganeum.

Pistrix, mulier quae pinsit, vel balaena.

Pinsitare, frequenter pistrire.

Pinsa, scacella cum qua pasta maceratur.

Pinsus, pistritus.

Pistrilla, pistrillum.

Proceres, milites, equites, quirites a nomine quiris i. hasta, quia hastati semper indecebant.

Proletarii, qui ad prolem tantum gignendam vacabant. Stipendiarii, vel stipendinarii, qui pro stipis acceptione legi serviunt. Emeriti, qui sola quiete domi potiuntur. Satellites, vel grassatores, qui ad agendam crudelitatem dominis suis satisfaciunt.

Perspicax, clarus.

Perspicari, videre.

Perspectim, visibiliter.

Pastophorium, atrium templi.

Pampinus, folium vitis.

Persudus, clarus, purus. Virgilius: persudum rutilare vident.

Praevaricare, infringere.

Podex, clunes, culus.

Pellacia, fallacia, dolositas, versutia, fraudulentia, captentula, tegna, stropha, praestigia, alterplicitas, tergiversatio, decipulatio. * p. 415. *patrinus.*

Pitriasis, urinae fervor.

Proscenia, loca theatralia.

Proritare, provocare, incitare, irritare, commovere, procalare.

Proserpinare, germinare, crescere, fructicari.

Pacolere, adolescere.

Philippus, solidus, vel aureus nummus.

Prolicere, emanare, effluere, decurrere. Varro: deinde ubi prolicuit dulcis unda.

Palumbus, columba ramalis.

Prosecare, immolare, victimare, libare, sacrificare, thurificare.

Poplites, genuum flexurae.

Prasius, lapis viridis.

Prosicum, quicquid de aliqua materia supervacuum absciditur, quod etiam prosicuum dicitur. Marcianus: physiculatis extorum prosicis.

* ita cod.

Pilicrepus, qui ludit cum pila.

Pililudius, qui cum polotello ludit.

Perlustrare, lustrare.

Philochristus, amator Christi.

Praesumptuosus, praesumptivus, praesumptibilis.

Prosocer, pater patris uxoris.

Promulgare *, porrigere.

* ita cod.

Papyrus, iuncus, scirpus, biblus.

Priapus, Deus hortorum, quod etiam pro virili membro dicitur.

Proseucha, parva domus.

Persoluenter, assidue.

Perduellis, pugil.

Praemordax, mordax.

Perula, extrema pars nasi.

Perosus, exosus, odibilis.

Purulentus, putris, putridus.

Promulgare, divulgare.

Propalare, reserare, enumerare, declarare, deflorare, dilucidare, elimpidare, enucleare, pandere.

Problema, quaestio inexplicabilis.

Prosequium, servicium, obsequium, obsequela, clientela, famulatus, famulicium.

Persillum, vas picatum.

Prooemium, prolocutio, epilogium.

Pepilogus *, proloquium, prologus, prologium, epigramma.

* ita cod.

Prooemiare, prologum facere.

Propudiosus, impudibundus, inverecundus, impudens, irreverens, infrontuosus.

Pergraecare, epulis, et potibus vacare.

Periscelides, mulierum ornamenta, quae ad crura maxime pertinent.

Peripsema, cuiusque rei abrasura, et superfluitas.

Perfugium, locus refugii.

Philipompus, amator iactantiae.

Pila, dicitur quae sustentat parietem.

Pila, polotellus cum quo ludunt pueri.

Pila etiam vocatur effigies hominum in compitis posita.

Pila quoque dicitur vas in quo aliquid tunditur.

Pigmentum, quasi pilimentum hoc est in pila tunsum.
Pilosus, pilis plenus.
Pilax, murilegus, catus.
Pellax, fallax.
Pilentum, genus curruum.
Pilum, telum, missile, vibraculum, iaculum.
Pileum, mitra, galerus, pelliris, calonica.
Pilata, fur qui cum pilo armatus incedit.
Pirata, raptor in aquis; et dicitur pirata quasi πῦρ iguem habens in rate.
Pilanus, qui armatus pilo graditur.
Piratica, latrocinium in aquis.
Palabundus, vagus, et errans.
Promurale, murus ante.
Permixtim, mixtim.
Permisticus, misticus.
Palare, vagare, errare.
Palearium, pellicula illa quae pendet ante pectus bovis.
Palatinus, de palatio existens.
Perparcus, ultra modum parcus.
Perparce, nimis stricte.
Parsimonia, abstinentia, abstemietas.
Peticus, vel peticius, qui frequenter petit.
Petasones, vel petasunculi, bacones, pernae carnium.
Petulans, lascivus, mollis, luxuriosus.
Petulantia, lascivia.
Petulari, lasciviae animum dare.
Petulcus, saepe petens, coitum repetens, quod de animalibus frequentius dicitur.
Petoritum, genus curruum.
Pertinax, importunus.
Pertinacia, improbitas.
Protensitare, protensare.
Petusus, pertesus, detritus.
Pensatio, vel prensio, taxatio, numeratio.
Pariulus, genus spinarum.
Paedagogus, magister, praeceptor, doctor, didascalus, monitor.
Paedagogium, magisterium, magistratus, didascalatus.
Porcidus, foedus, impurus, obscenus, spurcus, foetulentus, coenosus, coenulentus, sordidus, foetosus, faeculentus, faetidus, spurcilentus, putulentus, maculosus.
Peditatus, numerus peditum, quartae coniugationis.
Praecox, et praecocus, maturus.
Porus, occultum foramen, vel foramen per quod exit sudor.
Porismata, foramina.
Pileolum, parva mitra.
Petulanter, luxuriose.
Petalum, forma marmorea ad

instar tesserae unde pavimenta sternebantur.

Piptuncula accipitur a pipiando.

Puberare, crescere.

Propedare, impedire, tricare, irretire.

Prosonomia, narratio.

Procire, novam coniugem ducere.

Pinnosus, superbus, elatus, tuberosus, insolens, hyperbolicus, superciliosus, arrogans, supinus, vesicosus, ampullosus.

Purgitare, purgare, excusare.

Paradoxus, ad gloriam extollendam paratus,

Paradoxa, laus parata, vel laus gloriosa.

Pastinare, colere, vel palos circumfigere.

Pecudosus, pecudibus plenus.

Porrigo, porcorum infirmitas.

Porca, aliquando dicitur pro terra, quae eminet inter duos sulcos; unde porcitores dicimus qui eas faciunt.

Pastoricus, pastorius, pastoralis.

Pastorculus, parvus pastor.

Pales, Dea pastorum, cuius templum * palatualis dicitur, et festa eius palilia.

* p. 421. *sacerdos.*

Pecua, de communibus pecoribus; pecudes vero de minoribus; pecora autem de maioribus dicimus.

Pecualis, pecorosus.

Pecualitas, pecorum habundantia.

Peculiaris, privatus, popularis, familiaris.

Peculatus, dampnum de communi pecude.

Pabulosus, pascuis plenus.

Peculium, lucrum, conquaestus, emolumentum de pecoribus.

Pabulator, pastor, qui pabula sequitur.

Pecuniosus, opulentus, dives, pecunia plenus.

Planci, qui planos habent pedes.

Pluteum, scriptorium, atramentarium, notatorium, plumatium.

Parienna, parietum ruina, quod etiam parietina dicitur.

Praeambulus, ante ambulans.

Providens, providus, provisus.

Pervigilium, vigilantia.

Propitiatorium, locus placationis, et laudis.

Propitiare, placare.

Parius, genus albi marmoris, quod etiam proalbus dicitur.

Promulsorium, pransorium, caenaculum.

Philoxeni, amatores donorum, cupidinarii, munusculararii.

Pyrgus, turris. Iosephus: locus est apud Stratonis pyrgum ubi fuerat destinatus.

Pupillus, orphanus, orbatus.

Popa, crassus, pinguis, carnulentus, inpinguatus.

Parotida, globus qui nascitur in aure.

Parotidi, qui globos habent in aure.

Popina, coquina, culina.

Popinones, lecatores, ardeliones, ambrones, eduliones, eduli, catiliones, escaces, parasiti, lurcones, pransitores, mandones, vel mandoces, abliguritores, consumptores, absortores, pandoces, helluones, ganeae vel ganeones, epulones, estores.

Piaculum, expiationis peccatum.

Popinarius, coquus.

Popysma, quoddam crassum unguentum.

Pieticus, pius, compassivus, propitius, misericors

Piacularis, pius, vel expiatione dignus.

Plagosus, saucius, vulneratus.

Plagella, parvum vulnus.

Plaga, dicitur pro rete.

Plagiarius, retiarius.

Popoemum, crassum unguentum.

Pavire, ferire, percutere, percellere, depunire, debaculare.

Pressim, strictim, angustiatim.

Prelum, pressorium.

Purgatorium, expiatorium, locus ubi purgantur animae.

Praevaricare, infringere.

Praevaricator, transgressor.

Propudium, scurrilis iocus.

Propudiare, inhoneste continere, vel repellere.

Putrus, putridus, putris.

Pustulentus, a pustula, infirmatus.

Pistylia, vel epistylia, capitella aedificiorum.

Polisemus, sermo multa significans.

Pergus, alea ubi tesserae pergunt.

Peierare, periurare.

Peiorare, peiorem facere.

Parricida, qui patrem occidit.

Prominere, eminere.

Prorostrum, prominens pars navis, vel locus in foro.

Pentacontarchus, princeps super quinque

Provenire, convenire.

Prodigere, vastare.

Prodigium, monstrum.

Pulpa, tumida caro faciei, vel suris *.

* ita cod.

Pulpamentum, delectamentum.

Palpones, qui ducunt caecos.
Pyropus, quidam lapis ignei coloris.
Pinnaculum, fastigium, pinna, epistylium, altitudo.
Pinnirapus, qui plumat aves.
Pinnax, pugillaris, ephemerides, tabula manualis.
Piceus, obscurus, tenebrosus, nubilus, caliginosus.
Portitor, ianitor, ostiarius, valvarius, inclusor, patigiarius, clavicularius, inclusarius, portensis.
Portella, portula, valvula, ostiolum.
Portunus, Neptunus, Nereus.
Portuosus, portubus plenus.
Porticulus, parvus baculus ad portandum.
Portusculus, malleolus in navi cum quo gubernator dat signum.
Portitare, gestitare.
Pluitare, saepe pluere.
Pleiades, quasi pluviades stellae, scilicet quibus apparentibus pluviae inundant.
Politor, sculptor, incisor, caelator, pictor, polymitarius.
Pone, retro.
Polymitus, diversicolor.
* ita cod. Polire, sculpere, caelare, pingere, devenustare.
Polyandrum, coemeterium, quasi politum antrum.
Polosus, sublimis, excelsus, editus, subvectus, inaltatus, sublatus.
Polose, alte, sublimiter.
Pudoratus, pudibundus.
Propola, domus unguentaria.
Pudorus, pudore plenus.
Polimen, politio, polimentum, sculptura, caelatura, pictura.
Polite, ornate, venuste, vernanter, pexim, pictim, colorate, defloranter, stellanter, radiose, luculenter, lucide, luminose, perspicaciter, splendide, fulgide, fulgenter, perornanter.
Paniceus, qui panem facit.
Paneta, panificus, pistor, panifex.
Panicium, genus vilissimae segetis.
Placenta, libum.
Placentinus, placentarius, pistor qui facit placentas.
Panulea, instrumentum illud unde texitur.
Panus, virga illa, circa quam trama involvitur.
Profugium, fuga.
Profestus, dies prorsus festus.
Profundere, vastare, dispergere.
Praeacer *, valde acer.
Panificium, locus ubi panis efficitur.
Propinquaneus, propinquus, consanguineus, contribu-

lus, congermanus, cognatus.

Panegorizare, sustentare (1), augere.

Pallidulus, aliquantulum pallidus.

Pallia, pallium, mantile, diplois, penula, praetexta, chlamys, birrus, paludamentum.

Puticulus, bustum eo quod ibi puteat cadaver.

Pyrama, mausoleum, sepulchrum.

Ponduscullum, parvum pondus.

Putor, foetor, oletum, foeditas, putulentia, foetulentia, spurcitia, coenulentia, obscoenitas.

Polatitas, spurculentia, spurcitas, maculositas, colluvies.

Pendulus, facilis ad suspendendum.

Penis, membrum virile.

Pensilis, levis.

Pensiliter, leviter.

Pensius, aequius.

Pensissime, aequissime, libratissime, ponderatissime.

Pensum, fusellum.

Pensare, pensitare, aequare.

Perpendere, intelligere, advertere, percipere, animadvertere.

Pigneraticius, res de pignore; pignora filiorum, pignera sanctorum, vel aliarum rerum.

Pangere, canere, concinere, reboare, vociferare, cantare, iubilare, occanere, occentari, carminari.

Potus, potatus, potionare, potare.

Potores, potatores.

Potitare, frequenter potare, bibitare, sorbillare.

Potissare vel pitissare, parum et parum potare.

Potricula, parva potatrix.

Pontificium, episcopium, anstisticium, praesulatus, sacerdotium, presbyterium.

Pauperus, paupertinus, pauperatus, ad pauperiem redactus.

Postimus, postremus.

Praeposterus, inordinate praepositus, quando qui deberet esse prior, efficitur ulterior.

Praeposterare, ordinem transvertere.

Posthumus, puer post patris humationem natus.

Postela, corrigia, quae post equi caudam tenditur.

Paritonius, cantor.

Praetaxare, numerare.

Percontumax, valde iniuriosus.

Praeferox, valde ferox.

Polis, civitas, urbs.

Polypus, quilibet foetor.

(1) Sic lege etiam p. 433. Rursus ibi *sustentamentis*, at heic in repetito exemplo *medicamentis*.

Pentapolis, civitas quae quinque alias civitates habet sub se.

Parma, scutum, clipeus, umbo.

Pharmacopola, domus ubi venduntur unguenta.

Perproperus, valde velox.

Propiare, proximare, approximare.

Penates, domus interiores, vel quidam Dii domibus praesidentes.

Penetralia, domus, aedes, tegetes, domata, tecta, casae, penates, opellae, proseuchae.

Penuria, inopia, egestas, inedia, indigentia.

Penarius, celerarius.

Penus, vel penu indeclinabile, cellarium.

Pexitare, frequenter pectere.

Pectinare, saepe pectere.

Protinam, protinus, cito, mox, festinato, festinanter, citanter, citatim, velociter, perniciter, properanter, mature, curriculo.

Pocissime, ocius, cursiliter, actutum.

Pexim, ornate, polite.

Penitus, interior, citerior.

Penitissimus, intimus, interior, citimus.

Pectinarium, locus ubi pecten reconditur.

Pecticus, digestibilis, dissolubilis.

Pectorale, zona circa pectus

Popellus, parvus populus.

Populosus, populorum habundans.

Populositas, habundantia populi.

Pollere, nitere, splendere, micare, radiare, fulgere, coruscare, rutilare, fulgurare, gliscere, stellare, cluere, vernare, lucere.

Popularis, familiaris.

Popularitas, familiaritas.

Populona, Iuno, quia videbatur regere populum.

Populnus, et populeus, a populo arbore.

Populetum, locus, ubi populus arbor crescit.

Pesticus et pestuosus, peste plenus.

Pollen, minuta farina.

Porcistetum, locus ubi stant, et manent porci.

Perpatulus, valde patens.

Patina, patella.

Patinarius, qui patinas facit.

Patagium, gula quae in ore tunicae, vel in ore pallii assuitur.

Parapsis, discus, scutella, ciborium, pransorium, catinum, esciphorum, lanx.

Palustris, paludi inmixtus.

Passutus, magnos passus habens, qui et gressutus dicitur.

Perdius, assiduus.

Pridie, in priori die.
Peritare, saepe perire.
Prorepere, diripere.
Proreptus, direptus.
Paludatus, palliatus, trabeatus, praetextatus, penulatus.
Paludosus, palude plenus.
Passus, expansus.
Paludamentum, vestis militaris.
Parasitulus, parvus lecator.
Parasitaster, parvus lecator.
Parmo, venditor, mercator, institor, mango, mercedarius, nundinator, negotiator.
Paraphonista, cantor, choraula, praecentor, bibliopola.
Paradigma, propositio exempli.
Paranymphus, internuntius.
Paranympha, pronuba quae parturientibus assistit.
Parabata, cupidus, cupidinarius.
Parallela, aequistantia circulorum.
Paricus, quaestor, praeco qui clamat in foro.
Propassio, quando malus affectus prorumpit in effectum.
Patibulum, cruciamen.
Pathicus, inhonesta patiens.
Perpiger, valde piger.
Picturatus, picturis variatus.
Picta tunica, sine * pictura.
Pictones, pictores, caelatores, polymitarii.
Pictim, colorate, ornate.
Pictitare, frequenter pingere.
Pyxis, bustula.
Plectere, punire, luere.
Plexuosus, habilis ad plectendum.
Puteal, fossa cloacalis.
Plectellum, parvum plectrum.
Plecta, nexus quilibet ex virgulis, vel ex papyro.
Plectula, parva plecta unde cophinos faciebant.
Paciscor, pactum facere.
Pacalis, pacificus.
Perplacet, valde placet.
Piscolentus, piscosus, piscibus habundans.
Piscivorus, piscium vorator.
Piscens, indeclinabile, dicitur pro piscans.
Piscarius, piscator.
Poësis, ars dictandi, vel quaedam figura.
Poëmaneus, in poëmate manens.
Poëtrida, poëtissa.
Poëtricus, poëticus, poëtridus.
Poëtridus, in poëmate assiduus.
Poëtria, poëma.
Persolus, assiduus.
Persolentia, assiduitas.
Pentasyllabus, quinque syllabarum.
Peribolum, peribulatorium,

* *sive picturata?*

deambulatorium, deambulacrum, spaciatorium.

* *panegyricus* etc.

Pangericus *, laudando decantatus.

Pangerice, laute, laudate, laudabiliter.

Pangerista, laudator.

Pan dicitur Deus pastorum. Virgilius : imitatur Pana canendo.

Panniceum quaedam vestis pastoralis.

Pangitare, cantitare.

Pangitorium, chorus ubi canitur.

Polliceri, pollicitari, spondere, promittere, sponsitare.

Pollicitatiuncula, parva promissio.

Pollicitores, pollicitatores, spousores, promissores.

Pollucere, donare, inpendere, praebere, tribuere, dare.

Pollucibilis, facilis ad donandum.

Pandere, dicere, referre, revelare.

Pandulus, aliquantulum curvus.

Pandana, porta apud Romam.

Pantomimus, ioculator, ludius, ioculatorius.

Pantomima, ioculatrix.

Panduca, genus organi.

Propandere, extendere, vel dicere.

Propansus, expansus, propagatus, extensus.

Pandicularius, homo hians, et toto corpore oscitans.

Pandox, ebriosus, vel gulosus, qui semper pandit ora ad escas.

Putatus, amputatus, recisus.

Praedabundus, ad praedam habilis.

Praedium, fundus, testamentum.

Praedanus, de praedio existens.

Praediatus, Deus qui praediis praeesse putabatur.

Praestes, Bacchus, quia semper ebriosi praesto sunt.

Precarius, qui facile prece flectitur.

Precario, precanter.

Pulsim, pulsanter.

Propulsare, propellere.

Pultare, pellere.

Pellitare, saepe conpellere.

Pessulum, sera lignea unde ostium offirmatur.

Peltes, genus scuti quo quippe Amazones utebantur.

Plasma, factura, vel lactuarium.

Perpinguis, valde pinguis.

Plastes, formatio.

Potis, potens.

Pervicax, superbus.

Pervicacia, superbia.

Pervicaciter, indignanter.

Praevaricare, infringere.

Potentatus, potentia.

Potentativus, potentia plenus.

Praepos, valde potens.
Potissimum, praecipue, maxime.
Pungitare, punctitare, saepe pungere.
Posterus, postremus.
Posticus, ultimus, vel posterius factus.
Posticium, statio postis, ubi scilicet occultum ostium efficitur. In Daniele: irruere famuli per posticium.
Postica, posticium, sed tunc media syllaba corripitur.
Pransorium, domus ubi prandemus, vel discus.
Pransitare, saepe comedere.
Prandeum, genus zonarum.
Pomellum, parvum pomum.
Postliminium, reversio de exilio, vel postliminio indeclinabile.
Pomacium, mollis, et liquidus cibus ex pomis factus.
Pomilio, pomorum venditor, vel aquarum venditor, portitor.
Pometum, pomarium, virgultum, viridarium, viretum, postmurium, insertorium.
Plodere, contundere, conquassare.
Plebeius, rusticanus, vulgaris, agrarius, agrestis, agricolanus,
Plebes, plebs, vulgus.
Pulpitum, analogium, lectrum, vel legitorium.
Publicitus adverbium, et dicitur pro publice.
Promptulus, aliquantulum promptus.
Promptuarium, cellarium, penus, promus.
Perpromptus, valde promptus.
Pannucius, pannosus.
Prodigus, consumptorius, dilapidatorius, futilis, effluus, dispersorius, prodigus.
Prodiguitas, vastitas, effusio.
Prodigua, quaedam hostia ubi multum consumebatur.
Prodigium, monstrum.
Prodigialis, prodigiosus, monstruosus.
Prodigire, aliquid superflue consumptorie agere.
Pompator, superbus et arrogans.
Pompare, superbire.
Propina, taberna, cauponia, propinatorium, meraria, crustaria, caupona.
Propinatorium, domus unde propinatur.
Propinitare, saepe propinare.
Polisyllabus, multarum syllabarum.
Polydamas, multarum amator, multigamus.
Presbytera, uxor presbyteri.
Posthumus, post mortem patris natus.
Prohibesis, prohibeas. Plau-

tus : verum quaeso ut prohibesis.

Propinare, potionare, potum administrare.

Prohostire, aequare.

Perones, calciamenta rusticorum, quae et culpones dicuntur.

Perula, parva pera.

Peronatus, peronibus calciatus.

Privera*, domina a primo viro privata.

* sic lege p. 461.

Privignus, qui a matre privatur, et habet novercam.

Pixaxera, pix dura.

Piceus, niger, obscurus.

Pissaygra, pix liquida.

Prurire molliter effluere, quod et pro fastidire dicitur.

Prurigo, pruritus, quidquid liquescendo diffluit.

Pruriginosus, scabiosus, scabidus, scaber, scabrosus, pruridus, inpetiginosus, pupulosus, hyrniosus, pupulentus, ulcerosus.

Pergulum, parvum tugurium, casa, casella, domuncula.

Pergama, muri Troiae.

Pacor, tranquillitas.

Placor, placiditas.

Perizomata, cooperturae, succinctoria.

Pragma, causa.

Pragmaticus, causativus.

Proterminare, extendere. Sidonius: metas illi genti proterminat.

Philopompus, amator iactantiae.

Philoxenus, amator xenii.

Philosophus, amator sapientiae.

Proquiritare, sub militari conditione legem indicere. Sidonius: lex de militari conditione fuerat proquiritata.

Portendere, significare, designare, exprimere, innuere.

Portentuosus, monstruosus.

Proseucha, domus meretricum, vel quaelibet officina.

Planeta, eo quod sit stabilis, quod a planos vagare dicitur.

Praestigium, calliditatis artificium.

Praestigiator, fraudator.

Praestigiatorius, deceptorius.

Pseudomenus, deceptor.

Pseudochristianus, qui decipit christianum.

Pseudodiscipulus, falsus discipulus.

Postulatim, precanter.

Physiculare, divinari, ariolari, haruspicari.

Postulaticus, qui frequenter postulat,

Physiculatus, divinatus, vel divinando inspectus.

Protoplastus, primus forma-

Digitized by Google

tus: sic et protomartyr, et protopater, et protoprinceps dicitur.

Plorabundus, ploratione plenus.

Paxillatim, paulatim.

Paulo, paululum, paulisper, parum, parumper.

Paxillus, parvus, paueus, minimus, exiguus, quotus, pusillus, pauculus, paxillulus.

Petrones, quae abscinduntur a petris; sic quisquilias dicimus inutilem illam materiam, quae abraditur de lignis quando dolantur.

Peripsema, purgamentum quod eicitur de tritico quod ventilatur.

Pipereus, piperinus, piperatus.

Praestinare, accommodare.

Pituita, infirmitas illa, quae ex habundantia phlegmatis accidit.

Pythones, incantatores.

Palaestrizare, cum palaestra ludere.

Placor, tranquillitas, placiditas. Filius Sirac: qui invigilaverint ad sapientiam, conplectentur laeticiae placorem.

Priapismus, pudendorum tensio.

Praerogativum, antecedens beneficium.

Pedecosis, vermis multorum pedum.

Phacolla, perna, petaso, petasunculus.

Partarpia, corona ex diversis floribus parata.

Profectus procul a religione, profanus, execratus.

Pilates, genus candidi lapidis.

Promulcus, funis cum quo navis ducitur.

Promulcare, navim ducere.

Procellere, procumbere, percellere, percutere.

Pollare, polotare, cum pila ludere.

Proculire, petere a proco.

Parentela, parentalitas, cognatio, consanguinitas, congermanitas, contribulitas.

Protervire, proterve aliquid facere.

Prosecta, viscerum capita. Iuvenalis: calidi prosecta cerebri.

Paradoxa, parata laus, vel mirabilis laus.

Parigoriare, mitificare, lenire: hinc et parigoria i medicina quae lenit.

Parentare, parentes imitari.

Particus, negotiator qui partes vendit, qui et mango, et institor, et agomanus dicitur, eo quod in diversa agat manus.

UNIVERSIDAD CENTRAL
BIBLIOTECA

Pandochium, domus potatorum; unde et pandox dicitur quod semper pandit.

Parasanga, quaedam mensura in Persia.

**patronymicus.* Patronomicus *, a patribus extractus.

Paulo post, post modicum.

Praesegmina, abscisura cuiuscumque rei.

Paximacium, panis succinericius.

Periphrasticus, circumlocutio.

Pecuarius, armentarius, pastor, busceta, pabulator.

Peripateticus, disputans in ambulando.

Pedarius, puer nudis ambulans pedibus.

Pedaneus, scabellum, subpedaneus.

Paedia, disciplina, qua pervenitur ad sapientiam.

* ita cod. Philosophia, per quam attingitur ad doctrinam.

Palaestrita, luctator vel tonsor. Persius: quinque palaestritae licet haec plantaria vellant.

Palmula, extrema latitudo remi.

Palisma, neutri generis, locus luctae, quod et gymna, et gymnasium dicitur.

Palam facere, manifestare.

Palma, quasi pacis alma, quia a victoribus ferebatur.

Palmetum, locus in quo palmae crescunt.

Palmosus, victoriosus, triumphalis, anicosus.

Palidosus, fumosus a festo Palis Deae pastorum, in quo foenum comburebatur.

Palmarium, palmae praemium.

Palae, spinulae ex utraque parte dorsi; et dicuntur palae quia in luctamine premuntur.

Palladium, sacrificium, vel templum Iunonis.

Psalmodia, laudes iterare.

Pantheus, Deus qui omnes habet in se significationes, quasi omnium Deus.

Paniphagi, totum quod apponitur comedentibus, et imo ita nominantur, quia quicquid mandi potest, est illis cibus.

Panthera, animal omnium voces cognoscens.

Pantigatus *, retiarius, plagiarius, cassiarius.

Panicius, a pane dictus, sicut dicimus paniceas mensas, quae ad panem comedendum parantur.

Parasceve, caena pura, praeparatio quae fit in sabbato.

Parasitulus, parasitellus, parasitaster, gluto.

Parunculis, parva navis; unde in Historia (1) dicitur: parunculis ad litus ludit celeribus.

Peduncus, pede curvatus.

(1) Apud Isidor. etym. XIX. legitur *Cicero* pro *historia*.

Digitized by Google

Pendulosus, pendulus, pensilis.
Pensiculator, librator, aequipendens.
Pentaptota, quinque casuum.
Pentemimeris, syllaba remanens post duos pedes.
Peragratrix, femina vaga, circuitrix, vagatrix, orbiculatrix; perlustratrix.
Percatapsere, valde decidere.
Percensere, numerare.
Perdocilis, aptus ad docendum.
Perfurere, valde furere.
Perfungi, uti, frui, vel complere.
Perfugium, auxilium, refugium.
Pergenuare, geniculare, genuflectere, vel cum genibus pergere.
Pernicitas, velocitas, celeritas.
Perniciter, velociter.
Persecare, laniare, discerpere, lancinare.
Pervolitare, pervolare.
Pervasus, invasus.
Pervagatus, publicatus, diffamatus.
Pestipléma, pestis implicata, morbus, pestis.
Pestinuntius, qui pestem nuntiat.
Paetus, aliquantulum strabus.
Peticius, qui saepe petit.
Petulus, equus, qui albos habet pedes.
Pharmacia, medicina, quae et venenum, et medicinam quandoque confert.
Pythonissa, spiritus inferni, vel divinatrix.
Pictacium, epistola brevis et modica.
Pictaciuncula, membranula.
Pictiones, qui videntur vincere in pictura.
Pignorare, subarrhare.
Pigella arrepta *, genus vasis.
Pilasca, vas vinarium.
Pilliones, portitores mortuorum.
Pilea, mitra ex corio.
Pilumen, quicquid in pila tunditur.
Plagella, parva plaga.
Plagideuteri, ·IIII· soni, vel a latere deuteri.
Plagitriti ·VI· soni, vel a latere triti.
Plebescere, plebem alloqui.
Plebiscitare, plebem imitari.
Plemina, ulcera, et sulci in manibus, et pedibus callosis.
Pleumonia, dolor, vel tumor pulmonis.
Pluvicinare, pluitare, saepe pluere.
Pindere, pilo tundere.
Pilulare, resonare.
Pipiones, pulli columbarum.
Plumare, pingere, ornare; hinc et opus plumarium

* ita cod.

i pictura variatum, dicitur.

Polyarchia, principatus multorum.

Pomata, pometa, pomaria.

Portemia, navis lata, habilis ad portandum.

Portorium, baculus qui portat senem; vel scabellum quod sustinet et portat contractum.

Postcrastinare, differre.

Praecerpere, deflorare.

Praedarius, praebens auxilium, vel praeda plenus.

Praemeta, mensura.

Praemetari, mensurare.

Praeductale, instrumentum illud, quod habent infantes cum primas litteras discunt.

Praelimio, praesermo, prologus, prooemium.

Praerogator, dispensator.

Periscelides, crurum ornamenta apud feminas.

Praetextatus, genus officii, vel paratus.

Praetoriola, domuncula in navi.

Praetexta, vestis puerorum; unde et praetextatus i. illa veste ornatus; vel genus officii.

Profligare, cruciari, affligere.

Prolectatus, provocatus.

Promptuarium, cellarium, penu, repositorium.

Prorogare, erogare, expendere, distribuere.

Protocherius, princeps.

Pompulentus, pomposus, festivus, ornatus.

Popodes, humana forma, et in pedibus equini.

Porrax, quaedam parva avis, quae hicemasa dicitur.

Portitorium, vel porticulum, baculus lixarum.

Postpridie, altera die.

Pragmata causae.

Praedes, fideiussores.

Praeminens, antecellens.

Praeopimus, valde opimus.

Praeiudicium, causae impedimentum.

Praepinguis, valde crassus.

Prosagimen, praesagatio, praesagium, divinatio.

Praesidiari, auxiliari.

Praesidatus, praesidiatus, auxiliatus.

Praetermeare, transire, transfretare.

Privilegiarius, qui utitur privilegio.

Proamita, proavia, soror avi.

Procanus, ornatus aedificiorum.

Profanaticus, profanus, infestus, infandus.

Prodigiosus, ignominiosus, iniuriosus.

Propudiose, turpiter, iniuriose.

Pugillones, pugillatores, cum pugione i. cum gladio pugnantes.

PROLOGUS

SEXTAE DECIMAE LITTERAE.

Secundo de ·XV· littera exposito tractatu, in conpendiosum mater Grammatica super ·XVI· litteram, quae est Q, tractatura prologum erupit. Vereor, inquit, o filioli, latialis studii sectatores, ne aemuli * nostri graviter nunc in nos insurgentes, acrius solito quasi accepta materia desaeviant, quia rarissime in hoc tractatu partes, et satis numerabiles sunt proferendae: sed volo advertant, nequaquam hoc ex doctoris ignorantia, sed ex ipsa potius latinitatis contigisse natura, quae nullatenus ita in solito loquendi cursu hanc litteram frequentat, sicut et ceteras sentimus et videmus; tum quia plus aliis cum quadam difficultate, spiritu scilicet, ut ait Marcianus, paululum impellente appulsu palati, et ore restricto profertur; tum quia usualis eiusdem cursus litterae in latinitate minime habetur. Facessant igitur aemuli nostri, et obmutescant; inde etiam, si tamen invidis hoc est possibile, grates referant, quia cum paucissimae in hac littera partes contineantur, expresse tamen et pure, quaecumque illae sunt, a nobis depromentur.

* cod. *lamuli*.

Q

Quatuor, nomen indeclinabile et omnis generis; inde quater adverb. et quaternus, a, um, et quaternarius, a, um, et hic quaternio, nis; unde hic quaternunculus, li, diminut. Et sciendum quod quaternio dicitur aliquando pro aliquo homine qui quatuor milites habet sub se, sicut et centurio, qui habet centum; unde in Actibus apostolorum dicitur, quod Herodes apprehendit Petrum, tradens eum quatuor quaternionibus militum ad custodiendum. Item a quatuor quartus, a, um; unde quartanus, a, um, et hoc quartarium, ii, pro quadam mensura, et hoc quartallum, li ·i· quoddam vas capiens quartam partem sextarii; unde Plautus in Gurgulione: modicum sitit, capit quartallum. Item a quatuor quadrus, a, um ·i· quatuor partes effectus; et inde quadro, as, verb. activ.; unde verbalia quadratus, quadratio, quadratura, ae, et haec quadra, ae ·i· quarta pars nummi; unde hoc quadrantal, lis ·i· quoddam vile vas unius quadrantis precii. Quadrus componitur quadrifidus, a, um ·i· in quatuor partes divisus; unde quadrifide adverb. et hic quadrupes, dis ·i· equus, et quadriugus, a, um ·i· cum quatuor iugatus, et quadrimus, a, um ·i· quatuor annorum; unde Plautus in Aularia: alium quadrimum faciens servus vendidit. Item quadrus componitur haec quadriga, ae ·i· carruca a quatuor equis agitata; et inde hic quadrigarius, rii, qui quadrigam ducit, et hic et haec et hoc quadruplex, cis ·i· in quatuor partes plicatus; unde Plautus in Gurgulione: pecuniam quadruplicem abs te afferam; et inde quadru-

pliciter adverb. et haec quadruplicitas, tis: et quadruplico, as; unde verbalia. Item quadrus componitur quadraginta nomen indeclinabile; unde quadragies adverb. et quadragenus, a, um, et quadragenarius, a, um, ambo in uno sensu. Componitur etiam quadringenti ·i· quater centum, et pluralem habent numerum; unde quadringentesimus, a, um: hinc etiam dicimus per compositionem quadrimodus, a, um, et hic et haec quadriformis, et hoc me, et ab istis adverbium quadrimode, et quadriformiter. Quatuor componitur quatuordecim.

Quinque nomen indeclinabile; inde quintus, a, um, et quinquies adverb. et quinus, a, um; unde quinarius, a, um; et quinquaginta indeclinabile, unde quinquagenus, a, um, et quinquagenarius, a, um, et quinquagies adverb. Quinque componitur quingenti ·i· quinquies centum, et pluralem tantum habent numerum, et hic et haec quinquennis, et hoc ne; unde hoc quinquennium, nii, et quinquimus, a, um ·i· quinque annorum: sicut dicimus bimus duorum annorum, et trimus trium annorum, et quadrimus quatuor annorum, ita etiam dicendum est quinquimus ·i· quinque annorum. Item quinque componitur quindecim; unde quindecies adverb. et quindenus, a, um, et quindecimus, a, um. Componitur etiam hic quinquatris, is, quinque atri dies; unde Horatius in Epistolis: an potius puer festis quinquatribus; et inde hoc quinquatrium, ii ·i· festivitas illorum dierum.

Quaero, is, quaesivi, situm, tu, verb. activ.; inde hic quaesitor, ris; unde hic quaestor, is ·i· quaesitor, qui in loco iudicis exquirit de causis, et dicitur quaestor per syncopam ·i· per subtractationem mediae

litterae, quae est i; et inde quaestorius, a, um, sicut dicimus officium quaestorum quod pertinet ad quaestorem; et quaesitus, a, um, et haec quaesitio, nis, et hic quaestus, us ·i· adquisitio alicuius rei. Item a quaero, quaerito, as ·i· saepe quaerere, verbum frequentativum; et haec quirina, na ·i· hasta quae ab adversariis in bello adquirebatur; et inde hic quiris, tis, in singulari, et quirites in plurali ·i· milites qui hastas secum deferebant; et hic Quirinus, ni ·i· Romulus, quod hastatus semper incedebat; unde Ovidius Tristium: Diique relinquendi quos urbs habet alta Quirini. Quaero componitur inquiro, is; requiro, is; perquiro, is; exquiro, is; et ab istis verbalia.

Queror, ris, questus sum, tum, tu, verbum deponens; inde questus, a, um, et haec quaestio, nis; unde haec quaestiuncula, ae, diminut. et hic quaestionarius, rii, qui quaestionem de reis ante iudicem promovebat, et hic quaestus, us; unde quaestuose adv. Item a queror, querulus, a, um; unde haec querela, ae, et querulosus, a, um; unde querulose adv. et haec querimonia, ae; unde querimoniosus, a, um, et querimoniose adverb. Queror componitur conqueror, ris; inde verbalia.

Quantus, a, um; inde quantulus, a, um, et quantillus, a, um, ambo diminut. et haec quantitas, tis, et quantitativus, a, um. Item ab hoc nomine, quod est quantus, quantum adv. quod componitur aliquantum; et quanto similiter adverb. ut cum dicimus veni quanto citius poteris, et componitur aliquanto, ut cum dicimus aliquanto tardius venit. Item ab hoc nomine, quod est quantus, quantis adverb. et componitur quantisper valet res ista? et respondendum est

tantisper valet •i• tantum, vel obolum, vel denarium. Et componitur aliquantisper •i• aliquantulum : hinc etiam dicitur quam adv. •i• valde, quod in compositionibus frequenter invenitur ; dicimus namque quambonus •i• valde bonus, quantocius •i• valde cito, quampulcher, quamgravis, et sic in singulis partibus, ubi sensum augmentare volueris. Quantus componitur aliquantus.

Quiesco, cis, quievi, tum, tu, verb. neut. ; inde quietus, a, um •i• quiete plenus ; et componitur inquietus •i• sine quiete ; et inde inquieto, as, verb. activ. ; inde inquietatus, inquietatio ; et pluraliter hi et hae inquietes, um •i• sine quiete ; unde Macrobius de Saturnalibus : quadam villa Caesar inquietes noctes agebat. Item a quiesco, haec quies, tis, et componitur requies. Similiter et quiesco componitur requiesco, cis, et adquiesco, is, et requietus, et componitur irrequietus, et adquietus ; unde Ambrosius super Hegesippum : rupturos imperium minitabantur ubi adquietum foret.

Qualis, et hoc le ; inde qualiter adverb. et haec qualitas, tis, et qualitativus, a, um, et hic qualus, li •i• vas quoddam ad uvas colligendum aptatum, cuius diminut., teste Prisciano, facit hic quaxillus, li ; unde et dicit quod sicut dicimus a palo paxillus, et a talo taxillus, ita et a qualo quaxillus. Qualis componitur aequalis, quod comparatur aequalior, aequalissimus ; unde aequaliter, aequalius, aequalissime adv. et haec aequalitas, tis, et aequo, as, verb. activ. ; inde aequatus, aequatio, aequabilis, et hoc aequamen, nis, et secundum quosdam aequus, a, um, quod comparatur aequior, aequissimus ; unde aeque, ae-

quius, aequissime adverb. et haec aequitas, tis. Aequus componitur iniquus, quod comparatur iniquior, iniquissimus; unde inique, iniquius, iniquissime adverb. et haec iniquitas, tis. Aequo componitur coaequo, as; et exaequo, as; et adaequo, as; et ab istis verbalia. Similiter et aequalis componitur coaequalis; unde coaequaliter, et coaequalitas. Componitur etiam inaequalis; unde inaequaliter adverb. et haec inaequalitas.

Quatio, tis, tii, quassum, su, verb. activ.; inde quassus, a, um, et quassim adverb. et quasso, as; inde quassatus, quassatio, quassabilis vel quassatilis, et quassabundus, a, um ·i· facilis ad quassandum, et ab istis adverbia quassabiliter, et quassaliter, et quassabunde. Et quassito, as ·i· saepe quatere. Quasso componitur conquasso, as; et inde verbalia. Quatio componitur excutio, tis; concutio, tis; discutio, is; incutio, is; percutio, is; decutio, is; circumcutio, is, et ab omnibus istis verbalia.

Quis, vel qui, pronomen; inde quo adverb. ·i· ad quem locum; et componitur aliquo ·i· ad aliquem locum, et quocumque ·i· ad quemcumque locum, et quorsum ad quem locum; quod componitur aliquorsum ·i· ad aliquem locum, quorsumcumque ·i· ad quemcumque locum. Item ab hoc nomine, quod est quis, quia, quam, quamquid, omnes in uno sensu; et quando, quod componitur aliquando, et quandocumque. Item inde venit quare, et quomodo, quod componitur quomodocunque ·i· qualicumque modo, et qui adv. ·i· quomodo; Horatius: qui fit Maecenas. Dicitur et pro certe. Et quotiens, quod componitur aliquotiens, et quotienscumque. Et a genitivo cuius, dicitur hic et

haec cuias, tis, gentile nomen; ut cum dicimus, cuias es tu ·i· de qua gente? et respondendum est, nostras ·i· de nostra gente; vel vestras ·i· de vestra gente; et inde cuius, a, um; unde Virgilius in Bucolicis: dic mihi, Damoeta, cuium pecus, an Meliboei? Item inde venit per compositionem quaquaversum ·i· circumcirca, passim, ubique, et circumquaque in eodem sensu, et quocirca ·i· quare, et quamvis, et quemadmodum ·i· sicut. Quis componitur quisquam, quispiam, quislibet,, quiscumque, aliquis, quisnam, quisquis.

Queo, is, ivi, verb. neut. et caret supinis, et componitur nequeo, is; unde hic et haec et hoc nequam indeclinabile, quod comparatur nequior, nequissimus; unde nequiter, nequius, nequissime; et haec nequitia, ae, unde haec nequitiola, ae, diminutivum, et nequaquam, ·i· non, adverbia.

REPETITIONES.

Q

Quartarium, quaedam mensura.
Quartanus, quartus.
Quartallum, vas quartam partem sextarii continens.
Quadrantal, quoddam vile vas.
Quadrifidus, in quatuor divisus.
Quadrimus, quatuor annorum.
Quadriiugus, cum quatuor iugatus.
Quaterniunculus, parvus quaternio.
Quadruplex, in quatuor partes plicatus.
Quadruplicare, in quatuor partes dividere.
Quadrus, quadruplicatus.
Quadra, quarta pars panis. Iuvenalis: aliena vivere quadra.
Quadringenti, quater centum.
Quadragenus, quadragenarius, quadraginta annos habens.
Quaterniones, ·IIII· milites sub se habentes.

Quadruplator, senex, vel contractus, qui duobus pedibus, et duobus baculis sustentatus per plateas incedit, quod in Sidonio reperies.

Quinarius, quinus, quintus.

Quinquagenus, quinquagenarius.

Quinquagies, quinquaginta vicibus.

Quinquennis, quinque annorum.

Quinquennium, spacium quinque annorum.

Quinquimus, puer quinque annorum.

Quindenus, quindecimus.

Quinquatris, quinque atri dies.

Quaestor, qui inquirit de causis.

Quaestorius, qui agit causam quaestoris.

Quinquatrium, festivitas quinque atrorum dierum.

Quaeritare, saepe quaerere.

Quirina, hasta.

Quirites, milites.

Querelare, conqueri.

Questionarius, carnifex, apparitor.

Quaestuarius, qui quaestu vivit, sicut mercator.

Quaestuosus, quaestibus plenus, vel lucrosus.

Querimoniosus, querimonia plenus.

Querulus, querela plenus.

Quantillus, quantulus, aliquantus.

Quantisper, quantum.

Quantocius, valde cito, quod etiam quantociens dicitur.

Quamvenustus, valde venustus.

Quampulcher, valde pulcher.

Quamgravis, valde gravis.

Quisquiliae, quasi quicquidcadiae i. quicquid superfluitatis cadit ex arbore, vel ex maceria.

Quietus, quiete plenus; inquietus sine quiete.

Qualus, vas ad uvas colligendas.

Quocirca, quare, cur, quamobrem, utquid, quomodo, qui.

Quoniamquid, quoniam, quia, quotienscumque, quotiens, quomodocumque, qualicumquemodo.

Quemadmodum, sicut.

Quorsum, ad quem locum.

Quaquaversum, passim, ubique.

PROLOGUS

SEPTIMAE DECIMAE LITTERAE.

His Grammatica cursim pronuntiatis, ad sequentia intimanda, quasi nil iam praemisisset, se viriliter accinxit; et o, inquit, latialis locutionis dilectores primum advertite de ·XVII· littera, quae est R, ordiendus est tractatus, quae asserente Marciano ita inpalam profertur, ut spiritus lingua crispante corrodatur: et sicut ad bonos quosque informandos, qui divite partium vena redundat, ita et ad invidos retundendos nos armat et roborat; quia tunc invidi potissimum cruciantur, cum in hac scientia, et partium copia, et callida dirivandi forma non mediocriter exuberat.

R

Rego, is, rexi, rectum, tu, verb. activ.; inde hic rector, ris, rectrix, cis, rectus, a, um, quod comparatur rectior, rectissimus; unde recte, rectius, rectissime adverb. et haec rectitudo, nis. Item a rego, hoc regimen, nis, et hoc regimentum, ti. Et a genitivo rexi per apocopen ·i· per abscisionem unius litterae de fine, hic rex, gis; unde hic regulus, li, diminut. et regius, a, um, hic et haec regalis, et hoc le; unde regaliter adverb. et haec regina, ae, unde haec reginula, ae, diminut. et haec regilla, ae ·i· vestis reginae; unde Plautus in Epidico: quid

erat, an regillam induculam, an mendiculam induta? Item ab hoc nomine, quod est rex, hoc regnum, ni; unde regno, as; et componitur conregno, as; et inde verbalia. Et haec regio, nis, dicitur a rege; unde regionarius, a, um ·i· de regione existens, et haec regia, ae ·i· domus regalis; unde Ovidius Metamorph. regia solis erat sublimibus alta columnis; et haec regiola, ae, diminut. Item a rego, hoc registrum, tri ·i· liber quidam ex cuius dictis regitur ecclesia: et hic remus, mi; unde remulus, et hic remillus diminut. et hic remex, gis ·i· ille qui regit; unde hoc remigium, gii ·i· gubernaculum, li: et remigo, as; unde remigator, remigatus, remigatio. Et componitur adremigo, as ·i· ad litus remigare. Remus componitur haec biremis, is ·i· navis bino ordine remigantium ducta: sic etiam dicimus triremis, is ·i· navis trino ordine remigantium agitata; unde Horatius in Epistolis: nauseat an locuples quem ducit prima triremis. Dicitur etiam a remo, remulco, as ·i· navem deducere ad litus; et inde remulcator, et remulcatus, et remulcatio; et hoc rheuma, tis ·i· tempestuosa maris inundatio, vel ille fervor aquae qui fit ex remorum agitatione; et inde hoc rheumatisma, tis ·i· fluxus habundantis aquae; unde Macer de viribus herbarum: vocalis venae bene rheumatismata siccat. Item a rego, haec regula, ae; unde hic et haec regularis, et hoc re; unde regulariter adv. Et componitur irregularis; unde irregulariter adverb. Rego componitur corrigo, is; unde corrector, correctus, correctio, corrigibilis; et componitur incorrigibilis. Dirigo, gis; unde directus, a, um, et haec directio, nis, et directe adv. Porrigo, gis; unde porrectus, a, um,

quod componitur exporrectus, et apporrectus, ambo pro porrectus; unde Ovidius Metamorph in secundo: infantemque vident, apporrectumque draconem. Item a rego componitur surrigo, is ·i· sursum me rego. Arrigo, is; unde Terentius: arrige aures, Pamphile; et inde arrectus, et arrectio. Erigo, is; unde erectus, et erectio. Item a rego componitur surgo, gis; et dicitur surgo quasi sursum rego; et inde verbalia. Et componitur resurgo, is; et inde resurrectus, et haec resurrectio. Componitur etiam rego, perago, is; et dicitur perago, quasi pedem rego; et inde verbalia; et hic pergus, gi ·i· alea per quam tesserae pergunt.

Ros, roris; inde hic rosculus, li, diminut. et roscidus, a, um ·i· rore plenus; unde Marcianus: roscidis videbatur habundare floribus; et rorulentus, a, um ·i· rore plenus, et roridus, a, um, in eodem sensu: et roro, as, quod componitur irroro, as; et inde verbalia. Item a rore haec rosa, ae; unde roseus, a, um, et roseolus, a, um, et rosaceus, a, um, et rosulentus, a, um ·i· rosa plenus, et hoc rosarium, rii, et hoc rosetum, ti ·i· locus ubi crescunt.

Ruo, is, rui, tum, tu, verb. neut.; inde haec ruina, ae; unde ruinosus, a, um ·i· ruina plenus, et componitur diruo, is; unde dirutor, dirutus, dirutio. Subruo, is; unde subrutor, subrutus, subrutio. Obruo, unde obruitor, obruitus, obruitio. Eruo, is; unde erutor, erutio, et haec eruca, ae. Corruo, is; irruo, is; proruo, is. Et sciendum quod omnia composita a ruo, habent unum sensum, et dicuntur pro cadere, excepto uno tantum, quod pro inpetere dicitur.

Rogo, as, avi, tum, tu, verb. activ. unde rogatus, rogatio; unde rogaciuncula diminut. et roga,

ae ·i· eleemosyna, quod in vita beati Iohannis eleumonis repperies; et rogito, as, verb. frequentativ. Rogo componitur derogo, as, detrahere; unde derogator derogatus, derogatio. Arrogo, as, superbire; unde Ambrosius super Hegesippum: non placuit pro vero arrogare; inde hic et haec et hoc arrogans, tis; quod comparatur arrogantior, arrogantissimus; unde arroganter, arrogantius, arrogantissime adv. et haec arrogantia, ae. Item rogo componitur irrogo, as, inferre; sicut dicimus, irrogavit mihi poenas, contumelias ·i· intulit; et subrogo, as ·i· substituere; unde Augustinus de civitate Dei: qui in loco Bruti fuerat subrogatus. Item rogo componitur interrogo, as; unde interrogatus, a, um, et haec interrogatio, nis; et corrogo, as ·i· invitare; unde Marcianus: dii corrogati ad convivium multa contulerunt. Item in eodem de tertia rogatione: placuit corrogari; et inde corrogatus, et corrogatio. Item rogo componitur erogo, as, et prorogo, as, ambo pro distribuere, et ab istis verbalia. Componitur et abrogo, as ·i· delere, vel destruere; unde Ambrosius super Hegesippum: nec successorem meruit habere, qui abrogaverat successionis sollempnitatem. Item rogo componitur adrogo, as ·i· adquirere; unde Horatius in Epistolis: scire velim chartis precium quotus arroget annus.

Rumpo, is, rupi, ruptum, tu, verb. activ. Inde ruptus, a, um, et haec ruptio, nis, et ruptim adv. et haec rupes, is, per antiphrasim ·i· per contrarium, quia difficile rumpitur; unde haec rupecula, ae, diminut. et hoc rumentum, ti ·i· abruptio quasi rupimentum, et ruptito, as ·i· saepe disrumpere. Rumpo componitur erumpo, is; unde eruptus, eruptio, et hic euripus,

pi·i· maris exaestuatio, quod fit secundum incrementum et detrimentum lunae; unde Boëthius: aestuantis more fertur euripi. Item rumpo componitur disrumpo, is, corrumpo, is, prorumpo, is, irrumpo, is, abrumpo, is, praerumpo, is, et ab istis verbalia.

Rumen, nis ·i· pars gutturis illa, per quam esca dimittitur; unde rumino, as; et inde ruminatus, ruminatio, et rumito, as ·i· ruminare vel murmurare, quod componitur conrumino, as, et per compositionem rumifico, as ·i· dicere, vel rumorem afferre; unde Plautus in Amphitrione: uxorem meam cives rumificant probam. Item a rumine haec rumes, mis ·i· mamma; et inde haec ruminalis, is, ficus, eo quod sub ipsa Remum et Romulum lupa aluerit. Et componitur hic subrumus, mi ·i· haedus qui sub mamma adhuc existens. Item a rumine, hic rumor, ris; unde rumorculus, li ·i· parvus rumor, quod hic rumusculus, li, dicitur; unde Cicero: qui imperitorum hominum rumusculos aucupant. Et componitur rumigerulus, a, um ·i· qui rumores gerit; et inde rumigero, as ·i· rumores gerere, quod etiam adrumo, as, dicitur, et adrumito, as, et ab istis verbalia.

Rus, ris; inde hoc rusculum, li ·i· parvum rus, et hic rusticus, ci, et haec rustica, ae, et rusticanus, a, um, et haec rusticitas, tis. Item a rudere, hoc rudus, ris, in singulari, sed rudera in plurali; unde Beda in expositione super Parabolas: qui thesauros effodit, eicit rudus terrestre ·i· omne illud quod eicitur de fossa: vel etiam ruinae maceriarum rudera dicuntur; unde Prudentius in libro Hymnorum: aurum quod sitis, effossa gignunt rudera; et inde erudero, as ·i· purgare; unde eruderatus, a, um, et haec erude-

ratio, nis. Item a rure, vel etiam ab hoc nomine quod est ruder, rudo, is ·i· clamare asinorum; et inde hic et haec rudibilis, et hoc le; unde haec rudibilitas, tis, et hic ruditus, us ·i· clamor asinorum; et pluraliter hae rudentes, tium ·i· chordae, quibus velum sursum trahitur; et hic et haec et hoc rudis, et hoc rude, novus, et indoctus; et inde haec ruditas, tis ·i· nova instructio; et rudibundus, a, um ·i· noviter instructus; et hoc rudimentum, ti ·i· nova instructio. Et per compositionem erudio, is ·i· instruere, et informare; unde eruditor, ris, eruditus, eruditio, et hoc erudimentum, ti ·i· documentum. Rus componitur hic ruricola, ae, et inde ruricolanus, a, um; et ut quibusdam placet, rus componitur rusticus, ci ·i· ruris custos.

Rigo, as, avi, tum, tu, verb. activ. Inde rigatus, rigatio, rigabilis, rigabiliter, et hoc rigamen, nis, et hoc rigamentum, ti, et riguus, a, um ·i· fertilis, et fecundus: componitur irriguus in eodem sensu. Rigo componitur irrigo, as; unde irrigator, irrigatus, irrigatio, et hoc irrigamen, nis; et arrigo, as; et inde verbalia.

Rideo, es, risi, sum, su, verb. neut. Inde hic risus, us, et haec risibilitas, tis, et ridiculus, a, um; unde ridiculosus, a, um, et ridiculose adv. et hic et haec ridicularis, et hoc re; Plautus: mitte ridicularia; et ridiculariter. Rideo componitur derideo; unde derisor, ris; et inde derisorius, a, um, et derisorie, et derisus, a, um, et haec derisio, nis, et hic derisus, us. Componitur etiam arrideo, des, irrideo, subrideo.

Rivus, vi; inde hic rivulus, li, et rivosus, a, um, et hic rivalis, lis ·i· ille qui cum alio tenet unam

uxorem; unde Terentius in Eunucho: militis ego rivalem recipiendum censeo. Et per compositionem dirivo, as; unde dirivator, dirivatus, dirivatio, et dirivatim adv. Sicut dicimus: haec pars dirivatim dicitur ab illa ·i· per ordinem dirivandi. Item ab hoc nomine, quod est rivus, et pluraliter hi renes, num, quia ab eis rivi coenosi humoris dirivantur; et inde hic renunculus, li, diminut. et hic reno, nis ·i· pellicia circa renes, et hoc renale, lis ·i· zona circa renes, et hoc rien, enis ·i· porcellus.

Ravim nomen indeclinabile ·i· raucitas; inde haec rava, ae ·i· vox rauca, et hic ravilla, ae ·i· causidicus, qui clamando efficitur raucus, et ravio, as ·i· raucum esse; inde raviatus, a, um ·i· raucus, et haec raviatio, is ·i· raucitas. Hinc etiam, secundum quosdam, raucus, a, um, quod comparatur raucior, raucissimus; unde rauce, raucius, raucissime adv. et haec raucitas, tis, et raucidus, a, um ·i· raucus; unde raucidulus, a, um ·i· aliquantulum raucus, quod etiam rauculus dicitur, et raucio, is ·i· raucum esse, unde verbalia hic raucitus, tus ·i· raucitas, et ravus, a, vum ·i· color ille qui est inter flavum et coeruleum; unde raustellus, a, um, diminutivum.

Rabies, ei; inde haec rabiecula, ae, et rabiosus, a, um, et rabiose adv. et haec rabiositas, is, et rabulus, a, um, et rabidus, a, um ·i· rabie plenus; unde rabidulus a, um, diminut. Et hic rancor, ris ·i· ira; unde hic et haec et hoc rancors, dis; unde rancorditer adv. ·i· irascibiliter, et haec rancordia, ae ·i· ira, et ran indeclinabile ·i· locus irae, unde evenit quod homo efficitur rabiosus; et inde rancidus, a, um

·i· iracundus ; unde rancidulus , a , um , diminut. unde Persius : rancidulum quiddam balba de nare locutus.

Rubeo , es , ui , verb. neut. Inde ruber , a , um , quod comparatur rubrior , ruberrimus ; et rubre , rubrius , ruberrime adv. et rubellus , a , um ·i· aliquantulum ruber , quod etiam secundum analogiam dirivandi ruberculus dicitur , et hoc rubellum , li ·i· quoddam genus ruberrimi vini ; unde Persius : veientanumque rubellum exhalet vapida laesa * pice sessilis obba. Item a rubeo , haec rubedo , nis , et rubeus , a , um ; unde rubeolus , a , um ·i· aliquantulum rubeus , et rubicundus , a , um ; et inde rubicundulus , a , um ·i· aliquantulum rubeus ; unde Iuvenalis : tandem illa venit rubicundula ; et haec rubrica , ae ·i· regula ; unde Persius : non secus ac si oculo rubricam dirigat uno ; et inde rubrico , as ·i· dirigere , et rectum facere , sicut regula facit , vel quod melius est , rubrum facere ; unde in constructione tabernaculi praecipitur Moysi facere pelles rubricatas. Item a rubeo , hic rubor , ris , et hic rubus , eo quod rubeum habeat fructum ; et rubifico , as ·i· rubrum facere ; unde verbalia ; et haec rubeta , ae ·i· rana ; unde Iuvenalis : miscet sitiente rubeta. Item a rubeo rubesco , cis , quod componitur erubesco , cis. Rubeo quoque componitur erubeo , es.

* ita cod.

Ructo , as , avi , tum , tu , verb. neut. Inde ructatus , a , um , et haec ructatio , nis , et hoc ructamen , nis , et hic ructus , us ; unde ructuosus , a , um ·i· ructibus plenus ; unde ructuositas , et ructim , et ructanter adv. et ructuo , as ·i· saepe ructum emittere. Et componitur eructo , as ; et inde verbalia.

Reor , ris , ratus sum ·i· putare ; inde ratus , a , um , quod aliquando pro firmus dicitur ; et tunc inde

venit haec ratis ·i· navis, eo quod firmiter currat; unde haec raticula, ae, diminut. Et hoc ratitum, ti ·i· obolus, eo quod sit ad instar ratis cornutae. Et componitur hic proreta, ae ·i· ille qui in principio navis hortatur socios. Et irrito, as ·i· provocare; et tunc media eius syllaba longa est; unde Prudentius: irritatque virum telis, ultroque lacessit; sed quando dicitur pro iniuriare, tunc habet mediam syllabam correptam; et inde irritator, ris, et irritatus, a, um, et haec irritatio, nis, et hoc irritamen, nis; unde hoc irritamentum, ti; et irritus, a, um, dicitur ab hoc nomine quod est irritatus, media syllaba subtracta. Item a reor, reus, a, um; unde hic reatus, us, et haec res, rei; unde et haec recula, ae, diminut. et hic et haec realis, et hoc le; et inde realiter adv. Et hic revolus, li ·i· mercator clamosus; et hic redulus, li ·i· lignorum acervus. Et reciprocus, a, um ·i· repetitus; et inde reciproco, as ·i· recurrere; unde reciprocatus, et reciprocatio. Item a reor, secundum quosdam, hoc rete in singulari, et retia in plurali, unde hoc retiaculum, li, diminut. et hic retiarius, ii, qui facit retia, et pro decipiente quandoque dicitur; et haec reticula, ae ·i· parvum rete. Et per compositionem irretio, tis; unde irretitor, irretitus.

Ruga, ae; inde haec rugula, ae ·i· parva ruga, et rugosus, a, um ·i· rugis plenus; unde rugose adv. et haec rugositas, tis, et rugo, as ·i· rugosum facere; et componitur irrugo, as, et corrugo, as, ambo pro rugare; unde Horatius in Epistolis: ne turpe toral, ne sordida mappa corruget nares; inde corrugatus, a, um; unde Macrobius de Saturnalibus: corrugato indicavere vultu; et haec corrugatio, nis.

Rodo, is, rosi, sum, su, verb. activ. Inde hic rosor, ris; unde rosorius, a, um ·i· reprehensorius, et rosus, a, um, et haec rosio, nis, et rosim ·i· mordaciter adv. Et hoc rostrum, ri; unde hoc rostellum, li ·i· parvum rostrum; et componitur rostrum, ri ·i· ea pars navis quae in anteriori parte prominet. Item a rodo, haec rhodia *, ae ·i· lex navalis commercii; et haec rubigo, nis, eo quod rodat; unde rubiginens, a, um ·i· rubigine plenus. Et componitur corrodo, is; unde corrosor, ris, corrosus, corrosio, corrosim adv. Erodo, is; inde erosus, et haec aerugo, nis, eo quod erodat ipsas res. Componitur etiam a rodo, is, derodo, is, perrodo, is, circumrodo, is, et ab istis verbalia.

* cave.

Rimor, ris, atus sum, tum, tu; inde verbalia; et haec rima, ae; unde haec rimula, ae, et haec rimella, ae, ambo diminut. et rimosus, a, um ·i· rimis plenus; unde rimose adv. et haec rimositas, tis, et haec rimatura, ae; et hic riscus, ci ·i· rima patens in pariete; unde Terentius: in risco odiosa sita est.

Rigeo, es, gui, verb. neut. et caret supinis. Inde rigidus, a, um, quod comparatur rigidior, rigidissimus; unde rigide, rigidius, rigidissime adv. et haec rigiditas, tis, et hic rigor, ris, et rigesco, cis, quod componitur obrigesco, cis. Item a rigeo haec religio, nis, eo quod rigida sit. Alii dicunt, quod religio dicitur a religando, eo quod hominem ad servicium Dei religet; et inde religiosus, a, um; unde religiose adv. et haec religiositas, tis. Et componitur irreligiosus, et irreligiose adv. et irreligiositas. Rigeo componitur obrigeo, es, dirigeo, es, irrigeo, es.

Ramus, mi; inde hic ramusculus, li, diminut.

et ramosus, a, um ·i· dilatatus et ramis diffusus, et ramale, is ·i· ramus; unde Persius: ut ramale vetus praegrandi subere coctum; et hic ramex, cis ·i· mentula; unde Iuvenalis: iacet exiguus cum ramice nervus.

Rapio, is, ui, tum, tu, verb. activ. Inde raptor, ris, raptrix, cis, raptus, a, um, raptim adv. et rapto, as ·i· frequenter rapere; unde verbalia; et raptito, as. Item a rapio, rapidus, a, um, quod comparatur rapidior, rapidissimus; unde rapide, rapidius, rapidissime adv. et haec rapiditas, tis, et hic et haec et hoc rapax, cis, quod comparatur rapacior, rapacissimus; unde rapaciter, rapacius, rapacissime adv. et haec rapina, ae. Et per compositionem hic pinnirapus, a, um, ille qui plumat aves; unde Iuvenalis: pinnirapi doctos iuvenes. Rapio componitur corripio is; inde correptus, a, um, et haec correptio, nis. Arripio, is; inde arreptus, a, um, et arrepticius, a, um, et arreptim ·i· raptim adv. Diripio, is; inde direptus, a, um, et haec direptio, nis, direptim ·i· raptim. Eripio, is; inde ereptus, a, um, et haec ereptio, nis. Proripio, is; inde proreptus, a, um, et haec proreptio, nis. Surripio, is ·i· subtrahere; inde surreptus, a, um, et surreptio, nis, et surrepticius, a, um; unde Plautus in Gurgulione: quousque amore inter nos utimur surrepticio.

Rado, is, si, sum, su, verb. activ. Inde hic rasor, ris, rasus, a, um, rasio, nis, rasim adv. hoc rasorium, rii; unde hoc rasovolum, li, diminut. et rasito, as, verb. frequentativ. et hic et haec rasilis, et hoc le, et rasiliter adv. Rado componitur erado, is; unde erasus, a, um, et haec erasio, nis. Arrado, is; unde arrasus, a, um, et haec arrasio, nis. Corrado;

Digitized by Google

inde corrasio, nis, et hoc corradium, ii, et corrasim adv.

Robur, oris; inde robustus, a, quod comparatur robustior, robustissimus; unde robuste, robustius, robustissime adv. Et roboro, as, quod componitur corroboro, as; et inde verbalia.

Ringo, is, rinxi ·i· irasci, vel rictum facere; inde hic rictus, us, et haec rixa, ae; unde haec rixula, ae, diminut. et rixosus, vel rixuosus ·i· rixa plenus; unde rixuose, et haec rixuositas, tis, et rixor, aris; unde rixator, rixatio, rixabundus qui facile rixatur, et rixanter, et rixatim adv.

Ratio, nis, ut quibusdam placet, dicitur ab hoc nomine, quod est ratus, eo quod firma sit; inde ratiuncula, ae, diminut. et hic et haec rationalis, vel rationabilis; unde rationabiliter, vel rationaliter adv. et haec rationalitas, vel rationabilitas. Et ratiocinor, aris; unde ratiocinator, ratiocinatus, ratiocinatio. Rationalis componitur irrationalis, vel irrationabilis; unde irrationabiliter adverb. et haec irrationalitas, vel irrationabilitas.

Ritus, us; inde pluraliter hii rituales, ium ·i· libri in quibus rerum ordines continentur. Et per compositionem prorito, as ·i· provocare, vel excitare; unde Marcianus: sensus in spem opis supernae proritavit. Item ab hoc nomine, quod est ritus, hic rhythmus, mi ·i· sonus cantilenae; et inde rhythmicus, a, um ·i· dulciter sonans, unde rhythmice adverb.

Runco, as ·i· herbas vellere; unde Persius ponens participium ait: runcantem populo marcentes pandere vulvas; et inde runcator, runcatus, runcatio; et hic runco, nis ·i· ille qui herbas evellit. Runco com-

Digitized by Google

ponitur averrunco, as ·i· avenas evellere; et inde verbalia.

Rota, ae; inde rotula, ae, et hic rotulus, li, et hic rotellus, li; et roto, as; unde rotatus, rotatio, et hoc rotabulum, li ·i· furca illa unde ignis movetur in fornace; et rotundus, a, um, et rotundulus, a, um; et comparatur rotundior, rotundissimus; unde rotunde, rotundius, rotundissime, et haec rotunditas, tis: et rotundo, as, unde rotundatus, rotundatio.

Rugio, gis, gii, vel givi, verb. neut.; inde hic et haec rugibilis, et hoc le, et hic rugitus, us. Et sciendum quod rugire proprie dicitur leonum.

Rhetor, ris; inde rhetoricus, a, um, et haec rhetorica, ae.

Restauro, as, verb. activ.; inde restauratus restauratio, et hoc restauramen, nis.

Recens, tis, omnis generis; inde recentulus, a, um ·i· aliquantulum recens; et comparatur recentior, recentissimus; unde recenter, recentius, recentissime adverb. Et componitur perrecens, et quamrecens, ambo pro valde recens.

REPETITIONES.

R

Regulus, parvus rex.
Regionarius, de regione.
Registrum, liber de regimine ecclesiae.
Remigium, gubernaculum.
Remillus, remulus, parvus remus.
Remex, gubernio, gubernator, remulcator.
Remulcare, navem ducere; unde et remulcus ·i· funis cum quo navis ducitur.

Digitized by Google

Regia, aula.
Regimentum, regimen, gubernaculum, remigium, remulcamentum.
Regimonium, regimen.
Rheuma, maris inundatio.
Rheumatisma, fluxus habundans.
Rosculus, parvus ros.
Roridus, rorulentus, roscidus, rore plenus.
Rosetum, rosarium.
Roseolus, rosulentus, rosaceus, roseus.
Repuerascere, reiuveniscere. Sidonius: idem quodammodo repuerascit.
Ruinosus, ruina plenus.
Reciduare, restaurare..
Reciduina, vestis levis. Iuvenalis: rusticus ille tuus sumit recidiva * Quirine.
Roga, eleemosyna.
Reciduus, restauratus, vel ad scindendum facilis.
Rumentum, abruptio, quasi rupimentum.
Ruptitare, saepe rumpere.
Rhinoceros, animal cornutum; et dicitur pro virili membro. Iuvenalis: magno cum rhinocerote.
Ruptim, abrupte.
Runcare, herbas vellere.
Rumen, summa pars gutturis; et inde ruminare.
Rumitare, ruminare, vel iniuriare.
Rumes, mamma, mamilla, pappa, papilla.
Ruminalis, ficus sub qua altus est Remus et Romulus.
Rumigerulus, qui regit rumores.
Rumusculus, parvus rumor.
Rumigerare, rumores gerere.
Rumificare, rumores facere.
Rusculum, parvum rus, rudera, ruinae maceriarum.
Rusticanus, rusticus, ruricolanus, ruricola, villicus.
Rudere, clamare asinorum.
Rudimentum, documentum, monitus, hortamentum, suadela.
Rudibundus, noviter instructus, quod et rudis et nuperus dicitur.
Rudis, novus, vel noviter instructus.
Ramentum, pulvis qui eraditur de aliqua specie.
Racemari, sparsas uvas colligere.
Redinsertare, denuo inserere.
Resina, succus arboris qui vulnera sanat.
Resilis, reciduus, qui facile resilit.
Rivalis, qui alterius tenet uxorem.
Rudentes, chordae antennae.
Renones, pelliciae circa renes.
Renale, zona, lumbare, cinctorium.

* ita cod.

Rien, porcellus.
Rheda, carrus. Iuvenalis: cum tota domus rheda componitur una.
Rana, vox rauca.
Raviare, raucum esse.
Remora, mora. Lucilius: quae vox gressui meo remoram facit?
Ravilla, causidicus.
Raviatus, raucidus, raucus, rauculentus.
Raucidulus, rauculus, aliquantulum raucus.
Redhibere, rursus debere.
Rancors, iracundus, stomachosus.
Rancor, ira.
Raucidulus, iracundus.
Rancordia, ira.
Reses, remissus. Statius: et ferro resides excindere taedas.
Rancire, raucum esse.
Rabulus, rabidus, rabiosus,
Repandus, curvus, reduncus, aquilinus.
Repedare, retroire *.
Remoramina, impedimenta. Ovidius: remoraminaque ipsa nocebant.
Rubellus, aliquantulum ruber.
Rubeolus, rubicundus, rubicundulus.
Rubificare, rubrum facere.
Rubrica, regula, norma.
Rubellum, genus rubri vini.
Ructuare, ructare, eicere.
Ructuosus, ructibus plenus.
Ructim, ructanter, erumpenter.
Recula, parva res.
Ratitum, obolus, assis, eo quod sit similis rati.
Redulus, lignorum acervus.
Reciprocare, recurrere.
Reciprocus, repetitus.
Rugosus, plenus rugis.
Rugula, parva ruga, vel rugella.
Rosorius, reprehensorius.
Rosim, mordaciter.
Rostellum, parvum rostrum.
Rhodia, lex navalis commercii.
Rubigineus, rubigine plenus.
Rancorosus, rancore i. ira plenus.
Ringere, os aperire, unde et rictus, vel irasci.
Rimosus, rimis plenus.
Rimella, rimula.
Riscus, rima patens in pariete.
Ramusculus, parvus ramus.
Ramale, ramus.
Ramosus, diffusus, dilatatus, expansus, amplificatus.
Raptare, rapere.
Ramex, mentula.
Rasitare, frequenter radere.
Ringere, irasci, frendere, stomachari, offendere.
Rixuosus, vel rixosus, rixa plenus.
Rixabundus, qui habundans est rixarum.

* cod. *rete*.

Rixatim, de una rixa in aliam.
Ratiuncula, parva ratio.
Runcones, qui herbas vellunt.
Rituales, libri qui de ordine rerum vel temporum loquuntur.
Rhythmus, sonus cantilenae.
Rhythmicus, dulciter sonans.
Regilla, vestis regia.
Rotabulum, cum quo ignis movetur in fornace.
Redimitus, adornatus.
Redimiculum, ornamentum. Marcianus: redimiculo virginem contexit.
Rumex, genus teli simile sparto gallico.
Recinium, vestis, vel pallium.
Reciniatus *, recinio vestitus.
Remores, mali auspicii aves.
Remillus, ager Remi fratris Romuli.
Repandus, curvus, camerus, cameratus, limatus, reduncus.
Renanciscor (*), eris, reprehendere, carpere.
Reboare, resonare, clamare, karalo * intonare.
Rutrum, unde harenae moventur, ubi sal efficitur.
Redamare rursus amare.
Refragari, resistere, obsistere.
Repedare, recedere, absentare, facessere, abscedere, abire, redire.
Rama, excelsa.
Repeditare, repedare, remeare, repatriare, abscedere, abire, redire.
Repetrare, rursus facere.
Redibuae, serpentium spolia.
Retica ligna, quibus ligna subligantur.
Ricinus, vermis canis auribus inhaerens.
Rhombus, piscis, qui gallice dicitur sturio.
Retrimenta, quasi retinimenta i. ea loca in quibus digeruntur stercora, vel quae retinent capita venarum. Ambrosius: laxant vesiculas, quibus retrimenta usque ad digestionis oportunitatem continebantur; retrimentorum meatus.
Reditare, saepe redire *.
Ranunculus, parva rana, vel ranella.
Romphaea, spatha, gladius, mucro, cluniculus, machaera, ensis, splendona, sica.
Recidinare, renovare.
Ricinum, matronale operimentum.
Rimatrix, serpens aquatilis.
Rimphatus, cruentatus.
Redunsare habundare, exuberare, ubertare, affluere,

* cod. *recimetus*.
* cod. *ridere*.
* ita cod.

(*) Hinc Itali dicunt *ripigliare* pro reprehendere.

exundare, redundare.
Ruscus, spina longa.
Ronanizare, tormentari, cruciari, affligere, trucidare, afflictare.
Redentitare, iterum atque iterum clamare.
Ridiculus, facetus, qui alios ridere facit.
Resipiscere, rursus sapore.
Refertus, repletus.
Referrare, implere. Marbodus: si fur claustra domus spoliis gazisque referret.
Rancare, amaricare.
Rebitare, redire. Plautus: si non rebitas huc, ut viginti minas dem pro te.
Repudium, repulsio.
Repudiare, repellere.
Refutare, repellere.
Redoccare, scindere.
Reminisci, memorare.
Refrigerium, remedium.
Reduncus, curvus. Ovidius: rostroque reduncо.
Reduncare, curvare.
Redoperire, aperire.
Redopertus, apertus.
Recompensare, reddere.
Reciduare, saepe cadere.
Reciduina, vestis rusticorum.
Reciduus, saepe cadens.
Revera, certe.
Rebellio, qui rebellat.
Rebellium, discordia.
Renidere, olere, fraglare.
Remittere, dimittere.
Remoramen, mora.
Redambulare, redire.
Redux, dux, ductor.
Repatriare, ad patriam redire.
Repudiare, refutare.
Rhinoceros, capricornus.
Reconsus, absconsus.
Recensare *, numerare. * ita cod.
Retutitus, reconsus.
Rabulatio, sermocinatio.
Rabula, calumniator.
Ricinium, pallium.
Rigula, mitra.
Reciprocatus, vicetudinarius.
Reciprocatio, alternatio.
Relucidare, relucere.
Rythmizare, modulari.
Rapulatus, sonus rapidus.
Reburrus, hispidus, cuius primi capilli ceteris altius horrescunt.
Recitabulum, ubi recitatur, lectrum, analogium.
Reclinatorium, fulcrum.
Redius *, verna, vernaculus. * sic separa T. VI. p. 543.
Rhetoricari, rhetorice loqui.
Rubiliana, genus uvarum.
Ruder, stercus, vel quod de effossa terra egeritur. Pluraliter rudera; unde et ruderare, vel eruderare, pro purgare dicimus.
Rudista, qui rudera de humo eicit.
Rufatus, sanguine cruentatus.
Rumare, rumores afferre.

PROLOGUS

OCTAVAE DECIMAE LITTERAE.

Dehinc Grammatica de ·XVIII· littera commentatura, paululum primo conticuit, et ex alto subinde aliquantisper suspirans, in epilogo praemittendo tandem exorsa fuit, ut perspicue per hoc advertatur, magna esse et profundissima, de quibus erat sermonem exordienda: unde o, dixit vos, qui assistitis latialis doctrinae susceptores, quamvis maxima ex parte dirivandi origines ostendimus; plurima tamen sunt, quae restant, et summisse laudanda, et firmiter animo recolenda; quae licet invidi, solito more, lacerent, et impugnent, et ob egregie deflorata succenseant, et in suo semper felle tabescant; commune tamen bonum non est omittendum, quod tanto gratius est, et acceptius, quanto a ranulis nostris oblatratur intentius. De ·XVIII· littera igitur digeramus sermonem, quae ·S· nominatur, et ut scribit Marcianus, tenuem facit sibilum, dentibus paululum verberatis.

S

Sto, as, steti, statum, tu, verb. neut.; inde hic status, us, et haec statio, nis; unde haec statiuncula, ae, ·i· parva statio, et stationarius, a, um, et stativus, a, um, ambo in uno sensu; unde Ambrosius super Hegesippum: ubi refertis cibo, et stativa interpositione militibus. Item a sto, hic et haec stabilis, et hoc le, quod comparatur stabilior, stabilissimus; unde stabile, stabilius, stabilissime adverb. et haec stabilitas, tis: et stabilio, is, verb. neut.; unde stabilitus, a, um, et hoc stabilimentum, ti, et hoc stabulum, li; et inde hic stabularius, rii. Stabilio componitur constabilio, is; et inde constabilitus, et hic constabularius, rii. Stabilis componitur instabilis. Item a sto stabundus, a, um ·i· stabilis: et hoc stamen, nis; unde stamineus, a, um; et haec statua, ae ·i· imago; unde hic statuarius, rii, qui statuas facit, et haec statura, ae, et hic stater, ris ·i· quoddam pondus; unde in Evangelio Dominus ad Petrum: mitte hamum, inquit, et invenies in ore piscis staterem. Item a sto, hoc stadium, dii, et hoc stagnum, ni; unde stagnosus, a, um, et stagno, as; quod componitur restagno, as; et hic stolus, li ·i· magna classis navium; unde Ambrosius super Hegesippum: ubi est navium stolus, qui circueat freta. Item a sto, haec stiva, ae ·i· cauda aratri; unde Ovidius: aut pastor baculo, stivaeque innixus arator; et inde hic stivarius, rii, qui tenet aratrum. Et hic stipes, tis, pro ticione; et inde stippo, as ·i· fulcire; unde stipatus, stipatio, et stipatim adverb. Et componitur constippo,

as, et obstippo, as ·i· inclinare; et inde obstippus, a, um ·i· inclinatus; unde Persius: obstippo capite, et figentes lumine terram. Item a sto, haec stipula, ae. Et a praeterito, quod est steti, haec stera, ae ·i· pellicula, in qua puer in ventre involvitur; unde Macer: sterae si subditur herba desiccabit eam; et inde stericus, a, um ·i· in stera infirmatus; unde idem: duriciam stericis solvit; et hic et haec sterilis, et hoc le, unde haec sterilitas, tis. Et per compositionem haec obstetrix, cis ·i· femina, quae steram tractat; et inde obstetrico, as. Item a sto, haec Styx, gis, eo quod semper stet ad poenam; et inde stygius, a, um. Et a supino statu, addita o, fit statuo, is; unde statutus, a, um; et inde per abscisionem mediae syllabae, status, a, um. Et componitur prostituo, is ·i· meretricari; et inde prostitutus, a, um, et haec prostitutio, nis, et hoc prostibulum, li ·i· domus meretricum; unde Prudentius in Psychomachia: occide, prostibulum; manes pete. Item statuo componitur restituo, substituo; unde hic et haec substes, tis; constituo, instituo, et ab istis verbalia restitutus, substitutus, institutus, et cetera. Item a sto, secundum quosdam, hic stilus, li, eo quod stet in cera. Et per compositionem hoc solstitium ·i· statio solis, et hoc iusticium ·i· statio iuris, et haec epistylia pluraliter ·i· capita columnarum, et hoc intersticium, cii ·i. spacium de uno loco in alium; unde Marcianus: intersticiorum, ponderum, mensurarumque diversitate. Multa quoque et alia possunt de hoc verbo dici, quae competentius alibi proferentur. Sto componitur disto, as; unde haec distantia, ae, et distanter adverb. quod componitur indistanter; unde Augustinus de civitate

Dei in tertiodecimo: quo cetera continentur animalia indistanter esse affirmat. Prosto, as ·i· prostituere, cum meretrice se conmiscere; unde Plautus in Gurgulione: hii saltim in occultis locis prostant, vos in foro; unde et Iuvenalis ponens participium ait: pupilli prostantis. Asto, as; inde hic antistes, tis ·i· sacerdos, qui antestat, et orat pro plebe; et inde haec antistita, ae ·i· sacerdotissa, et hoc antisticium, cii ·i· sacerdotium; unde Marcianus: venerabili antisticio praeminebat; quod etiam haec antisticia, ae, dicitur; unde Marcianus: denique quamplures ex illis antisticiam professae; et antistare ·i· excellere. Obsto, as; inde obstanter adverb. et haec obstantia, ae, et hoc obstaculum, li. Et a praeterito obstiti, obstinatus, a, um ·i· intentus; et inde obstinate ·i· intente adverb.; unde Terentius: itane obstinate operam dat, ut ab ipsa evellar? et haec obstinacia, ae. Resto, as; unde haec restis, is, quia impedit ambulantem; et a praeterito restiti dicitur restito, as ·i· saepe in diversis locis restare; unde Plautus in Captivis: me miserum restitando lassum reddiderunt. Insto, as; inde hic et haec et hoc instans, tis, quod comparatur instantior, instantissimus; unde instanter, instantius, instantissime adverb. et haec instantia, ae: et hic institor, oris; unde quidam: institor ignotus vendebat cum saphiro tus. Praesto, as; inde hic et haec et hoc praestans, tis ·i· multum valens; et comparatur praestantior praestantissimus; unde praestanter, praestantius, praestantissime adverb. et haec praestantia, ae; et pluraliter hi praestites, tum, Dii scilicet, qui praesto erant ad petitiones hominum; et hic et haec praestabilis, et hoc le ·i· multum valens. Supersto, as; unde hic et

haec superstes, tis, et haec supersticio, nis ·i· dampnum; unde Ovidius: magna supersticio tibi sit natalis amice; et inde supersticiosus, a, um ·i· dampnosus, et supersticiose adverb. Exto, as; unde haec extasis, is ·i· mentis excessus. Circumsto, as, consto, as; inde hic et haec et hoc constans, tis, quod comparatur constantior, constantissimus; unde constanter, constantius, constantissime adverb. et haec constantia, ae; et componitur inconstantia; et constans componitur inconstans. Et sciendum quod omnia composita a sto formant supina sua in etum, excepto consto quod facit in atum; unde Lucanus constatura fides superum.

Sum, es, verb. anomalum; inde ab eius infinito esse, haec essentia, ae; unde essentialis, et essentialiter adverb. et haec essentialitas, et componitur coëssentialis: hinc etiam secundum quosdam dicitur aeternus, et aevum, et multa alia de quibus congruentius in quinta littera sufficienter locuti sumus. Sum componitur praesum; unde hic et haec et hoc praesens, tis; unde praesenter adverb. et haec praesentia, ae, et hic et haec praesentialis, et hoc le; unde praesentialiter adverb. et praesentaneus, a, um ·i· in praesentia existens, et praesento, as; unde verbalia. Et componitur repraesento, as. Praesens quoque componitur adpraesens, ·i· in praesenti, et in praesentiarum ·i· modo, ambo indeclinabilia. Item sum componitur possum ·i· potis sum; et inde hic et haec et hoc potens, tis, quod comparatur potentior, potentissimus; unde potenter, potentius, potentissime adverb. et haec potentia, ae, et hic potentatus, us, et haec potestas, tis; unde potestativus, a, um, et

potestative adv. et hic et haec possibilis, et hoc le; unde possibiliter adv. et haec possibilitas, tis. Possibilis componitur inpossibilis; unde inpossibiliter adverb. et haec inpossibilitas, tis. Potens componitur inpotens ·i· non potens, et cunctipotens, et omnipotens. Item sum componitur obsum ·i· nocere; unde obfuturus, a, um, in futuro nociturus; unde Plautus: promitto tibi non obfuturum, si id hodie effeceris. Assum ·i· praesens sum; et inde affuturus, a, um. Prosum ·i· proficere; unde profuturus, a, um. Et componitur etiam absum; et inde hic et haec et hoc absens, tis; unde absenter adverb. et haec absentia, ae; et absento, as, ·i· abesse, vel amovere; unde absentatus, et absentaneus, a, um, qui se semper absentat. Componitur etiam sum, desum; unde defuturus, a, um.

Sentio, tis, sensi, itum *, tu, verb. activ.; inde hic sensus, us; unde hic et haec sensualis, et hoc le; unde sensualiter adverb. et haec sensualitas, tis, et sensuosus, a, um ·i· sensu plenus; et inde sensuose adverb. et hic et haec sensibilis, et hoc le; unde sensibiliter adv. et sensibilitas, tis, et hic et haec sensilis, et hoc le, per subtractionem mediae syllabae; unde Lucretius: ex insensibili ne credas sensile nasci; et inde sensiliter adverb. Sensibilis componitur insensibilis. Item ab hoc nomine, quod est sensŭs, sensim adverb. et sensatus, a, um, quod componitur insensatus. Similiter et sensus componitur exsensis ·i· extra sensum, et insensis ·i· sine sensu. Et sciendum quod dicimus sensus, a, um, pro sentitus; unde Augustinus de civitate Dei: sensa est moriens, quia animam deseruit Deus. Item a sentio pluraliter hi sentes, tium ·i· spinae; et inde senticosus, a, um ·i· sen-

* ita cod.

tibus plenus, quod etiam dicitur, sentus, a, um; unde Terentius in Eunucho: video sentum squalidum; et haec sentina, ae ·i· locus in navi ubi aqua undecumque confluit; et inde sentino, as ·i· animo aliquid sensim diiudicare. Item a sentio, haec sententia, ae; unde haec sententiola, ae. Et componitur consentio, is; unde hic consensus, us; et pluraliter hi consentes, tium ·i· Diis bonis consentientes; et consentaneus, a, um, qui facile consentit. Dissentio, is; unde haec dissensio, nis, et hic dissensus, us, et dissentaneus, a, um. Praesentio, is; unde praesentisco, cis. Assentio, tis; unde haec assensio, nis, et hic assensus, us, et assentaneus, a, um, qui cito praebet assensum. Resentio, tis; inde resentisco, is.

Sacer, a, um, comparatur sacrior, sacerrimus; unde sacre, sacrius, sacerrime adverb. Et hoc sacellum, li ·i· parvum templum; unde Virgilius: nymphae risere sacello. Item ab hoc nomine, quod est sacer, hic sacernus ·i· sacer animus, vel excellentior pars animae; unde Marcianus: divumque hominumque sacerno. Et sacro, as, verb. activ.; inde sacratus, a, um, et haec sacratio, nis, et hoc sacramen, nis; unde hoc sacramentum, ti, et hoc sacrarium, rii, et hic sacrista, ae. Sacro componitur consecro, as; unde consecratus, consecratio. Execro, as; unde execratus, execratio, et hic et haec execrabilis, et hoc le; unde execrabiliter adverb. Obsecro, as ·i· rogare. Resecro, as ·i· exsolvere, et libere dimittere. Sacer componitur sacrifico, as; unde verbalia; et hoc sacrificium, cii, et haec sacrificina, ae ·i· locus in quo sacrificatur. Componitur hic et haec sacerdos, tis, et dicitur sacerdos quasi dans sacra; et inde haec sacer-

dotissa, ae, et hoc sacerdotium, ii, et hic et haec sacerdotalis, et hoc le, et haec sacerdotula, ae ·i· sacerdotis filia; unde Afranius: sacerdotula in sacrario martiali fecit oletum. Item sacer componitur sacrosanctus, a, um, et sacrilegus, a, um; unde hoc sacrilegium, gii.

Sapio, is, pivi, itum, tu, verb. neut.; inde hic et haec et hoc sapiens, tis, quod comparatur sapientior, sapientissimus; unde sapienter, sapientius, sapientissime adv. et haec sapientia, ae. Sapiens componitur insipiens; unde insipienter, et haec insipientia, ae. Item a sapio sapidus, a, um; unde sapide adverb. et componitur insipidus; unde insipide adv. et hic sapor, ris; unde saporus, a, um, et saporo, as; unde verbalia, et hoc saporamentum. Sapio componitur desipio, is; et inde desipisco, cis; et resipio, is ·i· animum recuperare; et inde resipisco, is.

Sterno, is, stravi, tum, tu, verb. neut.; inde stratus, a, um, et hoc stratum, ti, pro lecto, et hic et haec et hoc sternax, cis, quod facile sternitur; et hoc stramen; nis; unde stramineus, a, um, et hoc stramentum, ti, et hoc stratorium, ii ·i· stabulum iumentorum; unde Iosephus in primo Annalium: Rachel hoc audiens, posuit idola in stratorio cameli. Item a sterno, hic strategus, us ·i· praetor, et haec strategia, ae ·i· milicia, et hic stratilates, tis ·i· dux militum, et haec strataria, ae ·i· vestis preciosa ex purpura; et hic strabo, nis, qui obliquos habet oculos. Invenimus etiam hic strabus, bi; unde Gregorius Nazazienus: haeretici mihi videntur similes oculis strabi. Item hic et haec stratilis, et hoc le, et hoc sternium, nii ·i· locus aptus ad sternendum. Et compo-

nitur hoc lectisternium, nii, et hoc stercus, oris; unde stercoreus, a, um, et hoc sterquilinium, nii, et stercoro, as; unde quidam poëta: meos hortulos plus olero, quam stercoro; et inde verbalia. Item a sterno, hic sternutus, us; unde sternuto, as; et inde verbalia. Et consternor, aris ·i· cadere, exanimem esse; unde in Genesi: auditis Esau sermonibus patris, irruit * clamore magno, et consternatus ait. Et inde verbalia. Componitur etiam sterno, prosterno, is; unde prostratus, a, um. Substerno, is; unde substratus, a, um.

* ita cod.

Spiro, as, verb. neut.; inde verbalia, et hoc spiramen, nis, et hoc spiramentum, ti, et hoc spiraculum, li, et spirativus, a, um, quod facile inspiratur, et haec spira, ae ·i· reflexio; unde Marcianus: et spirae torvo nituerunt astra draconi. Spiro componitur aspiro, as; unde aspirator, aspiratus, aspiratio, et hoc aspiramen, nis. Conspiro, as; unde conspiratus, conspiratio. Respiro, as; unde respiratus, respiratio. Suspiro, as; unde verbalia, et hoc suspirium, rii.

Sepio, is, ivi, septum, tu, verb. activ. ·i· circumdare; inde septus, a, um, et septim adverb. et haec sepes, is; unde haec sepecula, ae ·i· parva sepes, et haec sepia ·i· incaustum; unde Persius: nigra * quod infusa vanescat sepia lympha; et haec sepiola, ae ·i· quidam minutus piscis; unde Plautus in Cassia: emito nobis sepiolas, et longunculas *, et hordeias. Item a sepio, hic seps indeclinabile ·i· quidam serpens, quod in Lucano repperies; et saepe adverb. unde saepius, saepissime adverbia. Dicimus etiam saepiuncule pro saepe, et saepicule; unde Plautus in Cas-

* cod. *nympha*.

* ita cod.

sia : saepicule peccas inquit. Saepe componitur persaepe, et quamsaepe, et saepenumero. Sepio componitur praesepio ; unde praeseptus, et hoc praesepe, et hoc praesepium. Dissepio ; unde disseptus ; Homerus : disseptos humeros. Circumsepio; unde circumseptus, a, um, et circumsepte adv. Obsepio, is ; unde obseptus, a, um ·i· intercludere; unde interseptus, a, um.

Sordeo, es, ui, verb. neut. et caret supinis ; inde sordidus ; a, um ; unde haec sorditas, tis, et sordidulus, a, um ·i· aliquantulum sordidus, et sordido : as ; unde sordidatus, sordidatio. Item a sordeo, haec sordes, is ; unde haec sordecula, ae, et sordesco, cis, quod componitur resordesco, cis. Item a sordeo, surdus, a, um ; et dicitur surdus quasi sordidus, a sordibus cerebri ; et inde haec surditas, tis, et surdulus, et surdaster diminut. Cicero : erat surdaster Marcus Crassus : et surdeo, es ; unde surdesco, cis; et componitur obsurdesco, is. Similiter surdeo componitur obsurdeo, es. Sordeo componitur obsordeo, es.

Sagax, cis, omnis generis, comparatur sagacior, sagacissimus; unde sagaciter, sagacius, sagacissime adv. et haec sagacitas, tis, et haec saga, ae ·i· sapiens divinus * ; unde Horatius in Epistolis : somnia, terrores magicos, miracula, sagas. Item ab hoc nomine, quod est sagax, hoc sagum, gi, et sagio, is, quod non est in usu ; sed componitur praesagio, is ·i· divinare ; unde Terentius : nescio quid animus mihi praesagit mali ; et inde praesagus, a, um, et hoc praesagium, ii, et praesagare vel praesagiare ·i· divinare ; unde Iosephus : quibus ille pharisaeus praesagiabat ; et haec sagitta a sagaci iactu ; unde sagitto, as ; et inde sagittatus, a, um.

* ita cod.

Digitized by Google

Sorbeo, es, verb. neut.; unde sorbicies, ei; unde sorbiciecula, vel sorbiciuncula, ae, et sorbillo, as; unde Terentius: cyathos sorbillans, hunc paulatim producam diem; et inde sorbillator, sorbillatus, sorbillatio; et sorbesco, is, quod componitur resorbesco, is. Sorbeo componitur absorbeo, es; unde absortus, a, um, et resorbeo, bes.

Suadeo, es, suasi verb. neut. et caret supinis; inde hic suasor, ris, et suasorius, a, um, et haec suasio, nis, et hic et haec suadibilis, et hoc le; unde suadibiliter adverb. et haec suadela, ae ·i· assensus, et persuasio, et hic et haec sodalis, is, a suadendis symbolis; unde hoc sodalicium, ii ·i· societas; unde Ovidius: iure sodalicii qui mihi vinctus erat; et sodes ·i· age; Terentius: dic, sodes, quis viciavit Chrysidem? Suadeo componitur persuadeo; unde persuasor, is; et inde persuasorius, a, um, et persuasorie adverb. et persuasus, a, um, et hæc persuasio, nis. Dissuadeo, es; inde dissuasor, dissuasus, dissuasio.

Sors, tis; inde haec sorticula, ae ·i· parva sors, et haec sorex, eo quod semper mortem sortiatur, et haec sorica, ae ·i· quilibet minutus cumulus harenarum, vel translative cuiuscunque rei congeries; unde Marcianus: pellax soricas cumque sensim congeris. Et sortior, ris; unde sortitus, a, um, et haec sorticio, nis; et componitur consortior, ris; unde verbalia. Et sors componitur hic et haec et hoc exsors, tis ·i· extra sortem, et hic et haec et hoc consors, tis ·i· socius eiusdem sortis; unde hoc consorcium, ii, et sortilogus, a, um; unde haec sortilogia, ae, et sortividus, a, um ·i· qui videt sortes.

Sero, is, serui, satum, tu, verb. activ.; inde hic

sator, ris, et satus, a, um, et haec satio, nis, et hic et haec sationalis, et hoc le, et hoc satum, ti ·i· quaedam mensura; unde in Genesi: accelera, inquit Abraham, et conmisce tria sata farinae. Item a sero, hoc semen, nis; unde haec sementis, is ·i· semen; et inde sementivus, a, um, et hoc seminium, nii ·i· lucrum de semine; unde Plautus in glorioso Milite: verri datur merces non hoc suo seminio; quod quandoque dicitur pro semine: et semino, as; unde seminator, seminatus, seminatio, et hic et haec seminalis, et hoc seminarium, rii ·i· semen, quod et pro vase in quo ponitur semen dicitur. Semino componitur dissemino, as; et inde verbalia. Semen componitur semiverbius, vel seminiverbius ·i· seminator verborum. Item a sero, haec series, ei; unde seriatus, a, um ·i· in serie ductus; et pluraliter seria, orum ·i· res utiles; unde Theodolus: nostro postponas seria ludo; et seriatim, et serio ·i· ordinatim, vel intente; unde Plautus: dic, obsecro, hercle serio quod te rogem. Item a sero, serus, a, um ·i· tardus et extremus; unde serotinus, a, um, et sero, serius, serissime adverb. et hoc serum, ri ·i· mesga, liquor scilicet qui ex recenti caseo profluit; et haec seria, ae ·i· olla; unde Terentius: relevi omnia dolia mea, et omnes serias meas; et inde haec seriola, ae ·i· parva seria; unde Persius: seriolae veterem metuens deradere limum. Item a sero, hic sermo, nis; inde sermunculus, li, et sermocinor, aris; unde sermocinator, sermocinatus, sermocinatio. Sero componitur exsero, is ·i· foras emittere; unde Persius digitum exsere, peccas; et inde exertus, a, um, et exerto, as ·i· nudare; unde verbalia. Dissero, is ·i· affirmare; inde di-

sertus, a, um, quod comparatur disertior, disertissimus; unde diserte, disertius, disertissime adverb. et haec disertitudo, nis, et disertim adverb. ·i· eloquenter: et diserto, as ·i· diserte loqui. Et componitur edisserto, as, in eodem sensu; unde Plautus in Cassia: quae sit, quaeso, edisserta. Hinc etiam Marcianus: praecepta edissertare prohibitum est. Sic etiam dissero componitur edissero, is ·i· aperire; unde in Evangelio: edissere nobis parabolam istam. Item sero componitur assero, is; inde hic assertor, ris, et assertus, a, um, et haec assertio, nis, et hic asser, ris, eo quod unus alteri inseratur; unde Iuvenalis: ferit assere duro alter; et asserto, as ·i· affirmare. Et sciendum, quod assero dicitur et pro affirmare, et pro plantare: et tunc inde venit, assitus, a, um ·i· plantatus; unde Horatius: et populus assita certis limitibus. Item sero componitur consero, is ·i· coniungere; unde consertus, a, um, consertio, nis, et consertim ·i· coniunctim adverb. Dicitur et pro plantare; et tunc inde venit consitus, a, um ·i· plantatus, et haec consitio, nis ·i· plantatio. Insero, is ·i· plantare; unde Virgilius: insere nunc Meliboee piros; unde hic insitor, ris, insitus, a, um, et haec insitio, nis ·i· plantatio; unde Ovidius de Remediis: venerit insitio, fac ramum ramus adoptet. Et inserto, as ·i· inserere. Desero, is; inde desertus, a, um, et desertio, nis, et hoc desertum, ti; unde deserto, as ·i· deserere, vel desertum facere. Obsero, is ·i· tegere; inde obsitus, a, um. Et sciendum quod composita a sero, quando dicuntur pro plantare, ut assero, consero, insero, faciunt praeteritum in sivi, et supinum in situm; quando vero in alio sen-

su, faciunt praeteritum in serui, et supinum in sertum.

Spicio, is, non est in usu; sed inde dicitur, haec species, ei; unde haec speciecula, ae, et hoc specimen, nis, et speciosus, a, um, quod comparatus speciosior, speciosissimus; unde speciose, speciosius, speciosissime adverb. et haec speciositas, tis, et hic et haec specialis, et hoc le; unde specialiter adv. et haec specialitas, tis. Item a spicio, haec specula, ae ·i· altus locus aptus ad circumspicendum; inde speculor, aris ·i· videre; et inde speculator, speculatus, speculatio, et hoc speculamen, nis, et speculativus, a, um, et hoc speculum, li, et hoc specular, ris ·i· speculum. Item a spicio, specto, as; unde spectatus, a, um, et hoc spectamen, nis, et hoc spectaculum, li, et hic et haec spectabilis, et hoc le; unde spectabiliter adverb. Specto componitur circumspecto, as, et respecto, ās, et aspecto, et perspecto, omnia in uno sensu, et dicuntur pro videre. Despecto, as ·i· despicere, et ab istis verbalia. Spicio componitur conspicio, is; inde conspicuus, a, um ·i· speciosus, et hic conspectus, us, et conspicor, aris ·i· videre; et inde conspicatus, a, um; unde Marcianus: Latoum sunt conspicati in arduo suggestu; et hic et haec et hoc conspicax, quod comparatur conspicacior, conspicacissimus; unde conspicaciter, conspicacius, conspicacissime adverb. et haec conspicacia, ae, vel conspicacitas ·i· species, et hoc conspicillum, li ·i· locus ad conspiciendum aptus; unde Plautus in Cassia: conspicillo conspexi virginem; et hic et haec conspicabilis; unde conspicabiliter, et conspicabundus, a, um ·i· decorus; unde Marcianus: saepius conspicabunda

Pallas quod probaret inquirit. Item spicio componitur perspicio, is ·i· videre; inde perspectus, a, um, et haec perspicio, nis, et perspectim ·i· visibiliter adv. et perspicuus, a, um ·i· clarus; unde perspicue ·i· clare adverb. et haec perspicuitas, tis, et perspicor, aris; unde verbalia; et hic et haec et hoc perspicax, cis ·i· clarus; unde perspicaciter adv. et haec perspicacitas, tis. Item spicio componitur suspicio, is; inde suspectus, a, um, et haec suspicio, nis; unde suspiciosus, a, um, et suspiciose adverb. Suspicor, ris; unde suspicatus, suspicatio, nis, et hoc suspicamen, nis. Despicio, is; inde despectus, a, um, et haec despectio, nis, et hic despectus, us, et despectivus, a, um ·i· despectus; unde despective adverb. et despicor, aris ·i· despicere; unde despicatus, despicatio, despicabilis; unde despicabiliter adverb. Item spicio componitur aspicio, is; unde hic aspectus, us. Respicio, is; unde hic respectus, us. Inspicio, is; unde hic inspector, ris, et per compositionem hic extinspex, cis ·i· ille qui exta inspicit; inde prospectus, us. Circumspicio, cis; et inde circumspectus, a, um, et circumspecte adverb.

Suo, is, sui, sutum, tu, verb. activ.; inde hic sutor, ris, et haec sutrix, haec sutricula, ae ·i· parva sutrix, et sutorius, a, um, et sutus, a, um, et sutim adverb. et hic et haec sutilis, et hoc le, quod componitur consutilis, et illud componitur inconsutilis ·i· non consutus; unde in Evangelio: erat autem tunica inconsutilis contexta per totum. Item a suo haec sutura, ae, et hic sucularis, is, quod vulgariter dicitur sotularis, et haec subula, ae ·i· broca ferrea; unde et in lege praecipitur ut subula perforetur au-

ris servi ; et haec suris, is ·i· musculus brachiorum, vel tibiarum, et haec subucula, ae ·i· camisia ; unde Horatius in Epistolis : si forte subucula pexae trita subest tunicae. Item a suo, hic vel haec sues, vel sus, is ·i· porcus ; unde suillus, a, um ·i· porcinus, et hic suculus, li ·i· parvus porcus ; unde Plautus in Rudente : perge via recta cum suculis et porcis ; et hoc suarium, rii ·i· locus ubi stant sues, et hic subulcus, ci ·i· custos suum ; unde Virgilius in Bucolicis : venit et opilio, tardi venere subulci ; et hoc sucinum, ni ·i· ambana porci ; unde Iuvenalis : in cuius manibus quasi pinguia sucina ; et sumen, nis ·i· minuta exta porcorum ; unde Persius : calidum scis ponere sumen. Quidam autem dicunt quod sues, vel sus, a verbo, quod est sugo, dirivatur ; nos autem a suendo, vel secundum litteram, vel imo quia ex setis suis sotulares suuntur, hoc nomen dirivamus. Item a suo, hic sulcus, ci, eo quod vomere transsuitur ; et inde hic sulco, nis ·i· ille qui facit sulcos ; et sulco, as, unde sulcator, sulcatus, sulcatio. Et componitur desulco, as, et resulco, as, et ab istis verbalia. Suo componitur consuo, is ; inde consutus, a, um. Assuo, is ; inde assutus, a, um. Insuo, is ; inde insutus, a, um. Transsuo, is ; unde transsutus, a, um. Intersuo, is ; inde intersutus, a, um. Circumsuo, is ; inde circumsutus, a, um.

Salio, is, salii, vel salivi, saltum, tu, verb. activ. ; unde Ovidius : laeta salitur ovis, tauro quoque laeta iuvenca ; et inde hic saltor, ris, haec saltrix, cis, et haec saltricula, ae, quod etiam haec saltera, ae, dicitur ; unde Iuvenalis : quod saltera penem moverit. Item a salio, hic saltus, us ; unde saltuosus, a, um

·i· saltibus plenus, et haec salix, cis, quaedam arbor; hoc salictum, ti ·i· locus ubi salices crescunt, et salignus, a, um ·i· de salice factus; unde Virgilius: et custos furum atque avium cum falce * saligna. Item a salio, haec saliva, ae, eo quod ex ore exiliat, et haec salebra, ae ·i· fractio vel fractura viarum, vel molle lutum in via, eo quod facile saliat; unde Horatius in Epistolis: qui metuit salebras, et acerbum frigus; et pluraliter hi sales, ium, verba iocose et facete inventa; unde Plato in quadam Epistola: puellus promiserit patronum suum non minus salibus et ingenio, quam forma; et inde hic et haec salaris, et hoc re: sicut dicimus salares ludos, ubi verba ioco plena intermiscentur. Item a salio, salto, as; unde saltator; saltatorius, saltatrix, cis, saltatio, nis, saltatim adverb. Et componitur exulto, as; unde exultanter, et exultim adverb. et haec exultatio, nis. Assulto, as ·i· cum gaudio salire; unde Plautus in Captivis: assultavit foribus, sed ego exitium fero; et inde hic assultatus, us ·i· saltus, et hoc assultamen, nis. Item salto componitur resulto, as; et insulto, as; et persulto, as; et ab istis verbalia. Salio componitur resilio, is; insilio, prosilio, dissilio, desilio, exilio, sussilio is ·i· sursum salire; unde Plautus: pessuli sussilite obsecro; et haec omnia carent supinis.

* cod. *fauce.*

Sal, is, tam neutri generis, quam etiam masculini; inde salsus, a, um; et componitur insulsus, et hoc salsamentum, ti, ambo in uno sensu, et haec Salaria, ae, Dea maris, et haec salsugo, nis, et haec salina, ae ·i· domus in qua sal efficitur, et hoc salinum, ni ·i· vas in quo sal reponitur, vel ut alii volunt, locus ubi sal efficitur; unde Persius: purum

Digitized by Google

et sine labe salinum ; et inde hic salinarius , rii. Item ab hoc nomine , quod est sal , hoc salum , li •i• mare , et secundum quosdam haec saliva , ae , quia salsa est , et salis habet saporem ; unde hoc savium , vii •i• osculum cum saliva mixtum ; unde Plautus : tu labellum abstergas potius quam cuiquam savium facias palam ; et inde haec savio , nis •i• ille qui savium facit , et savior , ris •i• osculari cum savio ; unde Plato in quadam Epistola : cum semulco savio nostrum puellum savior , dulcemque florem spiritus ad me duco. Item ab hoc nomine , quod est sal , salio , is , ivi , tum , tu , verb. activ. ; inde salitor , ris , et salitus , a , um , quod componitur semisalitus.

Solus , a , um , inde solitarius , a , um , et haec solitudo , nis , et solor , aris , verbum deponens ; et inde verbalia , et hoc solamen , nis , et hoc solacium , cii. Et componitur consolor , ris ; unde consolatus , consolatio , consolabilis , et consolabiliter adverb. et componitur inconsolabilis ; unde inconsolabiliter adv. Componitur etiam desolor , ris •i• vastare ; unde desolator , ris , desolatorius , a , um , desolatus , a , um , desolatio , nis. Item ab hoc nomine , quod est solus , hic sol , is , eo quod solus luceat ; item hic et haec solaris , et hoc re , et hoc solium , ii , eo quod soli pateat ; unde hoc solarium , rii , et hoc solum , li •i• terrae superficies , quia a sole comburitur ; et inde haec solea , ae , quia solo adhaeret. Et componitur solum , hic et haec exul , lis •i• extra proprium solum positus ; et inde hoc exilium , ii , et exulanus , a , um , et exulor , aris ; unde verbalia. Dicitur etiam a sole , hic et haec solennis , et hoc ne ; et inde haec solennitas , tis , et solenniter adv. et solennizo , as. Sol componitur hic subsolanus , ni •i•

ventus ab oriente veniens, et solsticium, ii ·i· solis statio. Solus componitur solivagus, solummodo, et hoc soliloquium, quii.

Scio, is, ivi, tum, tu, verb. neut.; inde hic et haec et hoc sciens, tis; unde scienter adverb. et haec scientia, ae, et scius, a, um ·i· aliquantulum sciens, et hic et haec scibilis ·i· ad sciendum habilis. Scius componitur conscius, a, um; et inde haec conscientia, ae. Inscius, a, um, et haec inscientia, ae, et haec inscitia, ae ·i· ignorantia; unde Horatius in Epistolis: sed turpem putat inscitiae metuitque lituram. Componitur etiam praescius, a, um; unde haec praescientia, ae. Item a scio, scitus, a, um ·i· vivax, vel sapiens; unde Terentius: scitus puer natus est e Pamphilo; et inde adverb. ·i· sapienter vel scienter; unde Terentius in tertia comoedia: nescis quam scite mihi venit in mentem; et hic scitus, us ·i· scientia vel cognitio; unde Macrobius de Saturnalibus: dubitare non debeo, esse scitu optimum. Scitus componitur inscitus, a, um ·i· insipiens; unde inscite ·i· insipienter adverb. Item a scio, scisco, is ·i· saepe scire; unde Terentius in Eunucho: hi, quos par fuerat sciscere, sciunt. Et componitur adscisco, is ·i· vocare; rescisco, is ·i· rursum scire; conscisco, is ·i· simul vocare; inde haec conscitio, nis ·i· plurimorum convocatio; unde concionor, ris ·i· in concione loqui; et inde concionator, concionatus, concionatio, et hoc concionabulum, li ·i· consilium. Scio componitur nescio, is; unde nescienter adverb. et haec nescientia, ae, et nescius, a, um. Componitur etiam adscio, is ·i· advocare; unde adscitus, a, um. Praescio, is; unde praescitus, a, um.

Sano, as, verb. activ.; inde sanatus, sanatio, et hic et haec sanabilis, et hoc le, et componitur insanabilis. Item a sano, sanus, a, um, quod componitur sanior, sanissimus; unde sane, sanius, sanissime adverb. et haec sanitas, tis. Sanus componitur vesanus; unde vesania, ae. Insanus; unde insane adverb. et haec insania, ae. Insanio, is, verb. neut. Item a sano, haec sanies, ei ·i· putredo, et hic sanguis, is, in singulari, et sanguines in plurali; et inde sanguineus, a, um, et sanguino, as ·i· sanguinem dimittere. Sanguis componitur exanguis ·i· extra sanguinem, et sanguisuga, ae. Sano componitur resano, as.

Seco, as, ui, tum, tu, verb. activ.; unde sectus, a, um, sectio, nis, sectim adverb. et hic et haec sectilis, et hoc le ·i· ad secandum habilis; unde Iuvenalis: quis tecum sectile porrum sutor. Item a seco, sectivus, a, um, quod facile secatur, et haec sica, ae ·i· gladius; unde hic sicarius, rii, qui fert sicam, et securis, is; unde haec securicula, ae ·i· parva securis; unde Plautus in Rudente: post altrinsecus est securicula anceps. Item a seco, haec serra, ae; unde haec serrula, ae, et serratus, a, um ·i· cum serra secatus, et hoc segmentum, ti ·i· longa vestis, cuius necesse est partem secare; unde Iuvenalis: segmenta, et longos habitus, et flammea sumunt. Alibi autem dicitur pro particulis vestimentorum, et dicuntur segmenta quasi secamenta; unde Horatius in Odis: numquid corporis segmenta post serram seris *. Item a seco per compositionem prosicivus, a, um ·i· quicquid superfluitatis absciditur de qualicumque materia, quod aliter dicitur subsicivus, a, um, et subcidaneus, a, um, et insicivus, a, um ·i· non in tempore secatus,

* ita legitur in cod.

Digitized by Google

vel inmaturus, vel superfluus; unde Horatius in Odis: ut gaudet insiciva decerpens pyra. Item a seco, haec seges, tis ·i· seges cuius ager viam tangit. Seco componitur proseco, as ·i· secare; inde prosectus, a, um, et haec prosectio, nis, et hoc prosicium, cii ·i· prima pars extorum; unde Marcianus: physsiculatis extorum prosiciis viscera loquebantur; et hoc prosectum, ti ·i· exta; unde Ovidius Metamorph.: cuius ut apposuit prosecta calentibus aris. Sed componitur praeseco, as; unde praesectus vel praesecatus, et hoc praesecmen, nis ·i· illud quod praescinditur; Plautus: abstulit praesecmina, et corrasit omnia. Disseco, as; inde dissectus vel dissecatus, et dissectim adverb. Et dissicio, is ·i· dissecare; unde Ambrosius: illi veteris militiae more dissicere hostium cuneum.

Sequor, verbum deponens; inde secutus, et secutivus, a, um ·i· secutus, et hic et haec et hoc sequax, cis, quod etiam sequanus dicitur, et sequaciter adverb. Item a sequor, hoc saeculum, li; unde hoc saeclum per syncopam; et hic et haec saecularis, et hoc re; unde saeculariter adverb. et haec saecularitas, tis. Et sector, aris ·i· sequi; unde verbalia et haec secta, ae; unde per compositionem consectaneus, a, um ·i· eiusdem sectae. Sector componitur consector, aris, assector, aris, et ab istis verbalia. Sequor componitur obsequor, eris; inde verbalia; et hoc obsequium, ii, et haec obsequela, ae ·i· servicium, et obsequiosus, a, um ·i· obsequio plenus; unde Plautus in Captivis: mihi obsequiosus semper fuisti. Assequor, eris; inde verbalia; et hic assecla, ae ·i· socius. Subsequor, eris; unde hoc subsequium, ii ·i· servicium. Prosequor, eris; unde hoc prosequium, ii ·i·

servicium : et haec proseucha , ae ·i· parva domus ; unde Iuvenalis : in qua te quaero proseucha. Componitur etiam sequor , persequor , eris ; inde persecutor , persecutus , persecutio. Insequor , eris ; unde verbalia ; et insector , oris.

Suggo , is , xi , verb. neut. et caret supinis ; inde hic succus , ci ; unde succosus , a , um , et haec succositas , tis , et succulentus , a , um ·i· succo plenus ; et inde haec succulentia , ae, et succidus , a , um ·i· humidus ; unde Iuvenalis : quod succida nollet lana pati : hinc etiam dicitur secundum quosdam sus pro porco , de quo plenius in verbo "suo,, multum protulimus.

Signum , ni ; inde hoc sigillum , li ; unde hic sigillarius , rii , et sigillo , as ; unde verbalia ; et haec sigillatura , ae , et sigillatim adverb. Item ab hoc nomine , quod est signum , signo , as ; unde signanter adverb. et singulus , a , um ; unde singulatim adverb. et hic et haec singularis , et hoc re ; unde singulariter adverb. et haec singularitas , tis. Signo componitur consigno , as ; et resigno , as ; et assiguo , as ; unde assignanter adverb. et assignamen , is. Praesigno , as ; designo , as ; et ab istis verbalia. Signum componitur signifer , a , um , et hoc intersignum , ni , et significo , as , et hic et haec insignis , et hoc ne ·i· nobilis ; unde insigniter adverb. et insignio , is ; unde insignitus , a , um , et haec insignicio , nis.

Sileo , es , ui ; inde hic et haec et hoc silens , tis ; unde silenter adverb. et hoc silentium , tii , et silesco , is , et hoc sigillum , li ·i· quaedam annona ; unde sigillinus , a , um , et haec siligo , nis, pro eadem annona ; unde siligineus , a , um , et hic silurus , ri ·i· minutus piscis ; Iuvenalis : fracta de merce si-

luros; et haec siliqua, ae ·i· cossa fabarum; unde Virgilius: unde prius laetum siliqua quassante legumen. Item a sileo hic silex, cis; unde silicinus, a, um ·i· petrosus, et hic silicernus, ni ·i· moribundus quasi silicem ·i· sepulcrum cernens; et inde hoc silicernium, nii, quod idem significat; unde Terentius in Adelphis: ego te exercebo hodie silicernium, ut dignus es.

Sino, is, sivi, situm, tu, verb. neut.; inde situs, a, um, et haec sinistra, ae; unde sinister, a, um, et sinistrorsum adverb. ·i· in sinistra parte. Item a verbo, quod est sino, hic sinus, nus; inde sinuosus, a, um ·i· amplus, et dilatatus; unde sinuose adverb. et haec sinuositas, tis, et hoc sinuamen, nis ·i· amplitudo; et sinuo, as, quod non est in usu; sed componitur insinuo, as ·i· demonstrare; et inde verbalia. Dicimus etiam sinum pro vase illo, in quo lac mulgitur *; unde Virgilius: sinum lactis, Priape quotannis. Sino componitur desino, is; unde desitus, a, um, et desiturus, a, um; unde Augustinus de civitate Dei in undecimo: non erat talis istorum vita quandoque desitura; et dissitus, a, um ·i· separatus; unde Marcianus: perpes amet dissita.

* ita cod.

Salus, tis; inde hic et haec salubris, et hoc re, quod comparatur salubrior, saluberrimus; unde salubriter, salubrius, saluberrime adverb. et haec salubritas, tis: et saluto, as; unde salutatus, salutatio, et soc salutatorium, rii. Saluto componitur salutifer.

Similis, similior, simillimus; unde similiter adverb. et similius, simillime; et haec similitudo, is, et hoc simultum, ti ·i· vermis quidam in cornibus arietum qui facit eos cornupetare; et inde haec simul-

tas, tis ·i· latens odium; unde Terentius in Phormione: non simultatem meam revereri. Hinc tractum est simulo, as; inde simulator, simulanter adv. simulatus, a, um, simulate adverb. et haec simulatio, nis. Simulo componitur dissimulo, as; unde dissimulanter adverb. et cetera verbalia. Item ab hoc nomine, quod est similis, haec simila, ae ·i· flos tenuissimae farinae, quae et similago et pollen, nis, dicitur; et simulo, as, quod componitur assimilo, as; et inde verbalia. Similis componitur dissimilis; unde dissimiliter adverb. Componitur etiam consimilis; et inde consimiliter adverb.

Saturo, as; inde saturatus, a, um, quod componitur insaturatus, et satur, a, um ·i· saturatus, per apocopen ·i· per subtractionem finalis syllabae; et haec saturitas, tis, et hic et haec saturabilis, et hoc le; et componitur insaturabilis; unde insaturabiliter adv. Item a saturo haec satyra, ae, eo quod satura sit reprehensionibus; et inde satyricus, a, um, et satyrice adverb. et hic satyrus, ri ·i· Deus dictus ad alios deridendos paratus. Saturo componitur resaturo, as, et consaturo, as, et ab istis verbalia.

Sex nomen indeclinabile; inde senus, a, um, et senarius, a, um, et sexies adverb. et sextus, a, um, et hoc sextarium, rii; unde hoc sextariolum, li, et hic senio, onis ·i· sex puncti in tessera; unde Persius: quid dexter senio ferret, scire erat in voto. Item a sex sexaginta ·i· sexies decem; unde sexagesimus, a, um, et sexagenus, a, um, et sexagies adv. et sexagenarius, a, um. Sex componitur sexdecim, et hic bissextus, ti, et sexcuplus, a, um ·i· sexies plicatus.

Struo, is, xi, ctum, tu, verb. activ.; inde structor, ris, structus, a, um, haec structio, nis, hic et haec structilis, et hoc le, et haec structura, ae, et structim adv. et haec strues, is; unde haec struecula, ae. Struo componitur instruo, is; unde instructus, instructio, et hoc instrumentum, ti. Construo, is; praestruo, is; extruo, is; obstruo, is; circumstruo, is; et ab istis verbalia.

Squaleo, es, ui, verb. neut. et caret supinis; inde squalesco, cis, et squalidus, a, um; unde squalidulus, a, um ·i· aliquantulum squalidus, et haec squaliditas, tis, et hic squalor, ris, et haec squama, ae; unde squameus, a, um, et squamosus, a, um, et haec squamula, ae, et squarrosus, a, um ·i· asper, et inaequalis; et dicitur squarrosus quasi squamis corrosus; unde Ennius: squarrosa, et inconpeta rostra.

Scando, is, scandi, verb. neut. et caret supinis; inde hic et haec scansilis, et hoc le, et hoc scansile, is ·i· ferrum per quod equum ascendimus, et hoc scannum, ni; unde scamulum, scamellum, et scamellulum, et scamillum diminut.; unde Apuleius: infirma scamillorum obice fultae fores: sicut etiam dicimus scabellum, et scabellulum diminut. a scanno. Item a scando hoc scaphium, ii ·i· locus ubi arma reponuntur; unde Iuvenalis: positis scaphium consumitur armis. Et hic scapus, pi ·i· humerus; unde Augustinus de civitate Dei in septimo: super Priapi scapum nova nupta sedere iubebatur; et inde haec scapula, ae; unde hic scapularis, is ·i· vestis quaedam scapulam tantum tegens, et scapulosus, a, um ·i· scapulis dilatatus; et componitur hoc interscapulum, li ·i· spacium illud quod habetur inter scapulas. Scan-

do componitur incendo; unde hic incentor, oris, et incensus, a, um, et haec incensio, nis, et hoc incensum, si, et hoc incendium, dii. Componitur etiam succendo, is; accendo, is; conscendo, is, et ab istis verbalia.

Spondeo, es, spopondi, verb. neut. et caret supinis; unde hic sponsor, ris, et sponsus, a, um, et haec sponsio, nis, et hic sponsus, si, et haec sponsa, ae, et hic et haec sponsalis, et hoc le. Sponsus componitur consponsus ·i· coniuratus, quod etiam consponsor dicitur. Spondeo componitur respondeo; inde verbalia; et responso, as; unde verbalia; et desponso, as.

Scabo, is, scabi, verb. neut. et caret supinis; inde scabidus, a, um; unde scabidulus, a, um, et scaber, ra, um; unde scabreus, a, um ·i· vetustus, et aetate plenus vel detritus, et scabreolus, a, um, et haec scabritudo, nis, et scabrosus, a, um. Item a scabo, haec scabies, ei; unde haec scabiecula, ae, et scabiosus, a, um, et haec scabia, ae ·i· scabies, et hic scabro, nis ·i· vespa cum longis cruribus. Item a scabo, haec scops, opis ·i· ferrum quo ligna planantur; unde Horatius in Sermonibus: in scope quantus consistit sumptus; et haec scopa, ae ·i· illud unde domus mundatur; unde idem in eodem libro: vilibus in scopis, in mappis; et inde scopo, as ·i· purgare; unde scopatus, scopatio.

Spacium, cii; unde hoc spaciolum, li, et spaciosus, a, um; unde spaciose adv. et haec spaciositas, tis; et spacior, ris; unde verbalia; et componitur despacior, ris, et conspacior, ris; et ab istis verbalia. Item ab hoc nomine, quod est spacium, haec spatula, ae, et hic spatarius, rii, et haec sphaera, ae,

Digitized by Google

quasi spacium rotundum; unde haec sphaerula, ae, et componitur semisphaerium, rii, medius circulus, et hemisphaerium, ii, in eodem sensu. Spacium componitur interspacium, cii.

Soleo, es, solitus, sum; inde solitus, a, um, et hic et haec solox, cis ·i· pecus multum solitum pascere; et componitur insoleo, es ·i· aliter continere, quam alii; unde hic et haec et hoc insolens, tis ·i· superbus; unde insolenter adv. et haec insolentia, ae; et insolitus, a, um, et insolesco, cis. Componitur etiam soleo assoleo, es, et consoleo, et persoleo, es; et inde persolenter ·i· assidue, et haec persolentia ·i· assiduitas, et persolus, a, um ·i· assiduus; unde Plautus: ebriolae et persolae nugae.

Sueo, es, non est in usu; inde dicitur suetus, a, um; unde Ovidius Metamorph. in sexto: fidi scelerum suetique ministri. Item a verbo sueo hic et haec suavis, et hoc ve, quod comparatur suavior, suavissimus; unde suaviter, suavius, suavissime adv. et haec suavitas, tis; et componitur quamsuavis ·i· valde suavis. Sueo componitur consueo, es; unde consuetus, a, um, et consuete, et consuetim adv. et haec consuetudo, nis, et consuetudinarius, a, um, et consuesco, cis. Consuetus componitur inconsuetus Assueo, es; unde assuetus, et haec assuetudo, nis ·i· consuetudo; unde Ovidius Metamorph. in decimo: longaque assuetudine flammas; et assuesco, cis. Desueo, es; unde desuetus, a, um, et haec desuetudo, is; unde Ovidius Metamorph.: resides, et desuetudine tardi; et desuesco, cis. Dicimus etiam dissueo, es; unde dissuetus, dissuetudo, dissuesco, cis.

Scrutor, aris, verb. depon. Inde scrutator, scru-

tatio, scrutabilis, quod componitur inscrutabilis, et scrutabundus, a, um ·i· ad scrutandum habilis, et hoc scrutum, ti ·i· vestis pauperum lacerata et detrita; unde Horatius in Epistolis: vilia vendentem tunicato scruta popello. Item a scrutor, hic scrutillus, li ·i· venter suillus farcitus, et hoc scrutinium, nii ·i· quicquid scrutatur interius de aliqua re, et scrutitum, ti ·i· pharetra pellicia, et hic scrūpus, pi ·i· minutus lapis qui cadens in calciamentis nocet; unde hic scrupulus, li ·i· anxietas et molestia, et scrupeus, a, um ·i· minutis lapidibus plenus, quod etiam pro hoc nomine, quod est asper, dicitur; et scrupulatus, a, um ·i· curiosus et sollicitatus, et scrupulosus, a, um ·i· asper et anxius, quod etiam scruposus dicitur; unde Plautus in Captivis: non meus scruposam victus conmeat viam. Scrutor componitur perscrutor; et inde verbalia.

Spuo, is, verb. neut. et caret supinis. Inde sputus, a, um, et hoc sputum, ti, et haec spuma, ae; unde spumeus, a, um, et spumosus, a, um, et spumo, as; unde verbalia; et componitur despumo, as ·i· purgare quasi deorsum a spuma; et secundum Isidorum a spuma dicitur hic pumex, cis ·i· lapis ex spuma concretus, et dicitur pumex, quasi spumex; et inde pumiceus, a, um. Item a spuo spurcus, a, um ·i· foetidus; unde haec spurcitia, ae ·i· foetor, et spurulentus, a, um ·i· foetidus; unde haec spurulentia, ae ·i· foeditas, et hic spurius, rii ·i· ille qui nascitur ex ignobili matre, et nobili patre; unde in libro Regum: de Goliat qui erat vir spurius. Invenimus etiam spurius mobile *; unde in libro Sapientiae: spuria vitulamina dicuntur ·i· degenerantia, et non natura-

* ita cod.

lia. Spurius componitur spurcificus ·i· immunda faciens, et spurcidicus ·i· immunda dicens; unde Plautus in Captivis: neque spurcidici insunt versus inmemorabiles. Spuo componitur conspuo, is; expuo, is; inspuo, is, despuo, is, respuo, is.

Solvo, is, vi, lutum, tu, verb. activ. Inde solutus, a, um, solutio, nis, et hic et haec solubilis, et hoc le; unde solubiliter adv. et haec solubilitas, tis; et componitur insolubilis; unde insolubiliter adv. Solvo componitur resolvo, is; unde resolutus, resolutio, et resolute adv. et hoc resolutoricinium, nii ·i· acus pectoralis, cum quo scilicet pallium astringitur; unde Marcianus: interula resolutoricinioque flaminarum instar. Item solvo componitur absolvo, is; unde absolutus, absolutio, et absolute adv. et componitur inabsolutus; persolvo, is, dissolvo, is.

Servio, is, vivi, tum, tu, verb. neut. Inde hic servitor, ris, haec servitus, tis, et hic et haec servilis, et hoc le; unde serviliter adv. et hic servus, vi; unde hic servulus, li, et hoc servicium, ii; unde hoc serviciolum, li; et servo, as, unde verbalia, et componitur conservo, as, et reservo, as, et observo, as, et ab istis verbalia. Servus componitur conservus. Servio componitur deservio, is, inservio, is.

Sarcio, is, cii, vel civi, tum, tu, verb. activ. Inde hic sarcitor, ris, vel sartor, ris, et sarcitus, a, um, vel sartus, a, um, et haec sartago, nis ·i· patella; unde Persius: unde haec sartago loquendi venerit in linguas? In hoc autem loco dicitur sartago pro ariditate. Item a sarcio, hoc sarcimen, nis, et hoc sarcimentum, ti, et haec sartura, ae, et hoc sartarium, rii ·i· locus in quo vestes sarciuntur; unde hic

sartarius, rii ·i· ille qui vestes sarcit. Item a sarcio, haec sarcina, ae; unde haec sarcinula, ae, et sarcino, as ·i· ornare; et componitur resarcino, as, quod et pro ornare, et pro sarcire dicitur, et ab istis verbalia. Item a sarcio, sario, is ·i· silvam purgare; et inde hoc sarmentum, ti, et hoc sarculum, li. Et per compositionem hic sarcitectus, ti, dicitur a sarcio ·i· ille qui tecta sarcit, et hoc sartatectum, ti ·i· restauratio tectorum. Sarcio componitur resarcio, is.

Septem nomen indeclinabile. Inde septies adv. et septimus, a, um, et haec septimana, ae; unde hic septimanarius, ii, et septenarius, a, um; et septuaginta nomen indeclinabile, unde septuagenarius, a, um, et septuagenus, a, um, et septuagies adv., et septuagesimus, a, um, et haec septuagesima, ae. Septem componitur hic septemtrio, nis, stella quaedam, quae aliter dicitur arctos, et minor ursa, et arcturus, et arctophylax. Septennis ·i· septem annorum. Septemplex, cis ·i· septies plicatus, quod et septuplum dicitur. Septingenti ·i· septies centum.

Syllabaton * graece, syllaba latine. Inde haec syllaba, ae; unde syllabicus, a, um, et syllabice, et syllabatim adv. Syllaba componitur dissyllabus ·i· duarum syllabarum, et trisyllabus ·i· trium syllabarum; tetrasyllabus ·i· quatuor syllabarum, pentasyllabus quinque syllabarum, polysyllabus plurimarum syllabarum.

* ita cod.

Sopio, is, ivi, tum, tu, verb. activ. Inde sopitus, a, um, hic et haec sopibilis, et hoc le, quod componitur insopibilis, et hic sopor, oris; unde soporus, a, um, et soporo, as; unde soporanter, soporatus, soporatio. Et componitur consoporo, as; unde verbalia. Sopor componitur consoporifer, a, um.

Digitized by Google

Sopio componitur consopio, is; unde consopitus, et consopicio.

Sono, as, ui, verb. neut. et caret supinis; unde hic sonus, ni; unde sonorus, a, um, et hic et haec sons, tis ·i· nocens; unde sonticus, a, um ·i· nocivus; et componitur insons ·i· innocens; unde insonter adv. et haec insontia, ae ·i· innocentia. Sono componitur consono, as; unde consonanter adv. et haec consonantia, ae, et consonus, a, um. Dissono, as; unde dissonanter adv. et haec dissonantia, ae, et dissonus, a, um. Resono, as; unde resonanter adv. et haec resonantia, ae, resonus, a, um; unde Prudentius in libro Hymnorum: resono meditantes vulnera sistro. Absono, as ·i· discordare; unde absonanter adv. ·i· discordanter, et haec absonantia, ae ·i· discordia, et absonus, a, um ·i· dissidens, et discordans. Persono, as, insono, as, obsono, as ·i· coenare; unde hic obsonatus, us ·i· sumptus qui impenditur in coena, et hoc obsonium, nii ·i· coena, quod in Terentio repperies.

Sedeo, es, sedi, sessum, su, verb. neut. Inde haec sessio, nis ·i· sessim ·i· pressim, et hic et haec sessibilis, et hoc le, quod etiam sessilis dicitur; unde Persius: laesa pice sessilis obba, et haec sedes, is; unde haec sedecula, ae ·i· parva sedes, et hoc sedile, is. Sedes componitur hoc subsellium, lii ·i· sedes. Item a sedeo hic sedentarius, ii ·i· ille qui ornat sedes; unde Plautus: petunt sumptus artifex, et sedentarius. Et haec seditio, nis; unde sediciosus, a, um, et sediciose adv. Et per compositionem hic et haec deses, dis ·i· piger; unde desidiosus, a, um, et desidiose adv. et desidesco, cis ·i· pigrescere. Sedeo componitur considco,

es: inde hic consessus, us, et consesco, is ·i· saepe sedere; unde Plautus: aves bene salutando consescunt. Assideo, es; inde haec assidela, ae ·i· mensa, et assiduus, a, um; unde assidue adv. et haec assiduitas, tis; et assesco, cis, et assiduo, as ·i· saepius sedere; unde Plautus: auceps quando concinit, area effundit cibum, aves assescunt. Resideo, es; inde residuus, a, um, et hic et haec reses, dis ·i· piger, et quasi retro morans; unde Statius Thebaidos: et ferro resides exscindere Thebas. Praesideo, es ·i· defendere; inde hic et haec praeses, dis; unde hoc praesidium, dii. Dissideo, es ·i· discordare; unde dissidenter adv. et haec dissidentia, ae. Obsideo, es; unde obsessus, a, um, et haec obsessio, nis, et haec obsidio, nis, et hic et haec obses, dis. Subsidio *, dis; inde hoc subsidium, dii. Componitur insideo, es, circumsedeo, es.

* ita cod.

Sub praepositio; inde subter, et hic et haec subterior, et hoc ius; unde subterius et subtus adverbia. Et per compositionem subterraneus, a, um, et hoc subpedium, dii ·i· subsidium, et haec subpecia, ae ·i· suffragium; unde in Historia dicitur: et praebuerunt illis subpecias. Item ab hac praepositione, quae est sub, per compositionem hic subiux, gis ·i· bos sub iugo positus, et hic subucus, ci ·i· foetidus locus sub ascella, et subpedito, as ·i· auxiliari, et haec subtela, ae ·i· corrigia, quae tenditur sub cauda equi, et subagito, as ·i· subtrahere; unde Terentius: ista quidem contumelia est, amicum ad te recipere, et eius amicam subagitare. Hinc etiam multae aliae partes dicuntur per compositionem, quae alibi competentius proferentur.

Sancio, is, cii, vel civi, citum, tu, verb. activ. ·i· firmare; inde sancitus, a, um, et haec sanctio,

Digitized by Google

nis, et sanctus, a, um, quod comparatur sanctior, sanctissimus; unde sancte, sanctius, sanctissime adv. et haec sanctitas, tis, et haec sanctitudo, nis, et haec sanctimonia, ae ·i· sanctitas; unde haec sanctimonialis, is ·i· femina addicta sanctitati, et hoc sanctuarium, rii. Et sanctifico, as, per compositionem; unde sanctificatus, sanctificatio. Sancio componitur resancio, cis.

Sudo, as; inde sudatus, a, um, et haec sudatio, nis, et hic sudor, ris; unde sudosus, a, um ·i· sudore plenus, et hoc sudarium, rii, et sudus, a, um ·i· purus et mundus. Et componitur persudus ·i· valde purus, et sudoro, as ·i· sudare; et pluraliter hi sudes, dum ·i· pali qui figuntur in terra; unde hic sudates, tis ·i· ille qui facit sudes. Sudo componitur insudo, as, desudo, as, persudo, as, et resudo, as, et ab istis verbalia.

Senex, nis; inde hic et haec senilis, et hoc le; unde seniliter adv. et haec senitudo, nis, et haec senecta, ae, et hoc senium, nii, et haec senectus, tis, et haec senitia, ae ·i· pilatura labrorum, et hic et haec senior, is; unde senius adv. et senissimus, a, um, et senissime adv. et hic senitio, nis ·i· senex; unde Plautus: tibi satis est si hunc senitionem serves anus. Item ab hoc nomine, quod est senex, hic senatus, us, senator, ris, senatorius, a, um, senaculum ·i· domus ubi senatus congregatur, et seneo, es; unde senesco, cis, et consenesco, cis, et resenesco, cis. Sic et seneo componitur conseneo, es. Senex componitur quamsenex ·i· valde senex.

Sumo, is, psi, tum, tu, verb. activ. Inde hic sumptus, us; unde sumptuosus, a, um, et sumptuo-

se adv. et haec sumptuositas, tis, et sumptuarius, a, um ·i· sumptu plenus, quod etiam sumpturius, a, um, dicitur; unde Macrobius de Saturnalibus: lex cornelia, et ipsa sumpturia ·i· de sumptibus agens, vel sumptibus plena. Item a sumo, summus, a, um; unde summe, summatim adv. et haec summitas, tis, et haec summa, ae. Sumo componitur consumo, is; unde consumptorius, a, um, et consumptorie adv. et consumptus, a, um, et haec consumptio, nis, et consummo, as; unde consummatus, consummatio, is. Praesumo, is; unde praesumptus, a, um, et praesumptio, et praesumptivus, a, um; unde praesumptive adv. et hic et haec praesumptibilis, et hoc le, et praesumptuosus, a, um; unde praesumptuose adv. Assumo, is; inde assumptus, a, um, et assumptio. Absumo, is; unde absumptus, et absumptio. Resumo, is; unde resumptus, et resumptio.

Sacio, as; inde saciatus, a, um, saciatio, nis, saciabilis, quod componitur insaciabilis; et haec sagina, ae ·i· pinguedo; unde saginarius, a, um ·i· pinguis, et sagino, as ·i· pinguescere, et hoc sagimen, nis, et hoc sagimentum, ti, vel saginamentum ·i· pinguedo. Item a sacio, sat, et satis adv. et componitur satago, is, et ab istis verbalia; et hic satelles, tis ·i· minister crudelitatis; unde satellicium. Sacio componitur resacio, as.

Sepelio, is, ivi, itum, tu, verb. activ.; unde sepultus, a, um, quod componitur insepultus, et haec sepultura, ae, et hoc sepulcrum, cri; unde hoc sepulcriolum, li, et hic et haec sepulcralis, is. Sepelio componitur consepelio, lis; unde consepultus, a, um.

Sophos indeclinabile ·i· cantus sapienter dictus;

inde hic sophus ·i· sapiens, et hic sophista, ae ·i· sapienter loquens; unde sophisticus, a, um, et inde sophistice adv. et haec sophia, et hoc sophisma, tis ·i· sermo involutus; unde sophisticus, a, um, et sophismatice adv. et haec philosophia, ae, et philosophor, aris ·i· philosophice loqui.

Strido, is, stridi, verb. neut. et caret supinis. Inde hic stridor, oris, et stridosus, a, um ·i· stridore plenus, et stridulus, a, um, et haec strigilis, is, quod et pro patella dicitur, et pro ferro illo unde equi purgantur; unde Iuvenalis: i, puer, et strigiles Crispini ad balnea defer. Item a strido pluraliter hae striges, ium ·i· aves nocturnae, et strideo, es; unde stridesco, is.

Splendeo, es; inde hic splendor, oris, et splendidus, a, um; unde splendidulus, a, um ·i· aliquantulum splendidus, et haec splendona, ae ·i· gladius; unde Iosephus in nono: dans unicuique iaculaturam, et arcus, et loricàs aereas, et splendonas. Et splendesco, is, quod componitur resplendesco, cis. Item a splendeo, hic splen, nis ·i· locus ubi videtur esse risus; unde Persius: sed sum petulanti splene cachinno. Et per compositionem splendificus, a, um; unde splendifice adv. et haec splendificentia, ae ·i· claritas. Splendeo componitur resplendeo, es.

Scateo, es, scatui, verb. neut. et caret supinis. Inde haec scatebra, ae ·i· locus plenus humore et eruptione aquarum; unde Virgilius: scatebrisque arentia temperat arva; et inde scatebrosus, a, um, et haec scatebrositas, tis, et haec scaturigo, nis ·i· eruptio aquarum; unde Augustinus de civitate Dei: in occidentis plagis scaturigines quasdam et proluviones dicit strages dedisse. Et scatesco, cis, et scaturio, is.

Digitized by Google

Saevio, vis; inde saevus, et comparatur saevior, saevissimus; unde saeve, saevius, saevissime adv. et haec saevicia, ae, et haec saevicies, ei. Saevus componitur quamsaevus ·i· valde saevus. Saevio componitur daesevio, vis.

Soror; inde haec sororcula, ae ·i· parva soror, et hic sororius, rii ·i· sororis filius, quod etiam hic sobrinus, ni, dicitur; unde haec sobrina, ae ·i· filia sororis. Sobrinus componitur consobrinus, ni ·i· cognatus; unde Terentius in Andria: est ne hic Crito consobrinus Chrysidis; et inde haec consobrina, ae. Item ab hoc nomine quod est soror, sororisso, as ·i· sorori assimilari, et hic socer, ri ·i· pater uxoris meae, et haec socrus, crus* ·i· mater uxoris meae. Socer componitur hic prosocer ·i· pater patris uxoris.

* cod. *cri.*

Scortes, tis ·i· pellis arietis feminino genere. Inde hoc scortum, ti ·i· meretrix; unde scortor, aris ·i· meretricari; et inde scortator, oris, scortatorius, a, um, scortatus, a, um, scortatio, nis, et hoc scortatorium, ii ·i· domus scortantium, et hic scordiscus, ci ·i· crudum corium, et hic scordalus, li ·i· ferox et inmansuetus, et haec scoria, ae ·i· sordes metallorum, quae aliter dicitur siginus. Scortor componitur discortor, aris; et inde verbalia.

Super praepositio; inde supra, quod ponitur pro positivo, et comparatur superior, supremus; unde superius, supreme adv. et haec supremitas, tis, et supernus, a, um, et hic et haec supernas, tis ·i· superna colens, et superus, a, um. Item a super, supero, as; unde superatus, superatio, superabilis, quod componitur insuperabilis. Et supero componitur exsupero, as; et inde verbalia. Item a super superbus, a,

um, quod comparatur superbior, superbissimus; unde superbe, superbius, superbissime adv. et haec superbia, ae; et hoc supparum, ri ·i· manica ornatus causa super aliam inducta, vel etiam extremitates velorum, quod in Lucano repperies. Et superfluus, a, um; unde superflue adv. et haec superfluitas, tis. Et per compositionem, hoc supercilium, ii; unde superciliosus, a, um ·i· superbus. Hinc etiam plurimae aliae partes dicuntur, quae in aliis locis competentius dicentur.

Scribo, is, psi, tum, tu, verb. activ. Inde hic scriptor, oris, scriptus, a, um, et haec scriptura, ae, et hoc scriptorium, rii. Et scriptito, as, et scriptim adv. ·i· expresse. Scribo componitur inscribo, is; unde inscriptus, a, um, et inscriptio. Perscribo, is; unde perscriptus, perscriptio. Ascribo, ascriptus, ascriptio. Proscribo, proscriptus, proscriptio. Describo, descriptus, descriptio. Rescribo, rescriptus, rescriptio. Circumscribo, circumscriptus, circumscriptio; et circumscripte ·i· argute, et stricte adv. et circumscriptus componitur incircumscriptus.

Serpo, is, pii, vel ivi, verb. activ. et caret supinis. Inde hic serpens, tis, et serpentulus, a, um. Et componitur serpentigena, ae ·i· de serpente genitus. Item a serpo, haec serpedo, nis ·i· tumor qui serpit in cute, et hoc serpillum, li ·i· herba, quae cerifolium dicitur; Virgilius: allia, serpillumque herbas contundit olentes. Serpo componitur proserpo, is; inde haec Proserpina, ae.

Scindo, is, scidi, scissum, su, verb. activ. Inde scissus, a, um, et haec scissio, nis, et haec scissura, ae, et scissim adv. et hoc schisma, tis; unde schis-

Digitized by Google

maticus, á, um, et schismatice adv. Et item a scindo haec scintilla, ae; unde haec scintillula, ae, et scintillo, as ·i· fulgere. Scindo componitur conscindo, is; unde conscissus, a, um, et haec conscissio, nis. Excindo, is; unde excissio, nis, et excisus, a, um, et hoc excidium, dii ·i· destructio; unde excidiosus, a, um ·i· excidio plenus. Discindo, is, discissus, a, um, discissio, nis, et hoc discidium, dii. Praescindo, is; inde praescissus, praescissio, et praescidaneus, a, um ·i· ad praescidendum habilis. Componitur etiam rescindo, is, abscindo, is, circumscindo, is, et ab istis verbalia.

Spero, as; inde speratus, quod componitur insperatus; unde insperate adv. et haec spes, ei, quod componitur expes ·i· extra spem; unde Persius: donec deceptus et expes. Item a spero hic specus, us ·i· fossa subterranea, quod hoc specu indeclinabile dicitur, et hoc spelaeum, i. Spero componitur despero, as; unde desperatus, desperatio, desperabilis.

Sperno, is, sprevi, tum, tu, verb. activ. Inde spertus, a, um, quod componitur conspretus; et illud componitur inconspretus ·i· laudatus, et probatus, et hoc spermen, nis ·i· semen, et hic et haec spernax, cis, qui alios semper spernit. Et per compositionem aspernor, aris ·i· spernere; unde aspernatus, aspernatio. Sperno componitur consperno, is.

Spargo, is, arsi, sum, su, verb. activ. Inde sparsus, a, um, et sparsim adv. et hoc sparsorium, rii ·i· res cum qua aliquid spargitur, et componitur aspersorium, rii, et hic et haec sparsilis, et hoc le; unde sparsiliter adv. et sparsito, as ·i· frequentativum, spargere. Spargo componitur aspergo, is, inde asper-

sus, a, um, et haec aspersio, nis, et haec aspergo, nis ·i· aspersio, et aspersim ·i· sparsim; et aspergito, as ·i· saepe spargere. Item componitur respergo, is, conspergo, is, dispergo, respergo, circumspergo, et ab istis verbalia.

Sidus, eris; inde sidereus, a, um, et hoc siduſculum, li ·i· parvum sidus, et sidereo, as, quod non est in usu; sed componitur considero, as, et desidero, as; unde desideratus, desiderativus, a, um, et desiderative adv. et hoc desiderium, rii.

Sanna, ae ·i· derisio; inde haec sannula, ae, et hic sandapila, ae ·i· scurra, et sanno, as, quod non est in usu; sed componitur subsanno, as ·i· deridere; inde verbalia.

Salvo, as, verb. neut. Inde salvator, oris, salvatio, nis. Et salve, salvete, salveto, salvetote, verb. defectiv. Et salvio, is ·i· salvum facere; unde Horatius: urbis amatorem Fuscum salvire iubemus. Et per compositionem salvifico, as; unde verbalia, et salvificus, a, um.

Stupeo, es, ui, verb. neut. Inde stupidus, a, um, et hic stupor, oris, et stupido, as ·i· stupere; unde Marcianus: quod pavidum stupidet sapiens. Et per compositionem stupefacis, is; unde stupefactus, a, um, et stupesco, cis, quod componitur obstupesco, cis. Et stupeo componitur obstupeo.

Stips, is ·i· obolus; inde stipus, pi ·i· mendicus, qui petit stipem, et hoc stipendium, dii ·i· precium de stipe, et hic stipendiarius, rii, quĩ stipem capit pro servicio; et stipulor, aris ·i· rogare; unde Iuvenalis: quantum vis stipulare, et protinus accipe; et inde verbalia. Et componitur astipulor, aris ·i· auxiliari, et

astipulator, oris, astipulatus, a, um, et haec astipulatio, nis, et hoc astipulamen, nis ·i· auxilium.

Spina, ae; inde haec spinula, ae, et spinosus, a, um; unde spinose adv. et haec spinositas, tis, et hoc spinetum, ti ·i· locus in quo spinae crescunt, et spineus, a, um ·i· de spinis factus, et spinulentus, a, um ·i· spinis plenus, et hoc spintum indeclinabile ·i· fibula, vel armilla; unde Plautus: nisi mihi dederis spintum novum, et pallam, numquam factum repperies; et inde hoc spinthereulum ·i· parvum spinther. Spina componitur hic et haec exspinis, is ·i· locus extra spinas; et spinifer, a, um, et hic et haec spinigena, ae ·i· de spina genitus.

Somnus *, ni; inde somnolentus, a, um; unde somnolenter adv. et haec somnolentia, ae, et somniculosus, a, um ·i· somno plenus; et inde somniculose adv. unde Plautus in Amphitrione: non soleo ego somniculose heri imperia sequi. Item ab hoc nomine somnus, somnio, as; unde sompniator, sompniatus, sompniatio, et hoc somnium, nii, et sompnito, as ·i· saepe somniare. Somnus componitur hic et haec insompnis, et hoc ne ·i· sine somno, et hic et haec exsomnis, et hoc ne ·i· extra somnum; unde Horatius in Odis: exsomnis stupet Evias *.

* cod. *sonn.* hic et infra, ut Itali loquuntur.

* cod. *Enchias.*

Spica, ae; inde spicatus, a, um, sicut in Evangelio legimus unguentum spicatum, quia de spicis aromatis fuit factum; et hoc spiculum, li ·i· telum, eo quod ad instar spicae acuatur; et inde spiculor, aris ·i· iaculari; unde spiculator, oris, qui portat spiculum ad occidendum, et spiculatus, a, um, et haec spiculatio, nis. Spica componitur inspico, as ·i· acuere; unde Virgilius: ferroque inspicat acuto; et inde inspicatus, et inspicatio.

Semis ·i· dimidius; inde haec semita, ae ·i· dimidium iter. Et per compositionem hic et haec seminecis ·i· exanimis, et hoc semicinctium, tii ·i· cinctura, et semesus, a, um ·i· ex parte comestus, et semustus, a, um ·i· ex parte ustus, et haec semianimis, et hoc me, et hic semo, nis ·i· semihomo; unde Marcianus: quos hemitheos dicunt, quosque latine semones; et inde hic semunculus, li, vel semunciolus. Item a semis per compositionem hic et haec semimas, ris ·i· semimasculus, hic et haec semicor, oris ·i· dimidium cor habens, semirutus, a, um, ex parte corruens; hoc semiplagium, gii ·i· quoddam parvum rete, hic et haec semiermis, is ·i· ex parte armatus, hoc semilunium, nii ·i· dimidia luna, hoc semisomnium, nii ·i· dimidia vigilia. Hinc etiam multae aliae partes dicuntur, quae aliis in locis aptius proferentur.

Scus nomen indeclinabile ·i· discus; inde haec scutella, et hic scutellarius, rii, et hic scutulatus, ti ·i· equus habens candidos orbes, et hoc scutum, ti, eo quod in scutellae modum antiquitus rotunda fiebant; unde hic scutarius, rii, et haec scutica, ae ·i· lorum unde domina verberat ancillam. Item hic scurra, ae ·i· lecator quasi scutellam radens; et inde hic et haec scurrilis, et hoc le, et haec scurrilitas, tis, et scurror ·i· dissolute vivere; unde Horatius: scurror ego ipse mihi.

Sicco, as; inde siccatus, siccatio, et hoc siccamen, nis, et siccus, a, um, quod comparatur siccior, siccissimus; unde sicce, siccius, siccissime adverb. et haec siccitas, tis, et haec siccitudo, nis. Sicco componitur exsicco, as, et desicco, as, et ab istis verbalia.

Scelus, ris; inde scelerosus, a, um, et scelerose

adverb. et haec scelerositas, tis, et scelestus, a, um ·i· scelerosus.

Sipo, as, non est in usu; sed componitur obsipo, as ·i· farinam in pultes facere, quod et pro spargere, vel conminuere dicitur; sicut dicimus: obsipa pullis escam; et inde obsipatus, et obsipatio. Componitur et dissipo, as; unde dissipatus, dissipatio, et dissipatim adverb.

Sitis, is; inde haec siticula ae ·i· parva sitis, et sitibundus, a, um; unde sitibunde adverb. et siticulosus, a, um ·i· aliquantulum sitiens, et haec situla, ae ·i· restis cum qua aqua trahitur; et sitio, tis, tii, vel sitivi, quod componitur resitio, tis.

Sursum, adverb. unde hic surus, ri ·i· truncus qui remanet post abscisionem arboris; unde hic surculus, li, diminut. Sursum componitur surgo, is; et dicitur surgo quasi sursum me erigo, quod componitur resurgo, is; assurgo, consurgo, exsurgo, insurgo.

Solido, as; inde solidatus, solidatio, et hoc solidamen, nis, et hoc solidamentum, ti, et solidus, a, um, quod comparatur solidior, solidissimus; unde solide, solidius, solidissime adverb. et haec soliditas, tis. Solidus componitur insolido, as; et resolido, as.

Stirps, pis ·i· radix; inde stirpitus adverb. ·i· radicitus, et stirpo, as ·i· eradicare. Et componitur extirpo, as; unde extirpator, extirpatus, extirpatio.

Scalpo, is; inde hoc scalprum, ri ·i· crupulus; unde Marcianus: scalprum primo vibranti demonstrabat acumine: hinc etiam Horatius in Odis: si scalpra, et formas non sutor; et hoc scalpellum, li, diminut. et scalpito, as, ·i· frequenter scalpere, et scalpurio, is.

Serus, comparatur serior, serissimus; unde se-

re, vel sero, serius, serissime adverb. et serotinus, a, um ·i· serus, et hoc serum, ri ·i· mesga, et haec sera, ae; unde sero, as, ·i· firmare, et componitur obsero, as ·i· firmare, et resero, as ·i· aperire: consero, as ·i· affirmare: absero, as ·i· aperire, et ab istis verbalia.

Sculpo, is, psi, tum, tu, verb. neut.; inde sculptus, a, um; unde sculpte, et sculptim adverb. et haec sculptura, ae, et hic et haec sculptibilis, et hoc le, vel sculptilis; unde sculptiliter vel sculptibiliter adverb. et sculpito, as, verbum frequentativum.

Sospes, tis; inde haec sospitas, is, quod etiam sospio, is, dicitur.

Strenuus, a, um ·i· cautus; inde strenue adverb. et haec strenuitas, tis, et strenuissimus, a, um. Et componitur quamstrenuus, et perstrenuus in uno sensu.

Supino, as; inde supinatus, supinatio, supinus, a, um, quod etiam suppus, a, um, dicitur. Et componitur resupinus. Sic et supino componitur resupīno, as; et inde verbalia.

Strepo, is; inde hic strepitus, us, et hic strepor, oris. Et componitur astrepo, perstrepo.

Saxum, xi; inde saxeus, a, um, et saxosus, a, um. Et componitur saxificus.

Scandalum, li ·i· offensio; inde scandalizo, as; et inde verbalia.

Susurro, as; inde verbalia, et susurranter adverb. et hic susurro, nis ·i· murmurator, et hoc susurrium, rii, quod etiam hoc susurrum dicitur; unde Virgilius: et laeto somnum suadebit inire susurro.

Scirpus, pi ·i· iuncus; inde scirpeus, a, um, et scirpinus, a; um, et hoc scirpetum, ti ·i· locus ubi crescit.

Singulto, as; inde verbalia; et hic singultus, us, singultuosus, a, um ·i· singultibus plenus, et singultuose, et singultim adverb.; unde Horatius in Sermonibus: singultim pauca locutus.

Sedulus, a, um; inde sedule adverb. et haec sedulitas, tis. Et componitur persedulus, et quamsedulus.

Subtilis comparatur subtilior, subtilissimus; unde subtiliter, subtilius, subtilissime adverb. et haec subtilitas, tis, et subtilio, as ·i· subtiliter agere.

Saucius, a, um; inde saucio, as; unde sauciatus, sauciatio.

Stimulus, li; inde stimulo, as; inde verbalia. Et componitur instimulo, as.

Schola, ae; inde scholasticus, a, um; unde scholastice adverb. et hic et haec scholaris, et hoc re; et inde scholariter adverb. Et per compositionem discolus, a, um ·i· discordans.

Sallo, is; inde hic psalmus, mi, et hic psalmista, ae, et hoc psalterium, rii; unde hoc psalteriolum, li, et haec psalmodia, ae, et psalmito, as ·i· frequenter psalmos psallere. Psalmus componitur psalmographus ·i· psalmorum scriptor, et hic * diapsalma, ac ·i· medietas psalmi, et syupsalma, ae ·i· tota consonantia psalmi.

* ita cod.

Stupror, aris; inde struprator, stupratus, stupratio, et hoc stupratorium, rii, et hoc stuprum, pri. Stupror componitur constupror, aris; et inde verbalia.

Sisto, is, sisti, verb. activ.; inde hoc sistrum, ri ·i· tuba; unde Prudentius: resono medicantes vulnera sistro. Et componitur consisto, is; unde hoc consistorium, rii ·i· vestibulum porticus. Obsisto, is; unde haec obsistentia, ae. Resisto, is; assisto, is; subsisto, is; insisto, is; persisto, is.

Digitized by Google

Stella, ae, ut quibusdam placet, dicitur a stando; inde stelleus, a, um ·i· clarus, et stellatus, a, um ·i· stellis circumdatus.

Stilla, ae; inde haec stillula, ae, et stillo, as; inde verbalia, et hoc stillicidium, dii ·i· locus ubi stillae cadunt. Et componitur instillo, as; et distillo, as, et ab istis verbalia.

Stringo, is, inde strictus, a, um, et strictim adverb. et constringo, is, et restringo, is.

Stultus, a, um, comparatur stultior, stultissimus; unde stulte, stultius, stultissime adverb. et haec stultitia, ae, et stultatus ·i· stultus effectus. Et componitur stultiloquus.

Segnis, is ·i· piger; et dicitur segnis quasi sine igne; et inde segniter adverb. et haec segnicia, ae, et haec segnicies, ei. Segnis componitur quamsegnis.

Socors, dis ·i· piger; et dicitur socors quasi sine corde; inde socorditer adverb. et socordia, ae.

Stomachor, ris ·i· furere; inde verbalia; et hic stomachus, unde stomaticus, a, um, qui infirmitatem in stomacho patitur, et haec stomacula, ae ·i· extum interius.

Struma, ae ·i· gibbus; inde strumosus, a, um, et haec strumositas, tis ·i· gibbositas.

REPETITIONES.

S

Statiuncula, parva statio.
Stationarius, ad standum constitutus.
Statura *, forma stantis.
Stativus, ad standum paratus,
Statua, imago, effigies, iconia.
Statuarius, qui facit statuas.
Stater, pondus argenti.
Sambuca, instrumentum musicum.
Sambustria, quae canit in sambuca.
Stolus, classis navium.
Stivarius, arator, sulcator.
Stiva, cauda aratri.
Stipes, titio qui ad comburendum in igne stipatur.
Stipare, fulcire, subniti, subpodiare.
Stips, obolus, assis, ratitum, eo quod sit simile rati.
Stipendium, pretium de stipe acceptum.
Stipendinarius, qui stipendium accipit.
Sabana, sindonis.
Stera, pellicula in qua puer involvitur.
Stericus in stera infirmatus.
Subses, qui habilis est ad subsistendum.
Stipatim, cumulanter, cumulatim, glomeranter, glomeratim, aggreganter, aggregatim.
Sensuosus, sensibus plenus, sensatus, sensualis, doctus, eruditus.
Sentina, locus in navi ubi aqua undecunque confluit.
Sentes, spinae, vepres.
Sentus, spinosus, hirsutus.
Senticosus, spinosus, hispidus, hirtus.
Sturticosus, scaber, scabrosus, squarrosus, horridus.
Sensim, sensibiliter, docte, erudite, instructe, sapide, sapienter, sensuose, sensate, sensualiter, fabre, ingeniose, artite, sophistice, caute, strenue, gnare.
Sentinare, aliquid in animo sensim diiudicare.
Saphon, funiculus in prora navis.
Salpista, in tibiis canens.
Sententiola, parva sententia.
Stilbon, celer, et dicitur pro Mercurio. Marcianus: cum Stilbonte incedens connubiis allubescebat.
Sarcitector, qui tecta resarcit.

* cod. *statera*.

Digitized by Google

Sacellum, parvum templum.
Sacrista, secretarius.
Sacernus, sacer animus, vel eminentior pars animae.
Sacrificina, locus ubi sacrificatur, vel domus.
Saburra, ancora, vel locus ubi naves locantur.
Sabiare, vel saviare, osculari, basiari.
Saginarius, equus non laborans, sed quiescens.
Stipulari, rogare.
Sacrosanctus, in sanctitate confirmatus.
Sacerdotula, filia sacerdotis.
Saporus, sapore plenus.
Sternax, strasilis, sternibilis qui facile sternitur.
Stratia *, militia.
Stratorium, stabulum iumentorum.
Strategus, praetor. Plautus: nec quisquam est strategus tam potens.
Stratilates, dux militum.
Strataria, pretiosa vestis.
Strabo, qui obliquos habet oculos, luscus qui parum habet luminis.
Strabus, idem quod strabo.
Spiraculum, quo inspiratur.
Scenulae, meretriculae, quae in scenulis prostituebantur.
Spira, revolutio serpentis.
Sepire, circumdare, ambire, circumcludere, circumtexere.
Sepecula, parva sepes.
Sepia, incaustum.
Saepiuscule *, saepe, crebro, frequenter, multotiens, saepenumero.
Surdaster, aliquantulum surdus, quod et surdulus dicitur.
Sectarius, aries, vervex quem oves sequuntur.
Sediculum, parvum sedile.
Saga, sagax, sapiens.
Sagittula, parva sagitta.
Sorbicuncula, sorbecula, parva sorbes.
Sorbillare, frequenter sorbere.
Sorbillator, degulator, potator, ganeo, helluo, tabernio, ebibitor, consumptor.
Sodalis, socius, consors, comes, condiscipulus, contubernio.
Sodalicium, societas, consortium.
Sodes, age, heodum, agedum, vox hortantis.
Sorticula, parva sors.
Secius, segnius. Terentius: nihilo secius sortividus sortilogus.
Sorica, cuiuslibet rei congeries.
Satum, quaedam mensura.
Sementivus, ad seminandum aptus.

* retro *saepiuncule*.

* Sic retine etiam retro.

Sementis, semen, quod in Genesi repperies.
Seminium, proficuum ex semine.
Semiverbius, seminator verborum.
Sandapila, feretrum mortuorum.
Scamata, sedes luctantium.
Schema, figura dictionis.
Series, ordo.
Seria, res utiles.
Seriatus, in ordine ductus.
Serum, mesga.
Seria, olla, urna.
Seriatim, ordinatim, ordinate, digeste, digestim, ductim, explicate.
Serotinus, serus, tardus, extimus, extremus.
Seriare, ordinare, explicare, digerere.
Sermunculus, parvus sermo.
Sermocinari, sermonem facere.
Seriola, parva olla.
Specular, speculum.
Suspicamen, suspicio.
Schemata, figurae locutionis. Marcianus: figurasque, et schemata requirebat.
Sutricula, parva sutrix.
Subula, broca ferrea.
Spectabilis, decorus, conspicuus, conspicax, conspicabundus, pulcher, speciosus, illimis, perspicax, perspicuus, effaecatus, decorosus, formosus, vernus, sincerus.
Specula, altus locus ad conspiciendum.
Surim, subrisibiliter, vel punctim.
Suillus, porcinus.
Subucula, camisia, interula.
Suris, musculus brachiorum.
Subulcus, custos porcorum.
Specimen, species, decor, perspicacia, perspicacitas, speciositas, venustas, forma, conspicacia, conspicacitas, pulchritudo, formositas, vernantia, splendificentia.
Suculus, parvus porcus.
Sumen, minutum extum porcorum.
Sucinum, ambana * porci.
Sanies, putredo, scaries.
Sinceres, sine carie.
Sincerus, purus, et clarus quasi situs in cera.
Sectim, sectiliter.
Sectilis, ad secandum habilis.
Sectivus, quod facile secatur.
Sica, gladius, mucro, ensis, cluniculus, machaera, splendona, framea.
Sugrundaria, sepulcra.
Sugrundia, fundamenta.
Sullus, animal in flumine canini capitis, et est inimicus crocodilo.
Secespita, securis, dolabra.
Samocracius, aureus anulus.

* cod. heic *archana*.

Sincinnia, cautio solitaria.
Stragula, muliebre indumentum.
Scipio, virga ante triumphantes delata.
Simpulum, cyathus, parvus scyphus.
Simpulatrices, mulieres cum cyatho bibentes.
Sinciput, prima pars capitis.
* retro *sternia.* Saltria *, saltatrix.
* retro *saltera.* Sincinium, vox singularis cantilenae.
Suriscula, vas aquarium.
Salignus, de salice.
Salictum, locus ubi salices crescunt.
Salebra, fractura viarum, vel lutum in via.
Salares, ludi ioco pleni.
* retro *Salaria.* Salacia *, Dea maris.
Sales, verba iocose inventa. Plato: plus placuit salibus quam forma.
Saltitare, frequenter saltare.
Sussilire, sursum salire.
Salmentum, salsamentum.
Salinum, vas in quo sal reponitur, vel locus in quo efficitur.
* cod. heic *syntonia.* Symptoma *, capitis dolor.
Sindibalum, fundibalum, funda.
Strophium, pallium virginale.
Spadix, equus castratus.
Spado, qui castratur.
Saviari, osculari.
Savium, osculum cum saliva.

Salum, mare, pontus, fretum, pelagus, Thetys, Nereus, profundum, Neptunus.
Sollennizare, sollennia colere.
Subsolanus, ventus ab oriente.
Sciolus, aliquantulum sciens.
Scibilis, docilis, ad sciendum habilis.
Scitus, sapiens.
Scite, sapienter.
Storea *, lectisternia, quasi solo strata.
Stranguria, restrictio urinae.
Sanna, derisio.
Sciscere, saepe scire.
Sciscitari, scrutari.
Subditivus, subditus, subiectus.
Subfibulum, succinctorium, brachile.
Subligaculum, subligar dicitur pro succintorio, vel pro zona.
Serratus, cum serra secatus.
Segmenta, longa corporis indumenta.
Securicula, parva securis.
Sicarius, gladiator, qui fert sicam.
Sandalia, genus calciamenti.
Subater, parum ater.
Subtristis, parum tristis.
Surrentinum, genus vini. Persius: lenia loturo tibi surrentina rogabit.
Secutivus, facilis ad sequendum.
Sequax, sequester, sequens.

Sequestrare, sequi, sectari.
Sospitare, sanum facere. Prudentius: sospitet ut iecur incolume.
Stolidus, stultus, insipiens, insulsus, brutus, blennus, fungibardus, exsensis.
Succuba, subtus cumbens. Succidus, humidus. Iuvenalis: quid succida nollet lana pati.
Succulentus, succosus, succidus, humectus, humidus.
Suburbium, mansio sub urbe.
Suffire, sufficere. Virgilius: aut suffire thymo cerasque recidere.
Siligo, genus annonae.
Silurus, minutus piscis.
Siligineus, de *siligine* ·i· de illa annona factus.
Socors, piger, segnis, remissus, laxus, iners.
Socordia, pigritia, inertia, segnitia.
Silex, petra.
Silicernus, moribundus, quasi silicem ·i· sepulcrum cernens.
Silicernium, similis mortuo.
Separ ·i· seorsum, aperte.
Stemma, descriptio, vel nobilitas. Prudentius: prisci stemma.
Subses, qui subtus sedet.
Semipaganus, rusticus, indoctus.
Stigma, fixura.
Subcus, qui sub cute est infirmus, qui et subcutaneus. dicitur, et subcirratus, et intercus, et subtercutatus, et subtercutaneus.
Sinistrorsum, in sinistra parte.
Sinuosus, amplus, dilatatus, expansus, latus, amplificatus, ramosus.
Sinuamen, amplitudo, dilatatio, expansio.
Silentiolum, parvum silentium.
Sinum, vas pastorale.
Satur, saturatus, satiatus, repletus, refertus.
Subglutire, ligurire, lingere, sorbillare.
Sublinguium, operculum gutturis.
Subpurentus, purulentus, ad puritatem redactus.
Simultum, vermis in cornibus arietum.
Simultas, latens odium.
Satyra, carmen derisionibus plenum.
Structim, ornate.
Senio, sex puncti in tessera.
Squarrosus, hirsutus.
Scansile, ferrum per quod equus scanditur.
Scabellum, scamillum, scamellulum
Scapulosus, scapulis dilatatus.
Scapularius, vestis scapulas tegens.
Scapus, humerus.

Scapere, grattare.

Scaphium, locus ubi arma reponuntur.

Scaber, scabidus, scabiosus, scabrosus, scabreus, vetustus et aetate detritus.

Scabreolus, aliquantulum vetustus.

Scabia, scabies, scabitudo.

Scabrones, vespae cum longis cruribus.

Scopare, purgare.

Scopa, qua domus purgatur.

Scopes, ferrum unde ligna planantur.

Spatharius, gladiator.

Stolopus, bucca inflata. Persius: nec stolopo tumidas.

Sphaera, rotundus circulus.

Semisphaerium, hemisphaerium, media sphaera.

Solox, pecus consuetum multum pascere.

Suavium, suavitas.

Suffumigium, fumatio subtus facta.

Subpedaneus, scabellum sub pede.

Scrutabundus, scrutabilis.

Scrutillis, venter suillus farcitus.

Scrutinium, quicquid scrutatum est interius.

Scrutari, rimari.

Scrutum, vestis pauperum.

Scrutus, minutus lapis.

Scrupulus, anxietas, et molestia.

Spurcus, foetidus, foetulentus, spurcilentus, spurcosus, coenosus *, coenulentus *, foedus, faeculentus, olax, olidus, spurrulentus, exoletus.

Spurcidicus, inmunda dicens.

Spurcificus, inmunda faciens.

Spurcitia, foeditas, foetulentia, coenum, coenositas, coenulentia, oletum, foetor, faeculentia, putor, putiditas, spurculentia.

Scrupeus, asper, molestus.

Scruposus, asper, anxius.

Scrupulatus, curiosus, sollicitatus.

Sartores, sarcitores, reparatores.

Sandix, herba unde fit sandiceus color. Virgilius: sponte sua sandix pascentes vestiet agnos.

Sarcire, reparare.

Sartago, patella, et dicitur pro sicca materia.

Sartus, correctus, reparatus.

Serio, intente.

Sartarium, domus ubi vestes sarciuntur.

Sarcimen, sarcimentum, reparamen, reforamen.

Sarcinare, honerare, vel sarcire; unde resarcire pro reparare dicitur.

Sarire, silvam purgare, quod et enudare dicitur.

Sarcitectus, ille qui tecta sarcit.

* cod. scen.

* cod. scen. Sic et mox.

Sartatectum, restauratio tectorum.

Septemtrio, stella illa quae aliter dicitur arctos, et ursa, et arcturus, et arctophylax.

Septemplex, septies plicatus, quod est septuplum dicitur.

Septennis, septem annorum.

Septingenti, septies centum.

Sycophanta, falsus calumpniator.

Sycophantia, falsa calumpnia. Plautus: neque puduit id aetatis sycophantias struere.

Syllabatim, de una syllaba in aliam.

Saporius, sapore plenus.

Secus, iuxta, vel aliter. Plautus: quid fecimus tibi, aut quid diximus secus quam velles?

Sonticus, nocivus, noxius.

Spadix, equus castratus. Virgilius: spadices, glaucique color deterrimus.

Sessilis, ad sedendum habilis.

Subsellium, sedes. Persius: per subsellia levis trosulus exultat.

Seditio, rixa, discordia.

Sedentarius, qui parat sedes.

Suppeditare, auxiliari, suffragari, opitulari, subvenire, iuvare, succurrere, adiuvare, adiutare, praesidiari, tutari.

Suppedium, subsidium, suffragium, auxilium.

Sopitulamen, subventio, suppetiae.

Spatha, gladius, eo quod spaciosa sit, et lata, quod etiam aliter dicitur mucro, ensis, machaera, cluniculus.

Stibia, herba unde efficitur unguentum.

Stiliones, radices, stirpes, racemi.

Scropha, sus, porca. Iuvenalis: atque eadem scropha fecundior alba.

Scrophipascus, qui pascit porcos. Plautus: scrophipasci qui alunt furfure sues.

Subiux, bos sub iugo.

Subiugalis, equus, vel asinus sub iugo.

Subhircus, locus foetidus sub ascella.

Subtela, corrigia quae tenditur sub cauda.

Subligar, cingulum subtus ligatum.

Surpicula, vimen, gracilis virga. Plautus: ora verberabo surpiculis piscariis.

Sanctimonia, sanctitas.

Subagitare, subtrahere, subducere.

Sanctimonialis, femina sanctitati dedita.

Sancire, firmare.

Sudosus, sudore plenus.

Sudus, purus, clarus, coruscus, lucidus, splendidus, stelleus, luminosus, luculentus, fulgidus, gemmeus, vernus.
Sudorare, sudare.
Sudes, pali qui figuntur in terra.
Sudates, qui facit palos.
Senaculum, domus ubi senatus congregatur.
Senitia, pilatura labrorum. Hieronymus : manducans senitias.
Senicio, senex.
Sumptuarius, sumptuosus.
Sumptuaria, lex quae de sumptu loquitur ; vel quae est sumptu plena.
Saginare, pinguescere.
Sagina, pinguedo, adeps, arvina.
Sagimen, sagimentum, vel saginamentum.
Sagiuarius, pinguis, carnulentus.
Satelles, minister crudelitatis.
Satellicium, satellitis praemium.
Sophos, cantus sapienter dictus.
Sophus, sapientia, sophia.
Sophista, sapienter loquens.
Sophisticus, sapienter institutus.
Sophisma, sermo involutus.
Stridosus, stridulus, stridore plenus.
Strigilis, patella, vel ferrum, unde purgantur equi.
Stillicidium, stilla cadens.
Stuporatus, stupefactus.
Splendidulus, aliquantulum splendidus.
Splendona, gladius.
Splendificentia, claritas.
Sulcones, qui sulcos faciunt.
Splendifice, spendide.
Splen, locus ubi est risus.
Scaturire, effluere.
Scatebra, eruptio aquosa.
Scatebrosus, aquosus.
Scaturigo, caverna unde aqua erumpit.
Saevities, saevitia, crudelitas, truculentia, feritas, feralitas, supplicium, cruciamen, ferocitas.
Sororius, sororis filius.
Sarracum, genus currus. Iuvenalis : sarraco veniente abies.
Sobrinus, cognatus, consobrinus, contribulus.
Sororissare, sorori assimilare.
Sororizari, alicui rei assimilari.
Sororcula, parva soror.
Stomacula, stomachus. Iuvenalis : divina stomacula porci.
Socer, pater uxoris.
Socrus, mater uxoris.
Simulac, simul. Horatius : ipse Deus simulac me solvet opinor.
Scortatorium, prostibulum,

meretricium, meritorium, tugurium.

Scordicus, crudum corium.

Scordalus, crudelis, saevus, ferus, feralis, crudus, ferox, truculentus.

Scoria, sordes metallorum, quod saginus dicitur.

Supernates, superna colentes.

Supparum, manica super aliam inducta, vel extremitas velorum.

Superciliosus, superbus, elatus, arrogans, insolens, vesicosus, tuberosus, ampullatus.

Scriptitare, frequenter scribere.

Scripturire, scribere desiderare. Priscianus: haec sunt desiderativa, scripturio, micturio.

Scriptorium, pluteum super quod scribitur.

Scriptim, expresse.

Symplegas cumulus terrae, et harenarum, quas terras Symplegadas timuit concurrentes Argo. Ovidius: undarum sparsas Symplegadas.

Serpedo, tumor qui serpit in cute.

Serpillum, caerefolium.

Speleum, specu, spelunca, fossa, scrops, specus.

Spermen, semen.

Spernax, qui alios spernit. Sidonius: non est admittendus in consilio spernax.

Sequauus, sequax, sequester, sequitivus.

Syntomata libri, incisiones chartarum.

Sutela, astutia, quasi subtilis tela. Plautus: possis clam me sutelis tuis praeripere.

Spalagma, compositio, ordinatio.

Stultatus, stultus effectus.

Somata, corpora.

Sparsorium, res cum qua aliquid aspergitur.

Sparsilis, ad spargendum habilis.

Spargitare, aspergitare, frequenter spargere.

Sandapila, scurra, lixa, corbellus.

Sanna, derisio, ludificatio, delusio, ludificamen, subsannatio.

Stips, obolus, assis, ratitum eo quod sit sicut ratis.

Stipus, mendicus qui petit stipem.

Stipendium, stipis praemium.

Stipendiarius, qui stipem capit.

Stipulari, rogare.

Subsannare, deludere, deridere, ludificare.

Spinulentus, spinosus.

Spinther, fibula.

Spintherculum, parva fibula,

vel armilla.
Stupidare, frequenter stupere.
Somniculosus, somnolentus, somno plenus.
Somnitare, saepe somniare.
Spiculum, telum, missile, vibraculum.
Spiculari, iaculari, vibrare.
Spiculator, iaculator, qui gerit spiculum.
Spicatus, de spicis aromatum factus.
Salvire, salvare.
Semicinctium, cingulum, cinctura.
Semustus, ex parte ustus.
Semesus, ex parte comestus.
Semunculus, semihomo.
Semones, semihomines.
Semiermis, ex parte armatus.
Semirutus, ex parte ruens.
Semicors, dimidium cor habens.
Semimaris, ex parte masculus.
Semilunium, dimidia luna.
Semisonium, dimidia caena.
Semiplagium, quoddam parvum rete.
Scutulatus, equus orbiculatus.
Scurrilis, ad ridendum facilis.
Scurra, lecator, corbellus, garcifer, gerra.
Scurrari, modo scurrarum vivere.
Scelestus, scelerosus, iniquus, nefarius, nefandus, nefastus.
Stomatica, medicamina apta stomacho.
Stigmatosus, stigmatibus i. vulneribus plenus.
Strepitare, saepe strepere, tumultuare.
Siticulosus, sitibundus, aliquantulum sitiens.
Situla, restis cum qua aqua trahitur.
Surus, qui remanet post abscisionem arboris.
Surculus, truncus renascens.
Sospitare vel sospire, sanitatem restituere.
Strepor, strepitus.
Strenuus, cautus, gnarus, astutus, vafer.
Stirps, stirpes, progenies, plebs, soboles, propago.
Subtiliare, subtiliter agere.
Synpsalma, tota consonantia psalmi.
Strophium, cinctorium. Prudentius: strophium, diadema, monile.
Succenturiatus, qui primae centuriae superest.
Soloecismus, vitiosa locutio.
Seprassarii, negociatores, mangones.
Spantabolae, mercatores, institores, actionatores.
Stellio, vermis nocte lucens.
Stilio, animal aliquantulum longum, quia stilon longum dicitur.
Syngraphia, totius census scri-

pturae, quod et prodica dicitur.
Singultuosus, singultibus plenus.
Singultim, singultuose.
Spongia, genus vasis.
Susurrum, susurrium.
Semovere, amovere.
Semotim, separatim.
Sumanus, Pluto quasi summus Manium.
Subaeratus, conductus.
Suffragari, auxiliari.
Sibigitare, subducere.
Subrimus, haedus quasi sub mamma positus.
Suppressim, submisse.
Suppodiare, inniti.
Seponere, amovere.
Supputare, numerare.
Subpedaneus, scabellum sub pedibus.
Subhircus, foetidus locus subter brachia.
Subicitare, subiectare, subicere.
Sublinguium, locus subter linguam.
Subcinere, subcanere.
Socors, piger, segnis, remissus.
Socordia, pigritia.
Succensere, irasci.
Syntheca, ubi totus thesaurus reponitur.
Stipadium, scacarium in quo luditur, eo quod hominibus ludum spectantibus stipetur. Sidonius: erat ibi scacarium, et purus abacus.
Stirpitus, radicitus, funditus.
Stirpare, eradicare, extirpare.
Scalpere, incidere.
Scalprum, cultellum unde inciditur.
Scalpellum, parvum cultellum.
Scalpitare, frequenter incidere.
Scalpurire, scalpere.
Sculpitare, frequenter sculpere.
Sculptim, caesim, carptim, dilaceratim, fractim, minutatim, dilaniatim, divisim.
Scissim, discissim.
Sinzygia, coniunctio.
Sinzygiare, copulare, coniungere, confoederare.
Strophium, pallium virginale.
Sistrum, tuba.
Scammata, scdilia, throni, agalmata.
Scheda, schedula, charta, tomus, syngrapha.
Scirpus, iuncus, biblus, papyrus.
Scirpetum, locus ubi iuncus crescit.
Struma, gibbus, tuber, glomer.
Strumosus, gibbosus, tuberosus, glomerosus.
Stomachari, saevire, furere, lymphari.
Subrufus, aliquantulum rufus.

Subtemen, lignum in quo tela texitur. Ovidius: inseritur radiis subtemen acutis.

Surrigere, sursum se erigere.

Subrogare, substituere.

Subtristis, aliquantulum tristis.

Subpar, subiectus.

Separ, seorsum a pare.

Separanter, separatim.

Suppalliare, occultare.

Subuncus, curvus.

Semuncia, dimidia uncia.

* ita cod. Suggestus, tribunal iudicum, a rebus suggerendis.

Suggillare, suggerere.

Siligo, genus tritici.

* cod. *sicominus*. Subligar, succinctorium.

Sinceres, sine scarie, puri, et illimes.

Subsiciva, frusta illa quae sutor scindit.

Subtercus, foetor sub cute natus.

Suber, tenuis cortex inter corticem exteriorem et lignum, quod etiam liber dicitur. Persius: ut ramale vetus praegrandi subere coctum.

Salacia, Dea maris, quae et Thetys.

* cod. *salacium*. Salarium *, annona, corradium, victus.

Scindilae, candelae, eo quod saepius scindantur.

Scobere, fodere.

Scopon, puritas.

Scholicista, scholasticus i. scholas tantum sciens.

Scopatus, mundatus, purgatus, effaecatus.

Sententiosus, sententiis plenus.

Sensiva, coniunctio

Sepimina, sepimenta ovium, et caularum munimenta.

Sequipeda, pedissequa, quae sequitur pedes dominae.

Symmystes, sacrista, secretarius.

Sinsiclius *, sol quasi solus cyclum habens.

Syntagma, doctrina, documentum.

Siquominus *, alioquin, si aliter quam dico.

Syrmata, longae vestes quae et segmenta dicuntur.

Solirius, mons quod solus sit altior ceteris.

Somata, corpora.

Suffocare, subfimigare, supprimere, strangulare.

Sutrivium, sutorium, domus sutoris.

Sutrivator, sutor.

Suspicax, de quo potest haberi suspicatio, vel qui est suspiciosus.

Spoliaria, exteriores cellae balneorum.

Stemicare, ornare, vel nobilitare, a stemmate i. a nobilitate.

Stillicatim, stillatim, guttatim.
Sambucistria, canens cum sambuca.
Scarpinare, fodere gallinarum.
Schematizare, figurare, umbratice loqui.
Scenofactorius, a scena ·i· ab umbra dicitur.
Scropheta, porcarius, subulcus, quia scrophosus dicitur.
Scutica, virga.
Scrutilla, corrigia minor, qua gubernatur scutum contra ventum.
Scrutinium, scrutamen, exquisitio, curiositas.
Secordes, seorsum a corde, remissi, fragiles, molles.
Semodius, dimidius modius.
Segmata, longae vestes; unde et segmenta in eodem sensu, et segmentatus ·i· tunicatus.
Septizonium, locus in caelo ubi sunt septem zonae.
Sesquilibra, libra et dimidia.
Sesquipedalis, vel sesquipes, dimidius pes; vel ut alii volunt, plenus pes.
Sesciplum, dimidium.
Sexcuplum, sexies plicatum.
Symbolones, vel symbolatores, convivae dicuntur.
Simanchicus, suspiriosus.
Synergus, cooperator; unde energumeni quasi extra operationem, sunt enim infirmi, energiam ·i· anxietatem patientes, et imo non operantes.
Subniger, obscurus, aliquantulum niger.
Submanicatus, permanicatus, ligatus.
Surripere, inducere, irretire, inescare, inicere, inplicare.
Spartus, virgosus frutex, asper et sine foliis.
Spasmus, genus infirmitatis.
Spermologus, seminator, quia sperma semen dicitur.
Splemen, risus; vel quaedam pars corporis; vel est locus risus, quod et splen dicitur.
Scopilia, ae, quae in domo scopantur, et foras proiciuntur.
Steradium, sterquilinium a stando foris, et eradendo.

PROLOGUS

NONAE DECIMAE LITTERAE.

Post haec Grammatica de nonadecima, inquit, littera, quae est T, inchoantes conmentum, tam vos qui dictata suscipitis, quae ipsi dictavimus, imo ut verius dicam totius boni corrosores invidos exorare disposui, quatinus sic vos dictata mentibus inferatis, ut ad vestrum cedat proficuum, sic et elegantissime declarata illi percipiant, ne ad iram propter haec, vel ad rixam in bonos promovendam concitentur. Sed nescit conquiescere procax semper et litigiosa invidia, quia ut scire videatur, cum maxime desipiat, solos scientes exprobrat et infestat. Nec ideo cessandum, immo multo propensius optimis studiis est insistendum, ut et istis perspectis et agnitis, vipereae linguae tamquam quibusdam cultris rescindantur, et boni quique sic apposita percipiant, ut et inde proficiant, et grates pro exhibitis nobis referendo collectentur *. De nonadecima itaque littera primum edisseramus tractatum, quae, ut refert Marcianus, appulsu linguae, dentibus inpulsis, extruditur. Dixit, et expromsit quod in effatis modo consit.

* ita cod.

T

Teneo, es, tenui, tentum, tu, verb. neut. Inde tentus, a, um, et hoc tentorium, rii, eo quod tenet inhabitantes, et tento, as; unde verbalia; et componitur retento, as, et intento, as, et ab istis verbalia. Item a tenco, hic et haec et hoc tenax, cis, quod comparatur tenacior, tenacissimus; unde tenaciter, tenacius, tenacissime adv. et haec tenacitas, tis, et hoc tenabulum, li, et hic Taenarus, ri ·i· mons in quo animae torquentur; unde pluraliter threnae, arum ·i· lamentationes; et tener, a, um, quod comparatur tenerior, tenerrimus; unde tenere, tenerius, tenerrime adv. et haec teneritudo, nis, et tenellus, a, um. Et hoc temetum, ti ·i· vinum, quia tenet mentes; inde temulentus, a, um ·i· ebrius, et haec temulentia, ae ·i· ebrietas. Temetum componitur abstemius *, a, um ·i· sobrius; ut dicitur abstemius quasi abstinens a vino. Et pluraliter hae tenebrae, rum; et dicuntur tenebrae quasi tenentes umbram; et inde tenebrosus, a, um; unde tenebrose adv. et haec tenobrositas, tis. Et tenebro, as, quod non est in usu; sed inde dicitur tenebrasco, cis, et componitur obtenebro, as, et contenebro, as, et ab istis verbalia; et obtenebrasco, cis, et contenebro, as, et ab istis verbalia; et obtenebrasco, cis, et contenebrasco, cis. Item a teneo, secundum Isidorum, haec catena, ae; et dicitur catena quasi captena, eo quod reos capiat, et teneat; et inde haec catenula, ae, et cateno, as ·i· ligare; unde catenatus, catenatio, catenatim adv. Et componitur concateno, as; et inde concatenatus, concate-

* cod. *mus* heic et mox.

natio, concatenatim adv. Teneo componitur contineo, es; unde hic et haec et hoc continens, tis, quod comparatur continentior, continentissimus; unde continenter, continentius, continentissime adv. et haec continentia, ae, et contentus, a, um, et contiguus, a, um ·i· vicinus, quia prope continetur; unde haec contiguitas, tis ·i· vicinitas; et continuus, a, um; unde continue adv. et continuo, as; unde continuatus, continuatio, continuatim adv. Continens componitur incontinens; unde incontinenter adv. et haec incontinentia, ae. Item teneo componitur abstineo, es; unde abstinens, et abstinenter adv. et haec abstinentia, ae. Obtineo, es ·i· inpetrare; inde obtentus, a, um, et hic et haec et hoc obtinax, cis ·i· inprobus, et inportunus, et hic obtentus, us. Obstino, as; inde hic et haec et hoc obstinax, cis; unde obstinaciter adv. et haec obstinacia, ae, et obstinatus, a, um ·i· in malo obfirmatus; unde obstinate adv. Pertineo, es; unde hic et haec et hoc pertinax, cis; et inde pertinaciter adv. et haec pertinentia, ae. Sustineo, es; inde sustento, as; unde verbalia, et hoc sustentamen, nis, et hoc sustentamentum, ti, et hoc sustentaculum, li. Retineo, es; inde retentus, a, um, et hoc retinaculum, li. Detineo, es; unde detentus, a, um, et haec detentio, nis, et detento, as ·i· frequentativum retinere. Attineo, es; inde attentus, a, um, et attente adverbia.

Tendo, is, tetendi, tensum, su, verb. neut. Inde tensus, a, um, et haec tensio, nis, et hoc tensorium, rii, et tensim adv. et hic et haec tensilis, vel tensibilis; unde tensibiliter, vel tensiliter adv. Et tenso, as, vel tensito, as ·i· frequenter tendere; et compo-

nitur protenso, as ·i· defendere. Item a tendo, hoc tentorium, rii, et haec tentigo, nis; unde Iuvenalis: rigidae tentigine vulvae, et componitur hic tentiginamus, mi ·i· luxuriosus, et haec tenticula, ea. Tendo componitur contendo, is ·i· litigare; inde haec contentio, nis, et contentiosus, a; um; unde contentiose adv. Et contento, as ·i· saepe contendere. Ostendo, is; inde ostensus, a, um, et haec ostensio, nis, et ostensim ·i· aperte adv. Et ostento, as; unde ostentatus, ostentatio, ostentamen, nis, et hoc ostentaculum ·i· demonstratio. Portendo, is, significare; unde hoc portentum, ti ·i· monstrum; et inde portentuosus, a, um ·i· monstruosus, et portentuose adv. Protendo, is ·i· extendere; unde protensus, a, um, et haec protensio, nis, et protenso, as, vel protensito, as ·i· frequenter extendere. Extendo, is; inde extensus, a um. Attendo, is; inde attentus, a, um; unde attente adv. Intendo, is; inde intentus, a, um, et intente adv. et haec intentio, nis; et intento, as; unde verbalia. Praetendo, is; inde praetensus, a, um, et haec praetensio, nis.

Tingo, is, xi, tum, tu, verb. activ. Inde tinctor, ris, tintrix, cis, et haec tintricula, ae ·i· parva tintrix, et tinctus, a, um, et haec tinctio, nis, et tinctim adv. et haec tinctura, ae, et hic et haec tingibilis, et hoc le, et tintito, as ·i· frequenter tingere. Tingo componitur intingo, is; unde intinctus, et intinctio. Extingo; unde extinctus, a, um, et hic et haec extinguibilis, et hoc le, quod componitur inextinguibilis. Retingo, is; unde retinctus, a, um.

Tundo, is, tutudi, tusum, verb. activ. Inde tusus, a, um ·i· concissus et fractus, et tusim ·i· mi-

nutim adv. et hoc tucetum, ti ·i· cibus qui fit ex carnium concissione, sicut est anduilla; unde Persius: sed grandes patinae, tucetaque crassa; et inde hic tucetarius, rii, qui illum cibum facit. Item a tundo, hic tudatus, ti ·i· malleus; unde et tudatos vocamus eos, qui habent capita grossa ad instar mallei. Et tudito, as ·i· percutere cum malleo; unde tuditator, tuditatus, tuditatio. Item a tundo, hoc tus, ris, quia habile est ad tundendum; et inde hoc tusculum, li ·i· parvum tus; unde Plautus in Amphitrione: intelligo, hoc tusculum emi, et hasce coronas flammeas floreas; et hoc turibulum, li, vas ad turificandum aptatum; et tureus, a, um, et turidus, a, um ·i· de ture existens, quod et pro hoc nomine, quod est fumosus dicitur; unde Hieronymus super Isaiam: unusquisque alterius quaerat auxilium, faciem turidam pallore circumferens. Tus componitur turifico, as; unde verbalia, et hic turifex, is ·i· sacerdos, et hoc turificium, cii ·i· sacerdotium, et haec turificina, ae ·i· locus ubi tus efficitur, vel etiam ubi spargitur. Item a tundo haec tussis, quia tundit pectus; et inde haec tussicula, ae, et tussio, is; unde verbalia et hic tussitus, us, et tussito, as ·i· frequenter tussire. Tundo componitur contundo, is; et pertundo, is, et obtundo, is, et retundo, is, et ab istis verbalia contusus, et pertusus, et retusus; vel contunsus, et pertunsus, et obtunsus, et retunsus; vel ut antiqui volunt contesus, pertesus, et obtesus, et retesus.

Tango, is, tetigi, tactum, tu, verb. activ. Inde tactus, a, um, tactio, nis, hic tactus, us, et tactim adv. et haec Tages, is, pro fluvio infernali; et inde tigillus, li ·i· pertica; unde Iuvenalis: pendent ana-

bathra tigillo. Tango componitur attingo, is; unde attiguus, a, um, et hic attactus, us. Contingo, is; inde contactus, a, um, et contiguus, a, um ·i· vicinus, quia contingit domum alterius; vel a continendo dictus est, quia prope continet; et inde haec contiguitas, is ·i· vicinitas, et hoc contagium, gii ·i· labes; unde haec contagio, nis, in eodem sensu, et contagiosus, a, um ·i· sordidus.

Tondeo, es, totondi, tonsum, su, verb. activ. Inde tonsor, ris, et haec tonstrix, cis, et haec tonstricula, ae ·i· parva tonstrix, et tonsus, a, um, et haec tonsio, nis, et haec tonsilla, ae ·i· remus ab aqua tondenda, quod etiam hic tonsus, si, dicitur; unde Lucanus: et inertia tonsis aequora moturae. Tonsus componitur intonsus, et circumtonsus. Item a tondeo, hic tonsila, ae ·i· uncinus ferreus, et hic tophus, phi ·i· lapis asper, eo quod ambulantes super se tondeat, et hoc tonsorium, rii ·i· locus ubi tondetur, quod etiam haec tonstrina dicitur; unde Plautus: in tonstrina, ubi sedebam, me percunctaris. Item a tondeo, tonsito, as ·i· frequenter tondere. Et hoc tuber, ris ·i· quaedam herba, quae aliter boletus dicitur, et aliquando ponitur pro qualibet inflatione; unde Terentius in Adelphis: colaphis est tuber totum caput; et inde tuberosus, a, um ·i· inflatus, et superbus; unde tuberose adv. et haec tuberositas, tis ·i· inflatio, vel superbia, et tubero, as ·i· superbire. Et componitur extubero, as ·i· purgare, vel aequare; et inde verbalia. Tondeo componitur detondeo, es; unde detonsus, a, um, et haec detonsio, nis.

Tego, is, xi, ctum, tu, verb. activ. Inde tectus, a, tectum, et haec tectura, rae, et hoc tegimen, is;

unde hoc tegimentum, ti, vel tegumentum, ti, et haec teges, tis ·i· parva domus; unde Iuvenalis: nusquam pons, et tegetis pars. Item a tego haec tegula, ae; unde hic tegularius, rii, vel tegulator qui facit tegulas, et haec tegulatura, ae, et haec tegellaria, ae ·i· venefica super tegulas sacrificans, et hoc tugurium, rii; unde in Isaia: dereliquetur filia Sion ut umbraculum in vinea, et sicut tugurium. Item a tego haec theca, ae ·i· scrinium. Et componitur haec chirotheca, ae ·i· tegimen manus; nam χειρ graece manus dicitur, et haec toga, ae; unde haec togula, et haec togilla, ae, diminut. et togatus, a, um. Item a tego, haec tegna, ae ·i· fraus, et deceptio; unde Terentius in Eunucho: Parmenonis tam scio esse hanc tegnam, quam me vivere; et inde tegnosus, a, um ·i· fraudulentus, et tegnose adv. Et per compositionem hic architectus *, ti, qui tecta resarcit, quod etiam hic architector dicitur. Tego componitur praetego, is, protego, contego, detego, retego, circumtego; et ab istis verbalia.

* alibi *sarcitectus.*

Tremo, is, ui, verb. neut. et caret supinis. Inde hic tremor, oris, et tremebundus, a, um, et tremulus, a, um, et tremulo, as ·i· trepidare, et tremisco, cis. Sic etiam tremo componitur contremo, is, et intremo, is, et extremo, is, et tremefacio, is; unde tremefactus, a, um.

Tabula, ae; inde tabella, ae, et tabellula, ae, diminut. et hic tabellio, nis, qui frequenter ludit cum tabulis, qui etiam hic tabellarius vel tabularius dicitur; et tabulatus, a, um, et haec taberna, nae; unde haec tabellula, et hic tabernio, nis, qui frequentat tabernam, vel qui vendit potum, quod etiam

hic tabernarius dicitur, et hoc tabernaculum, li. Taberna componitur hoc contubernium, nii ·i· societas; et inde hic contubernio, nis ·i· socius. Componitur hic et haec contubernalis ·i· socius continuae tabernae.

Tono, as, ui, verb. neut. Inde hic tonus, ni, et hic tonitruus, ui, quod etiam tonitrus dicitur, et hoc tonabulum, li ·i· sonus, vel tintinnabulum. Tonus componitur semitonus, vel semitonium .i· dimidius sonus, et hic paritonius, ii ·i· cantor qui parat tonos, et hic syntonus, ni ·i· totus tonus, quod etiam hic tongius, gii. Tono componitur intono, as, et contono, as; et ab istis verbalia.

Tuor, eris, tutus sum ·i· defendere; inde tutus, a, um, et haec tutela, ae ·i· defensio; et inde tutelo, as ·i· defendere; unde hic tutelator, oris ·i· defensor; unde Marcianus: hic tutelator, fidissimusque germanus; et tutelatio, et hoc tutelamen, nis, et hic tutelatus, us. Item a tuor, tutor, aris ·i· defendere; et inde tutator, tutamen, tutatio, tutatus, tutamentum. Et componitur contutor, aris, similiter pro defendere; et inde verbalia. Item a tutor, tueor, eris ·i· videre; et componitur intueor, ris ·i· videre; et inde intuitus, a, um, et hic intuitus, us ·i· visus. Componitur etiam contueor, ris ·i· videre; et inde contuitus, a, um, et hic contuitus, us, et hic contuolus, li ·i· oculus.

Traho, is, traxi, tractum, tu, verb. activ. Inde tractus, a, um, et hic tractus, us, et tractim adv. Plautus in Amphitrione: quid si ego tractim tangam ut dormiat; et haec traha, ae ·i· quoddam genus vehiculi; unde Virgilius: tribulique, trahaeque, et iniquo pondere rastri. Item a traho, haec trabs, is; unde haec

Digitized by Google

trabecula, ae, et hic trabalis, is ·i· trabes, et haec trabaria, ae ·i· navis longa et stricta, quae aliter litoraria dicitur, et caudea; et hoc stragum, gi ·i· genus retis piscatorii, quod aliter verriculum a verrendo; et haec trama, ae, eo quod per telam trahatur; et haec tragula, ae ·i· genus teli. Item a traho, tracto, as; unde tractator, tractatus, a, um, et hic tractus, us, et hic et haec tractabilis, et hoc le, et contrecto, as, et detrecto, as ·i· detrahere, quod etiam obtrecto, as, dicitur, et retrecto, as; et ab istis verbalia. Traho componitur contraho, is; subtraho, is; detraho, is; attraho, extraho, protraho, retraho, is.

Tumeo, es, tumui, verb. neut. et caret supinis. Inde tumidus, a, um; et comparatur tumidior, tumidissimus; unde tumide, tumidius, tumidissime adv. et haec tumiditas, tis, et hic tumor, oris, et tumesco, cis, quod componitur intumesco, cis, et contumesco, pertumesco, detumesco. Similiter tumeo componitur contumeo, es; et inde contumia, ae ·i· iniuria; unde Marcianus: Bromus conciperet contumias nosse dolore; et haec contumelia, ae; unde contumeliosus, a, um, et contumeliose adv. et hic et haec et hoc contumax, cis ·i· superbus, et iniuriosus; inde contumaciter adv· et haec contumacia, ae ·i· iniuria; et componitur percontumax, cis ·i· valde contumax, vel iniuriosus; unde Terentius in Hecyra: percontumax redisti nobis Pamphile. Item a tumeo, hic tumulus, li, diminut. et tumulosus, a, um ·i· tumulis plenus, et tumulo, as; unde tumulator, tumulatus, tumulatio, tumulatim adv. Et componitur intumulo, as. Componitur etiam tumeo, distumeo, es, circumtumeo, es, intumeo, extumeo.

Digitized by Google

Turbo, as, verb. activ. Inde turbator, turbatus, turbatio, et hic turbo, nis, et turbidus, a, um; unde turbulente, vel turbulenter adv. et haec turbulentia, ae, et turbido, as, et haec turba, ae; unde haec turbela, ae ·i· turbatio; unde Augustinus de civitate Dei in septimo: omnem motum cordis, et salum, omnesque turbelas fluctuare asserit; et turbatim adv. Dicimus etiam et turma, ae, pro turba; unde haec turmula, ae, et haec turmella, ae, et turmatim adv. Turbo componitur conturbo, as, deturbo, proturbo, perturbo; et ab istis verbalia.

Tero, is, trivi, tritum, tu, verb. activ. Inde hic tritor, oris, tritus, a, um, haec tritura, ae, et trituro, as ·i· terere, et hic trio, nis ·i· bos; et dicitur trio quasi terio, eo quod terram terat; Ovidius Metamorph. in secundo: tunc primum radiis gelidi caluere triones. Item a tero, hoc terebrum, ri, quod aliter dicitur, hoc taratrum, ri, quasi teretrum, eo quod lignum terat. Et a terebro, hoc terebellum, li, diminut. et terebro, as, quod componitur conterebro, as; unde verbalia. Et hic teredo, nis ·i· vermis lignum comedens, qui aliter dicitur hic termus, mi, et hoc theristrum, ri ·i· quoddam genus muliebris vestis. Item a tero, haec trica, ae, quod et pro radice, et pro meretrice, et pro quolibet impedimento ponitur; unde Plautus in Gurgulione: quas mihi tricas narras? Et inde trico, as ·i· impedire, quod etiam pro demorari dicitur; unde quidam ad beatam Mariam dicentem: quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Quid, inquit, vitam tricas mundo? ·i· quid per haec verba demoraris inferre salutem mundo? Et componitur intrico, as ·i· inmorari; Marcianus: sub hac possit pi-

grescere, intricarique Cyllenius. Extrico, as ·i· exsolvere; unde Horatius: nummos unde extricat amaros; et inde extricatus, extricatio, extricabilis, quod componitur inextricabilis ·i· insolubilis. Trica quoque, vel trix, quando dicitur pro meretrice, componitur meretrix, cis; et dicitur meretrix quasi pro mercede tricans, ·i· hominem pro mercede impediens; et inde haec meretricula, ae, et hoc meretricium, cii, domus meretricum, et meretricor, aris; inde verbalia. Item a tero, hic et haec tritilis, et hoc le ·i· facilis ad terendum; unde tritiliter adv. et hoc triticum, ci ·i· frumentum; unde triticeus, a, um, et haec trapeta, ae ·i· incus nummulariorum, vel vas in quo conteruntur herbae; et dicitur trapeta quasi teripeta, eo quod in eo assidue teratur; inde trapezeta ·i· nummularius. Item a tero, haec terra, eo quod assidue teratur; et dicitur terra quasi terris trita; et inde haec terrula, ae, et terreus, a, um, et terrenus, a, um, et terrulentus, a, um; et inde terrulenter. In Decretis: rem spiritualem terrulenter quaerere. Et hic et haec terrestris, et hoc re, et hoc territorium, rii. Tero componitur attero, is; unde attritus, et attritio. Contero, is; unde contritus, contritio. Detero, is, detritus, detritio, et hoc detrimentum, ti, et hic et haec deterior, et hoc deterius, et deterrimus, a, um ·i· pessimus; inde deterius, deterrime adv. Item tero componitur protero, is, subtero, is, intero, is, obtero, is, circumtero; et ab istis verbalia.

Tinnio, is, nii, vel ivi, tum, tu, verb. neut.; inde tinnitus, a, um, et haec tinnicio, nis, et hic tinnitus, us, et tinnito, as ·i· frequenter tinnire, et hoc tintinnabulum, et hoc tympanum, ni; unde haec

tympanistra, ae, quae canit in tympano, et tympanizo, as, et haec tympanotria, ae, quae notat, et canit in tympano; unde Plautus: tympanotriam, inquit, amas.

Tribuo, is, bui, tum, tu, verb. neut.; inde tributus, a, um, et hoc tributum, ti, et tributarius, a, um, et hic et haec tributalis, et hoc le, et hic tribunus, ni; unde tribunicius, a, a, um, et hoc tribunal, lis ·i· sedes tribuni, quod componitur protribunali ·i· ante tribunal, vel in praesentia tribunalis, et est adverbium, ut quidam volunt, vel nomen indeclinabile. Tribunus componitur subtribunus. Item a tribuo, haec tribus, us; unde hic et haec tribulis, et hoc le ·i· de eadem tribu; unde Horatius: ut cum pileolo soleas conviva tribulis; hinc etiam Ambrosius super Hegesippum: in secundis tribule collegium; et tributim adv. ·i· de tribu in tribum; Horatius in Sermonibus: primores populi arripuit, populisque tributim. Tribulis componitur contribulis ·i· cognatus eiusdem tribus. Invenimus etiam contribulus, a, um, in eodem sensu; Iosephus in quarto: non iustum est a contribulo reditus sustinere. Tribuo componitur retribuo, is, attribuo, contribuo, distribuo, et ab istis verbalia.

Tres, nomen indeclinabile; inde trinus, a, um, et haec trinitas, tis, et trinarius, a, um, et ter adv. unde ternus, a, um, et ternarius, a, um, et hic ternio, nis ·i· ille qui habet tres milites sub custodia sua, sicut dicitur quaternio, qui habet quattuor, et hoc trigarium, rii ·i· nomen trium Gratiarum; unde Marcianus: trigarium supplicantis germanitatis adveniet. Item ab hoc nomine, quod est tres, triginta no-

men indeclinabile; unde tricesimus, a, um, et trigenus, a, um, et trigies adverb. et trigesimalis, et hoc trigintale, is, et hic et haec et hoc trilix, cis ·i· triplex; unde Prudentius in Psychomachia: consertoque adamante trilicem induerat loricam *. Item ab hoc nomine, quod est tres, haec triateris, is, vel hoc triatericum, ci ·i· festum Bacchi ter in anno celebratum, et hic trimus, mi ·i· trium annorum; Iosephus in secundo: et cum trimus esset Moyses effectus; et inde hic trimatus, us ·i· spacium trium annorum, et haec triremis, is ·i· navis trino ordine navigantium ducta; Horatius: nauseat an locuples, quem ducit prima triremis. Item ab hoc nomine, quod est tres, hoc triclinium, nii ·i· terna sessio convivantium; et inde dicitur hic architriclinus, ni ·i· princeps et magister eorum qui in tali ordine convivantur, et hic trigamus, mi ·i· trium uxorum maritus, et hic tressis, is ·i· tres obolos valens; Persius: tressis agaso vapa lippus. Item ab hoc nomine, quod est tres, hic trimegistus, ti ·i· ter maximus, qui tres scilicet habet potestates, vel qui ter est in potestate elevatus; et hic triumvir, ri ·i· ille qui habet potestatem super tres viros *, quod etiam tritarcha dicitur; et inde hic triumviratus, us ·i· eius potestas, et hoc tridental, lis ·i· quoddam vas, et hic triens, tis ·i· vas *; Iuvenalis: nec habet quem porrigat ore trientem; et hoc trivium, vii; unde triviatim ·i· ubique adv. et haeo Trivia, ae ·i· Diana, et hic et haec trivialis, et hoc le, et trivialiter adverb.

* cod. *toricam.*

* cave.

* ita cod. sed bene p. 591.

Tardo, as, verb. neut.; inde verbalia; et tardus, a, um, quod comparatur tardior, tardissimus; unde tarde, tardius, tardissime adverb. et tardito, as ·i· saepe tardare. Tardo componitur retardo, as.

Taceo, es, cui, itum, tu, verb. neut.; inde tacitus, a, um, et tacite adverb. et taciturnus, a, um; unde haec taciturnitas, tis. Taceo componitur obticeo, es, unde obticesco, cis; conticeo, es, unde conticesco, cis; et reticeo, es, unde reticesco, is.

Terminus, ni; inde termino, as ·i· finire; unde terminatus, terminatio, terminabilis quod componitus interminabilis, unde interminabiliter adverb. Termino componitur contermino, as ·i· coniungere; unde Ambrosius super Hegesippum: ipsa Aegyptus areolis Libyae conterminat. Extermino, as ·i· exulari; et dicitur exterminare, quasi extra terminos ponere; unde exterminator, exterminatus, exterminatio, et hoc exterminium, nii ·i· desolatio, et exterminabilis, quod componitur inexterminabilis. Determino, as; unde determinatus, determinate adverb. et determinatio, nis, et componitur indeterminatus, unde indeterminate adv. Terminus componitur conterminus, a, um ·i· sine termino existens; unde Augustinus de civitate Dei in duodecimo: si aeternitati interminae compateretur. Componitur quoque terminus, anterminus, a, um ·i· iuxta terminos positus.

Torqueo, es, torsi, tortum, tu, verb. activ.; inde tortor, oris; inde tortus, a, um, haec tortio, nis, et hic et haec tortilis, et hoc le; unde tortiliter adv. et haec tortura, ae, et haec torta, ae; unde in libro Regum primo: futurum est, ut unusquisque accipiat nummum argenteum, et tortam panis. Item a torqueo, tortuosus, a, um, et hoc tormen, nis; unde hoc tormentum, ti, et tormentor, aris; unde tormentator, tormentatus, tormentatio. Et hic tornus, ni; unde torno, as; et inde tornator, tornatus, torna-

tio, tornatilis. Et hic trochus, chi, quod aliter, hic topetillus dicitur ab hoc adverbio, quod est toper ·i· cito, quia cito se volvit. Item a torqueo, hic torques, is; unde hic Torquatus, ti, qui torquem gerebat, et hoc torculare, vel hoc torcular, ris, et hic torus, ri, quod aliquando dicitur pro lecto; et tunc inde venit, hoc toreuma, tis, similiter pro lecto; unde Prudentius in Psychomachia: veterique toreumata rore rigantur; et hoc toral, lis ·i· vestimentum quod pertinet ad torum; Horatius in Epistolis: ne turpe toral, ne sordida mappa corruget nares. Quando vero torus dicitur pro palearibus, quae pendent ante pectus tauri, tunc inde venit torosus, a, um ·i· superbus; unde torose adverb. Torqueo componitur retorqueo, es, extorqueo, intorqueo, distorqueo, contorqueo, es.

Testis; inde testiculus, li, quia testatur masculum hominem esse; et haec testa, ae; unde haec testula, ae, et haec testudo, nis; unde testudineus, a, um, et hoc testacium, cii ·i· multae testae: similiter et testor, aris; unde testator, testatus, testatio, et hoc testimonium, nii, et hoc testamen, nis; unde hoc testamentum, ti. Testor componitur contestor, aris; protestor, attestor, detestor, et ab istis verbalia. Testis componitur testificor, aris; et inde verbalia.

Typus, pi ·i· figura; inde typicus, a, um, et typice adverb. hic architypus, pi ·i· princeps figurarum; unde Iuvenalis: et iubet architypos pluteum servare Cloanthas: et hic zelotypus, pi ·i· amasius invidens alterius, vel invidiosus; inde zelotypa, ae ·i· invida; unde Iuvenalis: si tibi zelotypae retegantur scrinia moechae; et inde zelotypo, as ·i· invidere.

Terreo, es, ui, verb. neut. et caret supinis; inde territus, a, um, et hic terror, oris, et territo, as •i• frequenter terrere, et hoc terribulum, li •i• quodlibet tormentum, eo quod terret reos, et hic et haec terribilis, et hoc le; unde terribiliter adverb. et terribulosus, a, um •i• terrore plenus; unde Sidonius: aut frigore terribulosas. Territus componitur interritus, et terrifico, as; unde terrificamen, terrificus, a, um; et inde terrifice adv. Terreo componitur perterreo, es; unde perterritus, a, um, et componitur inperterritus. Contereo, conterritus; exterreo, exterritus.

Tempus, oris; inde hoc tempusculum, li, et temporeus, a; um, et temporaneus, a, um, et hic et haec temporalis, et hoc le; unde temporaliter adverb. Temporaneus componitur intemporaneus •i• non in tempore veniens, et temporaneus •i• cum tempore veniens. Item a tempore tempestus, a, um •i• conveniens in tempore; unde tempestivus, a, um, in eodem sensu; Horatius in Odis: desine matrem tempestiva sequi viro; et componitur intempestivus •i• non in tempore veniens; Boëthius: intempestivi funduntur vertice cani. Tempestus componitur intempestus •i• incongruus, et inconveniens; Macrobius: intempesta nox dicitur, quae non habet idoneum tempus gerendis rebus. Item a tempore, haec tempestas, tis; unde tempestuosus, a, um •i• tempestate plenus, et tempestuose adverb. Et tempero, as; unde temperatus, quod componitur intemperatus, a, um; unde intemperate adverb. Sic etiam dicimus intemperanter; et inde intemperantia, ae. Et iterum a tempero, haec temperies, ei, et hoc temperamentum, ti, et hoc tem-

pe nomen indeclinabile ·i· amoenus locus in planicie, sicut tesqua dicuntur loca amoena in silva: Horatius: deserta et inhospita tesqua. Tempero componitur contempero, as; attempero ·i· obedire: distempero, et ab istis verbalia.

Tholus, li ·i· templi summitas; inde, ut quidam volunt, hic talus, li, quod aliquando dicitur pro extrema parte pedis; et tunc inde venit hic et haec talaris, et hoc re, et hic talassus, si ·i· vestigium in luto. Dicitur etiam talus pro tessera; et tunc inde venit hic taxillus, li, diminut.; unde Pompinius: dum contemplor pugnam, taxillos perdidi; et taxo, as ·i· numerare; unde taxator, oris, et taxatorius, a, um, et taxatus, a, um, et taxatio, nis, et hic taxus, xi, pro quadam arbore, quae venenata esse dicitur; unde hoc toxicum tractum est ·i· quoddam venenum; et inde toxicus, a, um, et toxicatus, a, um ·i· veneno illo infectus. Item a taxando ·i· a numerando, secundum quosdam haec tessera, ae; unde et haec tessella, ae ·i· parva tessera; Iuvenalis: nulla uncia nobis est eboris aut tessellae. Et per compositionem dumtaxat adverb. vel solummodo. Taxo componitur praetaxo, ·i· numerare; et inde verbalia.

Tristis comparatur tristior, tristissimus; unde tristiter, tristius, tristissime adverb. et haec tristitia, ae, et tristor, aris; unde verbalia. Et componitur contristor, aris; et inde verbalia. Tristis componitur subtristis ·i· aliquantulum tristis, et quamtristis ·i· valde tristis, et tristisonus, et tristificus.

Texo, xis, xui, verb. activ.; inde hic textor, oris, et haec textrix, cis, et textus, a, um, et hic textus, us, et haec textrina, ae ·i· locus texentium, et texi-

to, as ·i· saepe texere, et hic et haec textilis, et hoc le, quod facile texitur. Et haec tela, ae, quod componitur haec subtela, ae ·i· deceptio; Plautus in Amphitrione: quando ob subtelas tuas te morti misere. Dicitur etiam subtela in alio sensu pro corrigia, quae tenditur sub cauda equi. Item tela componitur hoc subtemen, nis ·i· lignum illud in quo tela texitur; Ovidius in sexto: inseritur radiis medium subtemen acutis; et protelo, as ·i· prolongare; unde protelator, protelatus, protelatio, et hoc protelamen, nis ·i· dilatio. Texo componitur retexo, is; obtexo, contexo, intexo, subtexo.

Titan, nis ·i· sol; inde hic Titanus, ni ·i· nomen cuiusdam gigantis, qui dicitur esse filius terrae; unde et Titanes vocamus omnes gigantes. Et hic titulus, li, dicitur a Titane quia illuminat librum; unde titulo, as; et illud componitur intitulo, as, et praetitulo, as, et attitulo, as, et ab istis verbalia.

Tabeo, es, tabui, verb. neut. et caret supinis; inde tabidus, a, um, et haec tabes, is, et tabo indeclinabile. Et per compositionem tabefacio, cis; unde tabefactus, a, um, et haec tabefactio, nis. Item a tabeo, tabesco, cis, quod componitur intabesco, cis, et extabesco, cis, et contabesco, cis. Similiter tabeo componitur contabeo, es, extabeo, distabeo, intabeo, es.

Trudo, is, trusi, sum, su, verb. activ.; inde hic trusor, oris, trusus, a, um, trusio, nis, et hic et haec trux, cis; unde truculentus, a, um; et componitur truculentior, truculentissimus; unde truculente, truculentius, truculentissime adverb. et haec truculentia, ae, et trucido, as ·i· cruciari; unde verbalia. Item a trudo, hic trutannus, ni, et haec trutina, ae ·i·

lingua librae, quia semper truditur foras; et inde trutino, as ·ı· librare, aequipendere; Persius: grandia cum secum trutinantur verba. Trudo componitur detrudo, is, intrudo, contrudo; unde verbalia.

Tyrannus, ni; inde hic tyrannulus, li, et tyrannicus, a, um; unde tyrannice adverb. et haec tyrannia, ae, et haec tyrannis, dis. Et hic tiro, nis ·i· novus miles; unde hic tirunculus, li, et hoc tirocinium, nii.

Tam coniunctio; inde, ut quidam volunt, tantus, a, um; unde tantum adverb. et tantulus, a, um, et tantillus, a, um, ambo diminut.; unde Ambrosius super Hegesippum; cui te moritura credam, aut cui te tantillum relinquam? Tantus componitur tantundem, tantisper ·i· interim, interea; Plautus in Aularia tantisper ego hic ad ianuam concessero. Tam componitur tametsi.

Torpeo, es, pui, verb. neut. et caret supinis; inde torpidus, a, um, et hic torpor, oris, et haec torpedo, et torpesco, is. Torpeo componitur contorpeo, es.

Trans praepositio; inde hoc transtrum, tri ·i· sedes navigantium; Persius: caena sit in transtro, veietantanumque rubellum. Et secundum quosdam, hic et haec tranquillis, et hoc le, dicitur a trans; haec tranquillitas, tis, et tranquillo, as ·i· pacificare; Plautus in Captivis: cuius numquam vultum tranquillavit. Hinc etiam plurimae partes dirivantur per compositionem sicut sunt istae, transio, is, transnato, as, transvolo, as, transmeo, as, de quibus in suis locis sufficienter egimus.

Turgeo, es, turgui verb. neut.; et caret supinis; inde turgenter adverb. et turgidus, a, um; unde tur-

gidulus, a, um ·i· aliquantulum turgidus, et hic turgor, oris, et haec turgiditas, tis, ambo in uno sensu, et hoc tergum, gi, et hoc tergus, oris, ambo pro dorso; et inde tergoreus, a, um. Et per compositionem tergiverso, as ·i· in diversas partes vertere; unde hic tergiversator, oris ·i· versipellis et deceptor, et haec tergiversatio, nis ·i· deceptio. Item a turgeo, hoc turgiolum, li ·i· vas inferius grossum et turgidum, et turgesco, is, quod componitur inturgesco, cis.

Torreo, es, rui, tostum, tu, verb. activ. ·i· comburere; unde Theodolus: Aethiopum terras iam fervida torruit aestas; et inde torridus, a, um, et tostus, a, um, ambo in uno sensu; Ovidius: tostos en aspice crines; et torresco, cis, et hic torris, is, pro ticione; unde in Zacharia: hic est torris erutus de igne; et inde hic torriculus ·i· parvus torris. Et secundum quosdam, hic torrens, tis, dicitur a torreo per antiphrasim ·i· per contrarium, quia torrens non torret ·i· non fervet, sed potius fervorem extinguit.

Tenuis; inde tenuiter adverb. et haec tenuitas, tis, et tenuo, as. Componitur attenuo, as, et extenuo, as; unde verbalia: tenuis componitur quamtenuis, et pertenuis ·i· valde tenuis.

Tepeo, es, ui, verb. neut. et caret supinis; inde tepidus, a, um, et tepide adverb. et haec tepiditas, tis, et hic tepor, ris, et tepesco, is, quod componitur intepesco, is, et distepesco, is. Tepeo componitur intepeo, es, et tepefacio, cis; unde verbalia.

Timeo, es, ui, verb. neut. et caret supinis; inde timidus, a, um, et haec timiditas, tis, et hic timor, oris; unde timorosus, a, um, et timorose adv.

Taedet, verbum defectivum; inde hoc taedium,

dii, et hoc taediolum, li, diminut. et taediosus, a, um ·i· taedio plenus; unde taediose adverb. Taedet componitur distaedet ·i· valde taedet; Plautus in Amphitrione: haudquaque tui me neque domi distaedeat.

Tollo, is, verb. activ.; et mutuat praeteritum et supinum a verbo fero; inde hic tholus, i ·i· templi summitas. Et componitur sustollo, attollo, extollo, is; unde extollenter adverb. et extollentia, ae ·i· superbia.

Truncus, ci; inde hic trunculus, li, et trunco, as, quod componitur detrunco, as, et obtrunco, as, et ab istis verbalia.

Tempto, as; inde temptator, temptatus, temptatio, et hoc temptamen, nis, et hoc temptamentum, ti. Temptatus componitur intemptatus. Tempto componitur attento, as, retento, as, pertempto, as, et ab istis verbalia.

Tempno, is, tempsi, tum, tu, verb. activ. Et componitur contempno, is; unde hic contemptor, ris, contemptus, a, um, contemptio, nis, et contemptuosus, a, um; unde contemptuose adverb. et hic et haec contemptibilis, et hoc le; unde contemptibiliter adverb.

Tolero, as; inde toleratus, toleratio, tolerabilis, et componitur intolerabilis.

Tropus, pi ·i· figura; inde tropicus, a, um, et tropice adverb. Et per compositionem haec tropologia, ae ·i· excusatio, quod aliter dicitur haec apologia; et inde apologeticus ·i· sermo excusatorius.

Triumpho, as; inde hic triumphator, oris, et triumphatus, a, um, hic triumphus, i.

Titubo, as; inde titubanter adverb. Et titillo, as ·i· titubare; unde titillicus, a, um ·i· titubatione plenus.

Theos graece, Deus latine; inde haec theoteta *, ae ·i· deitas, et theoticus, a, um ·i· divinus, et hic theologus, gi ·i· de divinis loquens; unde theologicus, a, um, et theologice adverb. et haec theologia, ae.

* Θεότης.

REPETITIONES.

T

Tenellus, aliquantulum tener.
Temetum, vinum, merum, temulentia, ebrietas.
Temulentus, ebrius. In libro Regum: aestimavit eam Heli temulentam.
Threnae, lamentationes; unde threnae Hieremiae dicuntur.
Tenabulum, venabulum.
Tentigo, secretior pars vulvae.
Tentiginamus, luxuriosus, quasi amans tentiginem.
Tensitare, frequenter tendere.
Tenticula, decipula, fraus, stropha, tegna, deceptio, alterplicitas, conplicitas, tergiversatio, dolositas, factio, fucositas.
Tintitare *, frequenter tingere.
Tucetum, cibus ex carnis contunsione.
Tucetarius, qui facit tuceta.
Tudatus, malleus; unde et tudates vocamus qui habent grossa capita.
Tuditare, cum malleo percutere.
Tusim, minutim, fractim, scissim, laceratim, dilaniatim, carptim, discerptim.
Turifex, sacerdos, antistes, presbyter.
Turibulum, vas ad recipiendum tus.
Tusculum, parvum tus.
Turificina, domus ubi tus efficitur.
Turidus, fumosus.
Tussitare, frequenter tussire.
Tigillum, pertica.
Tages, fluvius infernalis.
Typhona, serpens aquaticus. Lucanus: avidos typhonas aquarum.
Tuberosus, inflatus, elatus, tumefactus, vesicosus, ampullatus, turgidus, hyperbolicus, extollens, superbus, insolens, arrogans, contumax, superciliosus, pompaticus, pomposus.
Tophus, lapis asper.

* cod. *tingutare*. An *tingitare*?

Digitized by Google

Tonstrina, locus ubi tondetur.

Tonsula *, uncinus ferreus.

* retro *tonsila.*

Tonsitare, frequenter tondere.

Tibialia, ocreae circa tibias. Iosephus: Golias galeam, et tibialia habebat aerea.

Tuberositas, superbia, elatio, extollentia, arrogantia, contumacia, insolentia.

Tegularis, qui facit tegulas

Tegellaria, venefica super tegulas sacrificans.

Theca, scrinium, repositorium, reconditorium.

Togilla, parva toga.

Teges, parva domus.

Tremis, tertia pars solidi.

Tremissis, quod solidum complet.

Turminosus, turgidus.

Tumentum, tumor.

Tubex, tubicen, tubicinator.

Torosus, superbus.

Torquatus, qui fert torquem.

Tugurium, domuncula, casa, teges, opella, proseucha, meritorium.

Tegna, fraus.

Tegnosus, fraudulentus.

Tiara, cuculla vel caputium. Ovidius: tempora purpureis temptat velare tiaris.

Tremulare, trepidare, timere, metuere, formidare, pavere, pavitare.

Tremor, timor, formido, metus, trepidatio.

Tabelliones, aleones, aleatores, tabellatores.

Tabernionęs, tabernae sectatores.

Tabernaculum, domus in expeditione, vel in deserto.

Talassio, vas lanificiis aptum, qui et calathus dicitur.

Todus, genus parvarum avium.

Todillus, admodum parvus.

Tutelator, defensor.

Tutelare, defendere, tueri, patrocinari, defensare, clipeare.

Trabaria, navis longa, et stricta quae et littorea et caudea dicitur.

Tragum, genus navis piscatoriae, quae et verriculum dicitur.

Trabalis, trabes.

Tragula, genus teli.

Traha, genus vehiculi.

Tumullus, parvus tumulus.

Turbulentus, turbatione plenus.

Turmella, parva turma, turmula.

Tractitare, frequenter tractare.

Turbitare, turbationem facere.

Turbela, turbatio.

Triturare, terere.

Triones, boves quasi teriones i. terram colentes; aliquando stellae.

Digitized by Google

Teretrum, traratrum quod perforat lignum.
Terebillum, parvum teretrum.
Terebrare, perforare.
Tricare, impedire, illaqueare, involvere.
Termus, vel teredo, vermis lignum comedens.
Trica, pro radice, pro meretrice, pro quolibet impedimento dicitur.
Tritilis, quod facile teritur.
Trapezeta, nummularius.
Trapeta, vas in quo aliquid teritur.
Triticum, frumentum, ador.
Terrulentus, terra plenus; unde terrulenter, in Decretis.
Tonsilla, remus, remex, remigium.
Tonstrina, locus tondentium.
Tonsus, remus.
Tinnire, sonare.
Tinnitare, frequenter, sonare.
Tintinnabulum, campana, nola.
Tympanistria, quae canit cum tympano.
Tympanotria, tympanistria.
Tribunal, sedes tribuni.
Tribunicius, pertinens ad tribunum.
Tribulis, de eadem tribu.
Tributim, de tribu in tribum.
Trimarius, trimis.
Triens, tertia pars denarii.
Terniones, trium militum magistri.
Trigenus, tricesimus.
Trigarium, nomen trium gratiarum.
Trilis, triplex.
Tridental, vas cum tribus pinnis.
Trimus, trium annorum.
Trimatus, spacium trium annorum.
Triremis, navis trino ordine.
Triateris vel triatericum, festum Bacchi.
Triclinium, thalamus vel domus trina sessione ordinata.
Trigamus, vir trium uxorum.
Triumvir, magister trium virorum *.
Tressis, tres obolos valens.
Tetrarcha, princeps quartae partis.
Tetrarchia, principatus super quartam partem.
Trimegistus, ter maximus vel ter sublimatus.
Trivium, divisio trium viarum.
Triviatim, ubique.
Trivia, Diana.
Toreuma, torus, lectus.
Tardiusculus, aliquantulum tardus.
Tarditare, saepe tardare.
Tormina, tormenta, cruciatus, cruciamina.
Toper, cito, protinus.
Toral, vestimentum tori.
Testacium, locus ubi plurimae testae congeruntur.

* cave.

Territare, frequenter terrere.
Terribulosus, terrore plenus.
Terribulum, tormentum, tormen, cruciamen, crucium, cruciatus, supplicium.
Trifax, Cerberus tres fauces habens.
Threnara, carmina lamentatione plena, quae etiam threnae dicuntur; unde et threnas i. lamentationes Hieremiae dicimus.
Turpisculus, aliquantulum turpis.
Turritus, excelsus.
Thema, materia.
Tempestus vel tempestivus, in tempore conveniens.
Tempestuosus, tempestate plenus.
Tempe, amoena loca in planicie.
Tesqua, amoena loca in silva.
Talus, vel extrema pedis vel tessera.
Taxare, numerare, computare, calculare.
Taxator, numerator, calculator, computator, compotor.
Taxus, arbor venenata.
Taxillus, tessera.
Talassus, vestigium in luto.
Toxicus, venenatus.
Tessella, parva tessera.
Textrina, locus ubi texitur.
Texitare, saepe texere.
Textilis vel texilis, quod facile texitur.
Thymelicus, musicus scenicus.
Thermae, calida balnea.
Tetracolon, quadrimembris sententia.
Tapetus, involutus.
Phthisis, ulceratio pulmonis.
Phthisicus, in pulmone infirmatus.
Togiferium, locus ubi scholastici disputant.
Tropus, figura.
Topica, argumentorum inveniendorum disciplina.
Tropologia et apologia, excusatio.
Thesis, positio.
Truculentus, saevus, crudelis, crudus, trux, ferox, ferus, feralis, bestius, bestialis.
Tirones, novi milites.
Tirocinium, novi militis exercitium.
Transnare, transnatare.
Tantisper, interim.
Tam, etsi, quamvis.
Titanes, gigantes.
Titanium, origo gigantium. Virgilius: hoc genus antiquum terrae Titania proles.
Torpidus, piger, segnis etc.
Tranquillare, pacificare, comere, mitigare, mansuefacere.
Tricenus, tricesimus, trige-

nus, vel ut alii volunt tercentum.

Typicalis, typicus, figurativus.

Tergiversare, in diversas partes vertere vel decipere.

Transtrum, sedes in navi.

Turgor, inflatio.

Tergiversator, deceptor, fraudator,

Tostus, combustus.

Turgiolum, vas inferius grossum.

Tectonatus, tecto coopertus.

Temeson, medius sonus.

Terrivola, formidolosus, tumidus; et dicitur terrivola quasi cum terrore volans.

Tinnitare, vel tinnipare, sonare, tinnire, crepare, crepitare, bombire, bombizare.

Toparcha, princeps unius loci.

Toparchia, eius principatus.

Torminosus, contractus tormine ·i· tormento repletus.

Tocies, vel tociens, frequenter, vel tantis vicibus.

Traducare, traducere, extra ducere.

Tragoedia, carmen luctuosum, quia incipit a laetitia, et finit in tristitia; cui contrarium est comoedia, quia incipit a tristitia, et finit in laetitia.

Tragoedus, qui tragoediam scribit, qui et tragicus dicitur.

Tragemata, vilia munuscula, vel carmina tragoedorum.

Transfigere, perforare, transforare, translancinare.

Transilis, transibilis, quod facile potest transire.

Transmissilis, vel transmissibilis.

Transgressilis, transgressibilis.

Transsuadilis, transsuadibilis.

Transmobilis, transmeabilis.

Transiliter, transeunter, transitorie, praetereunter, perfunctorie.

Triental, tertia pars librae ·i· ·IIII· unciae.

Territorium, terra, provincia.

Trullixare, planare, laevigare.

Trutinare, perpendere, advertere.

Trutina, lingua librae.

Trudes, ferrati fustes, a trudendo ·i· a pellendo.

Tholus, templi summitas, rotunditas eminens.

Timorosus, timore plenus.

Taediosus, taedio plenus.

Titillare, titubare, vel commovere.

Tautones, palpebrae inferiores, quae et cilia dicuntur.

Tauruspera, scarabeus terrestris.

Tauma, scriptura, charaxatio

Territabulum, signum ad terrorem incutiendum.

Tesserarius, qui cum tesseris ludit, qui etiam tabellio, tabellator, taxillarius, dicitur; quia taxillus tessera dicitur.

Tipula, vermis aquaticus.

Torpedo, pigritudo, pigricies, segnicies, torpor, socordia.

Tanquor, aegritudo, aegrimonia.

Traduces, propaginationes, origines.

Tetragonus, quadrangulus.

Translativus, qui cito transit.

Transcribere, cum ius nostrum in aliud transit.

Translucidus, perspicuus, perspicax, elucidus, conspicuus, conspicax, conspicabundus.

Teffaecatus, spectabilis, vermis vernalis, clarus, luminosus, fulgidus, stelleus, coruscus, gemmeus, praelustris.

Triaterica, festa post triennium.

Trissare, proprietas hirundinum.

Tristega, domus tricamerata, et dicuntur tristega quasi trino ordine stantia.

Trifores, tres introitus qui et trivalves dicuntur.

Tritilis, qui facile teritur.

Trutorium, pavimentum.

Tubinces, quae tibias tegunt sicut caligae.

Tuatim, tuo more.

Tutulus, vestis qua sacerdos utitur dum turificat.

PROLOGUS

VIGESIMAE LITTERAE.

Terminatis tali modo superioribus, sic Grammatica ad consistentes infit poëtas: Gaudete, o informationis latinae discipuli, quia dirivationis nostrae navim in vigesima littera, quae est V, iam applicantes, in illius tractatu, tamquam in optato portu coepti laboris ancoram defiximus. Tabescant hinc et infirmentur invidi, qui doctrinae meae sequaces, vel de inconstantia, vel de inertia notantes, faciles esse aiunt ad aliquid inchoandum, pigros vero et remissos ad perficiendum. Magnum quidem est egregium aliquid incipere; prudentis quoque constat animi, quomodo aptius illud exequatur sollicite discutere; perfecti etiam ingenii approbatur, illud licet diutius inmoratum, ad effectum tandem deducere. Unde patet laudabilius esse quod cum morosa deliberatione ad unguem postremo apte perducitur, quam quod subito, et quasi in saltu, prorumpit in effectum. Sileant igitur aemuli nostri, si tamen silere possunt, et quicquid ad commune tractatur commodum, quia de communi est, inprobare desistant; nosque patiantur illatratos primum de vigesima littera inchoare tractatum, quae, ut ait Marcianus, ore restricto, et prominulis labiis exhibetur; et cum sit vocalis, in loco consonantis quandoque accipitur.

V

Video, es, di, sum, su, verb. activ. Inde hic et haec et hoc videns, tis. Videns componitur evidens •i• apertus; et comparatur evidentior, evidentissimus; unde evidenter, evidentius, evidentissime adv. et haec evidentia, ae •i• apertio, vel claritas. Evidens componitur inevidens •i• obscurus, vel inapertus. Item a video, visus, a, um, quod componitur invisus •i• odiosus; unde invise adv. et haec visio, nis, et hic visus, us, et hic et haec visibilis, et hoc le, et visibiliter adv. et componitur invisibilis; unde invisibiliter adv. Item a video, viso, is, verb. neut. unde visito, as, et componitur inviso, is, et reviso, is; Terentius: reviso quid agant, aut quid captent consilii. Video componitur provideo, es; unde hic et haec et hoc providens, tis; unde providenter adv. et haec providentia, ae, et providus, a, um; unde provide adv. et componitur inprovidus; et provisus, a, um; unde provise adv. et haec provisio, nis. Provisus componitur inprovisus; unde inprovise adv. Componitur etiam video, praevideo, es, invideo, es; unde hic et haec et hoc invidens, tis; et inde invidenter adv. et haec invidentia, ae •i• invidia, et invidus, a, um; unde haec invidia, ae, et invidiosus, a, um; unde invidiose adverb.

Vivo, is, xi, verb. neut. Inde vivus, a, um; unde vive adv. et hoc vivarium, rii, et hic et haec et hoc vivax, cis, quod comparatur vivacior, vivacissimus; unde vivaciter, vivacius, vivacissime adv. et haec vivacitas, tis, et vietus, a, um •i• vita detritus;

Digitized by Google

Terentius in Eunucho: hic est vietus vetus senex veternosus. Vivus componitur quamvivus ·i· valde vivus. Item a vivo, haec vita, ae; unde hic et haec vitalis, et hoc le; unde vitaliter adv. et hic vitellus, li ·i· moicllus ovi; Horatius in Sermonibus: marem prohibent callosa vitellum; et alibi: volvens aliena vitellus; et vito, as; unde verbalia; et vitabundus, a, um ·i· vitabilis, et hic vitatus, us; unde Horatius in Sermonibus: sapiens vitatu, quidque petitu sit melius, causas reddit; et hoc vitamen, nis. Et componitur invito, as; unde invitator, invitatus, invitatio, et hoc invitamen, nis, et invitus, a, um; vel invitus dicitur a vita per compositionem quasi contra vitam. Componitur etiam vito, devito, as, et evito. as, ambo in uno sensu; et inde evitabilis, quod componitur inevitabilis, unde inevitabiliter adv. Item a vivo, vivito, as ·i· frequenter vivere, et hic victus, us, victuarius, a, um ·i· pertinens ad victum, quod etiam hic et haec victualis, et hoc le, dicitur. Iosephus in duodecimo: habunde ministraverunt militibus et camelis victualia. Victus componitur convictus in eodem sensu; unde Ovidius Tristium: quid nisi convictu causisque valentibus essem. Item a vivo, hic vitulus, li, eo quod sit vita dignus; et inde vitulinus, a, um, et haec vitula, ae, quae aliquando dicitur pro victoria, quae dicitur esse Dea laeticiae, et ponitur saepe vel pro laeticia, vel pro festo eiusdem Deae; unde Virgilius in Bucolicis: cum faciam vitulam pro frugibus, ipse venito. Vitulam posuit hic vel pro festo illius Deae, vel pro exultatione alicuius victoriae. Hinc etiam vitulor, aris, dicitur ·i· laetari; unde Ticius: vitulari, inquit, dicimus ·i· voce laetari. Vivo componitur advi-

vo, is, convivo, is; unde hic convictor, oris, qui pariter cum alio vivit; unde Horatius: nunc quia sum tibi Maecenas convictor; et hic et haec conviva, qui simul vivit cum alio; unde hoc convivium, vii, et convivor, aris, et convivator, et convivatus, convivatio, convivatorium, rii, quod etiam convivorium dicitur.

Vireo, es, ui, verb. neut. et caret supinis. Inde hic viror, oris, et hic et haec viridis, et hoc de, quod comparatur viridior, viridissimus; unde viridius, viridissime adv. et haec viriditas, tis, et hoc virgultum, ti, et hoc viretum, ti ·i· locus viriditate plenus, quod etiam hoc viridium, dii, dicitur; unde Macrobius de Saturnalibus: formosa facies viridiorum; et hoc viridarium, rii ·i· virgultum. Ambrosius super Hegesippum: pulchritudines solariorum et viridariorum. Item a vireo, hoc vimen, nis; unde vimineus, a, um, et viminetum, ti ·i· locus ubi vimina crescunt; et haec vibex, cis ·i· virga; Persius: puteal multa vibice flagellas; et hoc viburnum, ni ·i· minuta virga, vel frutex in petrosa terra; Virgilius: quantum lenta solent inter viburna cypressi. Et vibro, as ·i· iaculari, sicut solemus de minuta virga; unde verbalia; et hoc vibramen, nis; et haec virga, ae; unde haec virgula, ae. Et componitur hic primivirgius ·i· ille qui primam virgam gestat ante regem. Item a vireo, viresco, quod componitur eviresco, is, et pluraliter hae vires, ium. Per compositionem eviro, as ·i· debilitare; et dicitur evirare quasi extra vires ponere; Ambrosius: ut falcibus saccos inciderent, quo paleis repleti evirare arietis ictus nequirent; inde eviratus ·i· debilis, et haec eviratio. Item a vireo, hic vir, ri, hic et haec virilis, et hoc le; unde viriliter adv. et

Digitized by Google

viritim •i• de viro in virum; unde Alcuinus: protinus ascribet vati populoque viritim; et viratus, a, um •i• virilis et fortis, vel viro * honoratus; unde Iohannes chrysostomus: mulier virata non facile decipitur. Et virgo, nis, dicitur a viro, et virgineus, a, um, et haec virguncula, ae, et hoc virginal, lis •i• secreta illa pars uteri ubi fit conceptio; unde Prudentius de Hymnis: intactum ab omni crimine virginal. Et virgino, as •i• caste vivere; et componitur devirgino, as •i• virginitates auferre; et inde verbalia. Dicitur etiam a viro, haec virtus, tis; unde virtuosus, a, um, et virtuose adv. Et componitur virtus, haec vipera, ae; et dicitur vipera quasi virtute pariens, quia cum parit, se ipsam disrumpit; et inde viperola, ae, et vipereus, a, um, et viperinus, a, um. Vir componitur hic triumvir, ri •i• ille qui tres habet viros sub potestate sua. Ambrosius: turris Antonia ab Antonio triumviro donata vocatione; et inde hic triumviratus, us •i• illius potestas. Componitur etiam triumvir, septemvir, qui septem viros habet sub se, et hic virbius, ii •i• bis vir existens, qui scilicet binas habuerit uxores, vel etiam bis fecit facta viro digna. Item a vireo, hoc virus indeclinabile •i• venenum; unde virosus, a, um, et virulentus, i, veneno plenus, et virulentia, ae •i• veneni cuiuslibet infectio.

* Ita cod.

Valeo, es, ui, verb. neut. et caret supinis. Inde validus, a, um, quod comparatur validior, validissimus; unde valide, validius, validissime adv. et haec validitas, tis, et valentulus, a, um •i• aliquantulum valens; unde Plautus in Cassia: obsecro, ut valentula est; et haec valentia, et hic valor, et haec vali-

Digitized by Google

tudo in eodem sensu. Valitudo componitur invalitudo. Validus, invalidus, invalide adv. Item a valeo, valesco, cis, quod componitur convalesco, et invalesco. Et ab adverbio valide dicitur valde, subtracta una littera. Valeo componitur convaleo, es, invaleo, praevaleo.

Verus, a, um, comparatur verius, verissimus; unde vere, verius, verissime adverb. et veritas, tis, et verosus, a, um ·i· verus; unde Marcianus Capella: quae in argumentum verosae assertionis detulerat; inde verose adverb. ·i· vere. Item ab hoc nomine, quod est verus, vere adverb. et componitur enimvero ·i· certe; et verum similiter adverb. quod aliquando dicitur pro certe, aliquando pro sed, et componitur verumtamen ·i· sed, et hoc veru in singulari, verua vero et veribus in plurali; Ovidius in nono: pars veribus stridet. Verus componitur veridicus, verificus, et severus ·i· satis verus, et severe adverb. et haec severitas, tis, et severo, as, quod non est in usu; sed componitur assevero, as ·i· reserare, affirmare. Et persevero, as ·i· persistere; unde hic et haec et hoc perseverans, tis; unde perseveranter adv. et haec perseverantia, et cetera verbalia. Componitur etiam verus, revera ·i· certe adverb.

Verto, is, ti, sum, su, verb. activ.; inde versus, a, um, et hic et haec versilis, et hoc le, et versiliter adverb. et versum adverb. ·i· contra, et componitur adversum. Et verso, as; unde hic et haec versatilis, et versito, as, verbum frequentativum. Et verso componitur reverso, as; converso, as; diverso, as ·i· variare, tergiverso, as ·i· decipere, vel in varias partes se convertere; unde tergiversator, ter-

giversatio. Item a verto hic * vertex, cis, et haec vertigo, nis; unde vertiginosus qui vertiginem capitis patitur, et hoc vertibulum ·i· instrumentum illud unde carbones vertuntur in fornace; et versutus, a, um ·i· cautus, quod comparatur versutior, versutissimus; unde versute, versutius, versutissime, et haec versutia, ae. Et per compositionem hic et haec versipellis, et hoc le ·i· deceptor, qui dum diversis modis decipit, quasi se in varias pelles transvertit. Item a verto, hic versus, us; unde versiculus, et componitur versifico, as; unde versificator, versificus, versificatus, a, um, et versifice adverb. Verto componitur reverto, is; unde reversus, reversio. Converto, is, conversus, et conversio. Subverto, subversus, et subversio. Averto, aversus, et aversio. Adverto, is ·i· intelligere; unde adversus, et adversio. Perverto, is; everto, is; diverto, is; unde diversus, a, um, et diversio, et hoc diversorium, rii ·i· diversitas viarum, vel locus remotus ab alio, et hoc diverticulum, li ·i· ubi una via divertit ab alia, quod divortium dicitur; Terentius: ubi ad ipsum veni diverticulum, constiti. Per compositionem diversifico, as; unde diversificatus, diversificatio, et diversificamen, nis.

* cod. *haec.*

Vigilo, as, verb. neut.; inde hic et haec et hoc vigilans, tis, et vigilanter adverb. et haec vigilantia, ae, et hic et haec vigil, lis; unde pluraliter hae vigiliae, arum, et hic et haec et hoc vigilax, cis ·i· ad vigilandum paratus; Sidonius: in paginis eius vigilax lector inveniet. Vigil componitur pervigil ·i· valde vigil; unde pervigiliter adverb. et hoc pervigilium, lii ·i· vigilantia; unde Marcianus: hiemali pervigilio marcescentes. Vigilo componitur invigilo, as; pervigilo, as; advigilo, as; et ab istis verbalia.

Vereor, eris, verbum deponens; inde veritus, a, um, et verecundus, a, um, quod comparatur verecundior, verecundissimus; unde verecunde adverb. verecundissime, et haec verecundia, verecundor, aris, unde verecundatus, verecundatio. Verecundus componitur inverecundus. Vereor componitur revereor; unde hic et haec et hoc reverens, tis, et reverenter adverb. et haec reverentia, ae, et reveritus, a, um. Reverens quoque componitur irreverens, is ·i· inpudibundus; unde irreverenter adverb. et haec irreverentia, ae.

Vetus, teris, comparatur veterior, veterrimus; unde veterius, veterrime adverb. et vetero, as, quod non est in usu; sed inde dicitur hic veterator, ris ·i· in malis statuendis et inveniendis perseverans; unde Terentius: veterator, impostor, excogitator. Et componitur invetero, as; unde hic inveterator, et inveteratus, a, um, et haec inveteratio, nis. Item ab hoc nomine, quod est vetus, hic vetulus, et haec vetula, et vetustus, a, um, quod comparatur vetustior, vetustissimus; unde vetuste, vetustius, vetustissime adverb. et haec vetustas, tis; et veterosus, a, um ·i· vetustate plenus; unde veteranus, a, um ·i· senex et detritus; unde in vita beati Martini: cum vero edictum esset a regibus, ut veteranorum filii etc. Item ab hoc nomine vetus, hoc veternum, ni ·i· infirmitas quaelibet, quam habent veteres ex consueto, sicut est oblivio, gravitas, guttositas; Virgilius: nec torpere diu passus sua membra veterno; et Horatius: cur me funesto properas arcere veterno? Et inde veternosus, illa infirmitate plenus; unde Terentius: hic est vietus, vetus, veternosus senex. Vetus componitur quamvetus ·i· valde vetus.

Digitized by Google

Utor, uteris; inde usus, a, um, et hic usus, us, et hic et haec usualis, et hoc le; unde usualiter adv. et usito, as ·i· frequenter uti; unde usitatus, usitatio, usitatim adverb. et haec usura, ae, et hic usurarius, rii: et hic et haec utilis, et hoc le, quod comparatur utilior, utilissimus; unde utiliter, utilius, utilissime adverb. et haec utilitas, tis. Utilis componitur inutilis, unde inutiliter, perutilis, et quamutilis, ambo pro valde utilis. Item ab utor, hic uterus, ri; unde uterinus, a, um, et componitur couterinus ·i· ex eodem utero progenitus, et hic uter, utris ·i· vas largum et expansum superius. Utor componitur coutor, ris; unde cousus, a, um: et abutor, éris; unde abusus, a, um, et haec abusio, nis, et abusivus, et abusive adverb.

Volo, vis, verbum anomalum ·i· irregulare; inde haec voluntas, tis, et voluntarius, a, um, et voluntarie adverb. et haec voluptas, tis; unde voluptuosus, a, um, et voluptuose adverb. et volupe adverb. ·i· secundum voluptatem; Terentius: bene factum, et volupe est; Plautus: quia pax est inter vos duos, gaudeo, et volupe est mihi. Item a volo, hic vultus, us; unde vultuosus, a, um ·i· tristis; et hic vopiscus, ci ·i· vir nobiliter natus; cui contrarium est hic spurius, rii ·i· ex nobili patre, et ignobili matre, et hic nothus, ti ·i· adulter, et hic moechus, chi, in eodem sensu. Volo componitur nolo.

Veneror, aris, verbum deponens; inde veneranter adverb. et veneratus, veneratio, venerabilis; unde venerabiliter adverb. et venerandus, a, um, et haec Venus, ris, eo quod propter pulchritudinem erat veneranda; et inde venerius, a, um. Dicitur autem ve-

nus quandoque pro venustate. Horatius: decorat suadela venusque; et inde venustus, quod comparatur venustior, venustissimus; unde venuste, venustius, venustissime adverb. et haec venustas, tis, et venustulus, a, um ·i· aliquantulum venustus; Plautus: oratione venustula. Et venusto, as, quod componitur devenusto, as, et ab istis verbalia. Venus componitur veneripeta, ae ·i· luxuriosus.

Venio, nis, ni, tum, tu, verb. neut.; inde hic ventus, ti; unde ventosus, a, um, et haec ventositas, tis, et ventuosus, a, um ·i· vento plenus, et hic ventulus, li; unde Terentius: cape ventilabrum, et ventulum huic facito. Et ventilo, as ·i· dispergere; unde ventilatus, ventilatio, et hoc ventilabrum, ri, et componitur deventilo, as, et eventilo, ambo pro dispergere. Dicitur etiam a vento, hic venter, ris, quia concipit ventum; unde hic ventriculus, li, et hoc ventrale, is ·i· zona circa ventrem, sicut lumbare circa lumbos, et renale circa renes, et haec venterina, ae ·i· bestia quae fert onus circa ventrem, et ventricosus, a, um ·i· grossus, quod etiam ventruosus dicitur; Plautus: macilentis malis ruffulis, et aliquantulum ventruosis. Item ruffulus est, inquit, aliquantulum ventruosus. Item a venio, haec venia, ae; unde haec venula, ae, et venosus, a, um ·i· venis plenus; Persius: est nunc Brisei * quem venosus liber Actii. Et haec venilia, ae ·i· maris exaestuatio quae ad litus venit; unde Varro: venilia est, inquit, unda quae ad litus venit, salacia quae ad mare redit. Item a venio, venor, aris; unde venator, venatus, venatio, et hoc venabulum, li. Venor componitur convenor, aris. Venio componitur convenio, is; unde hic

* ita cod.

Digitized by Google

et haec et hoc conveniens, tis, et illud comparatur convenientior, convenientissimus, et convenienter adv. convenientius, convenientissime; et haec convenientia, ae. Conveniens componitur inconveniens. Et hic conventus, us, dicitur a convenio; unde hic conventiculus, li, et hic convena, ae ·i· ille qui convenit cum aliis. Ambrosius: omnis turba convenarum dum cedentem sequitur etc. Et convento, as ·i· simul venire. Advenio, is; inde hic adventus, us, et hic advena, ae, et advento, as ·i· advenire, et adventicius, a, um. Invenio, is; inde inventus, a, um, et haec inventio, nis; et componitur adinvenio, is; praevenio, is; unde praeventus, a, um. Subvenio, is, subventus, a, um, subventio. Evenio, eventus, us. Pervenio, perventus, a, um, et haec perventio, nis. Circumvenio, is, circumventus, a, um, et circumvente ·i· stricte, et haec circumventio, is. Provenio, is ·i· convenire; unde hic proventus, us. Intervenio, is ·i· intercedere. Pervenio, is; unde perventus, a, um.

Ungo, is, vel ungeo, es, xi, ctum, tu, verb. activ.; inde unctus, a, um, haec unctio, nis, hoc unguen, nis, hoc unguentum, ti; unde hic unguentarius, rii, et haec unctura, ae, et unctito, as ·i· saepe ungere. Item ab ungo, hic unguis, is; unde haec ungula, ae, et ungulatus, a, um, et uncus, a, um ·i· curvus; unde hic uncinus, ni ·i· ferrum ad instar falcis curvatum; unde Amos propheta: quid tu vides Amos? uncinum pomorum ego video; et inde unco, as ·i· curvare; unde uncatus, a, um, uncatio. Et componitur adunco, as, et redunco, as, omnia pro curvare, et ab istis verbalia. Uncus componitur aduncus ·i· curvatus, et subuncus ·i· aliquantulum

curvus. Obuncus, et reduncus ambo pro hoc nomine, quod est curvus. Ovidius: viribus usus avis, pennis rostroque redunco. Ungo componitur perungo, is; unde perunctus, a, um, et perunctio, nis, et perunctim adverb. Inungo, is; unde inunctus, a, um, et haec inunctio, nis.

Vaneo, es, ui, verb. neut. et caret supinis; inde vanus, a, um, quod comparatur vanior, vanissimus; unde vane, vanius, vanissime adverb. et haec vanitas, tis, et vanesco, cis, quod componitur evanesco, et vanidus, a, um, quod componitur evanidus ·i· vanus; Ovidius: pectoraque in tenues abiere evanida rivos. Vanus componitur vaniloquus; unde hoc vaniloquium, et vanidicus, a, um. Vaneo componitur evaneo.

Vado, is, pergere, verb. neut. et caret supinis; inde hoc vadum, di, et vadulum, li, et vadosus, a, um, et vador, aris, vel vado, as, et componitur pervado, as, et ab istis verbalia. Item a vado, hic vas, dis; unde hoc vadimonium, nii. Dicimus etiam hoc vas, sis; unde vasatus, a, um ·i· amplus, et expansus, et hoc vasculum, li, et hoc vatillum, li ·i· parvum vas; unde Marbodus: quae solis radiis in aqua subiecta vatillo. Vado componitur invado, is; unde invasor, oris, et pervasus, a, um, et pervasio, nis. Evado, is.

Vicis, vicem, a vice, nomen triptotum ·i· tres casus habens in singulari; inde haec vicissitudo, nis; unde vicissitudinarius, a, um, et vicarius, a, um ·i· vicem domini agens; et vicissim adverb. quod etiam aliter dicitur vicatim. Horatius: vos * turba vicatim hinc et hinc saxis. Vicis componitur invicem, et adinvicem, et vicecomes, et vicedominus.

* cod. *nos.*

Digitized by Google

Violo, as, verb. activ.; inde violator, oris, violatrix, cis, violatus, a, um, quod componitur inviolatus, et violatio, nis, et hoc violamen, nis, et hic et haec violabilis, et hoc le, quod componitur inviolabilis; et violentus, a, um, quod comparatur violentior, violentissimus; unde violenter, violentius, violentissime adverb. et haec violentia, ae. Et hic vispilio, nis ·i· sepulcrorum violator, et hic vispillo, nis ·i· raptor qui aliis violentiam ingerit; unde in vita S. Etmundi: more vispillonum per diversa vagantes; et componitur vispillo ex violentia et pilo, quia pilum ·i· telum geritur, et sic aliis violentia infertur. Item a violo, haec viola, ae, et haec vespa, ae ·i· quoddam volatile inquietum, et violentissimum; unde haec vespula, ae, diminut.

Vestio, is, vi, tum, tu, verb. activ.; inde vestitus, a, um, et haec vestis, is, et hoc vestimenti, et hoc vestiarium, rii, et hoc vestibulum, li ·i· porticus in qua vestimur, et haec Vesta, ae ·i· Dea virginum; unde hic et haec vestalis, is, et haec vestiplica, ae ·i· mulier quae vestes plicat, et hic et haec vesticeps, pis ·i· iuvenis qui barbam iam habere incipit, et componitur investiceps ·i· qui barba nondum vestitur, qui etiam investis dicitur. Macrobius: Romani pueros et puellas investes, camillos et camillas, praeministros flaminum et flaminicarum. Vestio componitur investio, is; unde investitus.

Uro, is, ussi, stum, tu, verb. activ.; inde ustus, a, um, haec ustio, nis, haec ustura, ae, quod componitur combustura; et ustulo, as; unde ustulatio, ustulatus, et hoc ustulamen, nis. Ustulo componitur deustulo, as, et semiustulo, as; unde Augustinus de

civitate Dei: pontifex suae salutis oblitus, irruens in ignem semustulatus est. Similiter et ustus componitur inustus, et semustus pro semiustus. Item ab uro, hic urus, ri ·i· bos agrestis; et haec urina, ae; unde haec urinaria, et hoc urinarium ·i· vas ad recipiendam urinam: et haec urtica, ae; unde urtico, as; et inde urticatus, a, um. Uro componitur peruro, is; unde perustus, a, um, et haec perustio, nis. Amburo, is ·i· circumuro; inde ambustus, a, um; unde Quintilianus de Causis: tunc facies sentit incendium, cum ambusti defecere gressus. Et componitur etiam uro, exuro, is; unde exustus, exustio; unde conbustus, et conbustio; aduro, is; unde adustus, et adustio.

Vicus, ci; inde hic viculus, li; et vicinus, a, um; unde haec vicinia, ae, et haec vicinitas, tis, et vicaneus, a, um ·i· vicinus, et componitur convicaneus ·i· vicinus quasi de eodem vico. Et haec villa, ae, dicitur a vico; unde haec villula, ae, et hic villanus, ni, et hic villicus, ci; unde in Evangelio: et laudavit dominus villicum iniquitatis. Et hic villus, li ·i· lac * de vellere ovis, et villico, as ·i· villas colere; unde in Evangelio: iam non poteris villicare. Item ab hoc nomine, quod est vicus, per compositionem hic et haec et hoc pervicax, cis ·i· superbus et inportunus, sicut solent esse, qui agunt causas vicorum; unde pervicaciter adverb. et haec pervicacia, ae ·i· superbia, vel indignatio.

* ita cod.

Varius, a, um; inde varie adverb. et haec varietas, tis, et varus, a, um ·i· tortus per syncopam ·i· per subtractionem mediae litterae; Persius: cum fallit pede regula varo. Item ab hoc nomine, quod

est varus, vario, as; unde variatus, variatio, variatim adverb. et hic et haec variabilis, et hoc le. Et per compositionem vafer, a, um ·i· cautus, et dicitur vafer, quasi varia ferens, sicut cautus homo qui loquitur variis modis. Persius: omne vafer vicium ridenti Flaccus amico tangit. Vario componitur divario, as; et inde verbalia. Item ab hoc nomine, quod est varius, haec varica, ae ·i· quaedam vena in poplite, quae ex nimio itinere facit turgere poplitem, quod etiam haec varex, cis, dicitur; Macrobius: dicitur quod cum Cicero iactaret se de exilio humeris reportatum fuisse, ait illi quidam; unde ergo tibi varices? Hinc etiam dicitur varicosus, a, um ·i· succiduus, us ·i· cito cadens. Iuvenalis: varicosus fiet aruspex; unde Persius: dixeris haec inter varicosos centuriones; unde et praevarico, as, dicitur per compositionem ·i· infringere; unde praevaricator, praevaricatus, praevaricatio, nis; sicut etiam dicimus, divarico, as ·i· diversificare; unde divaricatus, divaricatio.

Vinco, is, vinctum, tu, verb. activ.; inde victor, oris, victrix, cis, quod in obliquis casibus est omnis generis: victricem enim exercitum dicimus, et victricia signa; unde Lucanus: tollite iampridem victricia tollite signa; et victus, a, um, quod componitur invictus, et hic et haec vincibilis, et hoc le, quod componitur invincibilis, et haec victoria, ae; unde victoriosus, a, um, et victoriose adv. et hic et haec victorialis, et hoc le: et haec victima, ae, quae occidi solet propter victoriam; et inde victimo, as ·i· sacrificare: unde victimator, victimatus, victimatio. Vinco componitur devinco, cis, evinco, cis. Vincio, cis, cii ·i· ligare; inde haec vitis, is; inde haec vitiligo,

nis ·i· vimen cum quo vitis ligatur ; unde Marcianus : scabros dentes vitiliginesque linguarum. Et hoc vinum, ni ; unde vineus, a, um ·i· vino inbutus, quod etiam vinulus dicitur ; unde Plautus : oratione vinula, venustula ; et hoc villum, li ·i· parvum vinum. Terentius : aliquo in angulum abeam, hoc villum obdormiscam ; et vinosus, a, um ·i· vino plenus. Plautus ponens superlativum ait : quid opus est verbis ? vinosissima est. Et hoc vinalium ·i· festum vini. Macrobius : vinaliorum dies Iovi sacratus est. Et vinolentus, a, um ·i· vino plenus, et haec vinolentia, ae ·i· ebrietas, hic vinitor, oris, qui custodit vinum, et hoc vinacium, cii ·i· posterius vinum, quod et vinaceum dicitur, et est quasi faex totius vini, et haec vinea, ae ; unde haec vineola, ae, et vindemia, ae ; unde vindemio, as ·i· vineam putare ; unde vindemiator, vindemiatus, vindemiatio. Item a vincio, hoc vinculum, li, et hoc vinclum, li, per syncopam, et vinculor, aris ·i· ligare ; unde verbalia. Et haec victima, secundum Isidorum, dicitur a vincio, quia vincitur dum ducitur ad inmolandum ; et haec vitta, ae ·i· infula unde ligatur caput sacerdotis ; unde vittatus, a, um. Vincio componitur devincio, is ; unde devinctus, et deviuctio.

Unus, a, um ; inde unicus, a, um ; unde unice adverb. et haec unitas, tis, et hic unio, onis ·i· lapis preciosus ; dicitur quoque pro stella, et pro caepe ; et una ·i· pariter adverb. Et unio, is ·i· congregare ; unde unitus, a, um ; et uno, as, quod non est in usu ; sed componitur aduno, as ; et inde verbalia. Item ab hoc nomine, quod est unus, ullus, a um ·i· aliquis ; et inde uspiam, et usquam adverb. Et compo-

nitur nullus; unde nusquam adverb. et nullatenus ·i· non. Et adnullo, as; unde verbalia. Unus componitur unanimis, et unicolor, et uniformis, et unimodus, et unifico, as; unde verbalia, et unificus, a, um.

Verbero, as; inde verberatus, verberatio, et hoc verberamen, nis, et verbito, as ·i· saepe verberare, et hic verbero, nis ·i· ille qui alium verberat. Plautus: verbero, aut muttito, aut ego te laedam scipione. Et hoc verber, is, et hic et haec verberabilis, et hoc le, qui aptus est ad verberandum. Plautus ponens superlativum ait: verberabilissime etiam rogas, non fur sed trifurcifer. Item a verbero, hoc verbum, bi; unde verbosus, a, um, et verbose adverb. et haec verbositas, tis, et hic et haec verbalis, et hoc le; unde verbaliter adverb. et verbosor, aris ·i· verbose loqui. Verbum componitur adverbium, et proverbium, verbigena, et seminiverbius ·i· seminator verborum. Verbero componitur transverbero, diverbero, reverbero; inde verbalia.

Voro, as, verb. activ.; inde vorator, voratus, voratio, vorabilis, et vorabiliter adverb. et hic et haec vorax, quod componitur voracior, voracissimus; unde voraciter, voracius, voracissime adv. et haec voracitas, tis, et vorago, nis. Voro componitur devoro, transvoro, et ab istis verbalia.

Volo, as, verb. neut.; inde hic et haec volatilis, et hoc le, et hic volatus, us, et hic volucer, et et haec cris, et hoc cre ·i· velox, et haec volucris ·i· avis, et volito, as, verbum frequentativum; unde verbalia. Et componitur involito, as, et advolito, as. Item a volo, haec vola, ae ·i· medietas palmae; unde Prudentius: et volas plicas aduncis unguibus;

inde hic volemus, ·i· quoddam genus pyrorum, quae adeo sunt magna quod vix in vola concludi possint. Et per compositionem involare ·i· aliquid in manu continere. Volo componitur advolo, as, avolo, as, involo, evolo, revolo, transvolo, convolo, circumvolo, et ab istis verbalia.

Via, ae; inde hic viator, ris, et hoc viaticum, ci ·i· victus qui defertur in via: et secundum quosdam vietus, vetus senex veternosus; et viaticatus, a, um ·i· in via sustentatus. Sidonius: tanquam opipare viaticatus. Hinc etiam per compositionem pervius, a, um; devius, a, um; unde devio, as, deviatus, deviatio. Praevius, a, um, avius, intervius. Componitur etiam bivium, et quadrivium, et trivium; et inde haec Trivia, ae ·i· Diana, et hic et haec trivialis, et hoc le, et triviatim ·i· ubique adverb.; unde Marcianus: loquar triviatim dissultaret humanitas.

Urgeo, es, ursi, vel urgui, sed neutrum est in usu, et caret supinis; inde urgenter adverb. et hic ursus, si; unde ursulus, li, vel ursellus, vel ursiolus, diminut. et ursinus, a, um, quod etiam ursacius dicitur, et hic ursarius, rii. Item ab urgeo, hic urceus, i ·i· vas aquarium; unde hic urceolus, li. Persius: urceoli veteris metuens deradere limum; et haec urna, ae, quia urget collum suum. Et secundum Isidorum, haec orca, ae ·i· vas habens strictum collum, et hic orcus, ci ·i· infernus quia urget delinquentes. Item ab urgeo, urgesco, is, et hoc ulcus, eris; unde ulcerosus, a, um, et ulco, as; unde verbalia. Et componitur exulcero, as ·i· vulnerare, vel laniare.

Vallo, as ·i· circumdare; inde verbalia; et haec

Digitized by Google

vallis, eo quod vallatur montibus; unde vallosus, a, um, et hic et haec vallestris, et hoc re, et hoc vallum, li. Vallis componitur convallis ·i· magna vallis. Item a vallo, haec valva, ae ·i· porta; unde secundum Isidorum, haec vulva, ae, quasi ventris valva. Et componitur pluraliter hae bivalves, ium ·i· geminae valvae, quae etiam bifores dicuntur. Vallo componitur circumvallo, as.

Vesper, ris ·i· quaedam stella, quae oritur in vespere, et dicitur lucifer in mane, quae etiam hic vesperus, ri, et haec vesperugo, nis, dicitur. Plautus in Amphitrione: nec iugulae, nec vesperugo, neque vergiliae occidunt. Item ab hoc nomine, quod est vesper, hoc vesperum, ri ·i· extrema pars diei, quae etiam haec vespera, ae, dicitur, et hoc vespere indeclinabile; unde in Evangelio: vespere sabbati, quae lucescit; et hic vespertilio, nis ·i· avis in vespere volans, vespertinus, a, um, et haec vesperna ·i· caena in vespere; et pluraliter hae vesperae, rum, pro ipso officio, et vesperasco, cis, quod componitur advesperasco, cis.

Vicium, cii; inde viciosus, a, um, et viciose adverb. et haec viciositas, tis, et vicio, as; unde viciatus, a, um, viciatio, viciabilis, et haec vicia, ae ·i· quoddam genus leguminis. Virgilius: aut tenuis foetus viciae, tristesque lupini. Vicio componitur convicio, as; unde conviciator, conviciatus, conviciatio, et hoc convicium, cii.

Veho, is, xi, ctum, tu, verb. activ.; inde vectus, a, um, et haec vectura, ae, et hoc vectigal, is ·i· tributum, et hoc vexillum, li, quod componitus vexillifer, et haec veha, ae ·i· quoddam genus

carri, et hoc vehiculum, li ·i· omne genus carri; et pluraliter hae vectes, ium, et vecticularius, a, um, sicut dicimus aliquem vecticulariam vitam agere, qui furto et rapinis intendit; et vecto, as ·i· portare; et componitur convecto, as, et evecto, as, et devecto, as ·i· seorsum portare, et subvecto, as ·i· sursum portare, et provecto, et advecto, et invecto, et ab istis verbalia. Sic et veho componitur conveho, is; unde convectus, a, um, et haec convectio, et convectim ·i· cumulatim adverb. Eveho, is; inde evectus, et evectio. Deveho, is; inde devectus, vel devexus ·i· deorsum positus. Subveho, is; unde subvectus, et subvectio; adveho, is, advectus, advectio; inveho, invectus, invectio.

Vapor, oris; inde vaporus, a, um, et vaporo, as ·i· tepere, unde vaporatus, vaporatio, et vaporabilis, et hoc vaporamen, nis, et haec vappa, ae ·i· vinum marcidum, quod remanet de sero. Horatius: absentem cantat amicum multa prolutus vappa; et inde vapidus, a, um ·i· sine vapore. Dicitur quoque vappa pro garcifero. Horatius non ego Davum cum veto te fieri, vappam iubeo. Et vapulo, as ·i· verberari verb. neut. passivum. Terentius: si ad rem conferatur, vapulabit.

Umbra, ae; inde haec umbella, ae ·i· parva umbra, et umbrosus, a, um, et umbraticus, a, um, et umbratice adverb. et hoc umbraculum, li; et hic umbo, nis, eo quod det umbram scuto; et hic umbilicus, ci, eo quod sit umbra iliorum: et umbro, as; unde umbratus, a, um, umbratio, nis. Et componitur adumbro, as, et obumbro, as, et ab istis verbalia.

Volvo, is, vi, tum, tu, verb. activ.; inde volutus, a, um; et haec volutio, nis, et hic et haec volubilis, et hoc le; unde volubiliter adverb. et haec volubilitas, et voluto, as ·i· volvere; unde verbalia; et componitur revoluto, as. Item a volvo, hoc volumen, nis, et hoc volutabrum, ri. Et per compositionem hoc involucrum, ri ·i· involutio cuiuscumque rei. Prudentius: ne sanctum involucris pollueret locum. Volvo componitur revolvo, is; unde revolutus, revolutio, revolubilis, quod etiam revolutilis dicitur. Augustinus: mundo revolutiles ortus eisdem circuitibus inserite. Obvolvo, is, obvolutus, obvolutio; advolvo, advolutus, advolutio; convolvo, convolutus, convolutio; provolvo, is; inde provolutus, provolutio; involvo, involutus, involutio, et hic involvolus, li ·i· quaedam bestia, quae ut homines facilius decipiat, involvit *se* in aliqua re. Plautus: imitatus nequam bestiam involvolum, quae in papyro inplicat se. Devolvo, evolvo, circumvolvo, et ab istis verbalia.

Velum, li; inde hoc vexillum, li, diminut. et componitur vexillifer, et hoc velarium ·i· velum, et hoc velabrum, ri ·i· vas in quo oleum contunditur, vel in quo frumentum purgatur. Plautus: omnes rem gerunt quasi in velabro olei. Item ab hoc nomine, quod est velum, velo, as; unde velatus, velatio, et hoc velamen, nis, et hoc velamentum, ti, et pluraliter hi velites, tum ·i· milites, scilicet levis armaturae; unde et velito, as ·i· certare, pugnare, vel altercare; et inde velitator, velitatus, velitatio. Plautus in Asinaria: verbis velitationem fieri conpendio volo. Velo componitur obvelo, as ·i· tegere; unde obvelatus, obvelatio. Revelo, as ·i· detegere, vel aperire;

unde revelatio, nis. Develo, as ·i· discooperire. Ovidius: oraque develat miserae pudibunda sororis; et inde develatus, et develatio. Velum componitur velifer, et velivolus.

Voco, as, verb. activ.; inde vocatus, vocatio, vocativus, a, um ·i· ad vocandum aptus, vocatim adverb. et hic et haec vocalis, et hoc le, quod componitur semivocalis. Item a voco, hoc vocamen, nis, et haec vox, cis; unde per compositionem univocus, a, um. Et vocito, as, quod componitur invoco, as; unde invocatus, invocatio. Provoco, as, provocatus, provocatio; convoco, convocatus, convocatio; avoco, as ·i· amovere; unde avocatus, avocatio; advoco, as, advocatus, advocatio; revoco, as, revocatus, revocatio, et revocabilis, quod componitur irrevocabilis, unde irrevocabiliter adverb.

Uns, uncis, quaedam mensura; et inde haec uncia, ae, pro eadem mensura, et haec unciola, ae, diminut. Iuvenalis: unciolam Proculeius habet, sed Gillo deuncem; et unciatim ·i· de una uncia in aliam. Terentius: quod ille unciatim vix de demenso suo, suum fraudans genium. Uncia componitur haec semiuncia, ae ·i· dimidia uncia. Persius: haereat in stultis brevis ut semuncia recti. Uns componitur deuns, cis ·i· decem unciae. Persius: avidos sudare deunces.

Vasto, as, verb. activ.; inde vastator, oris; unde vastatorius, a, um, vastatus, et vastatio, vastabilis, hoc vastamen, nis, et vastus, a, um ·i· magnus, vel inanis, et haec vastitas, et hic vascus, ci ·i· inanis, et nugatorius. Vasto componitur devasto, pervasto; inde verbalia.

Uber, ris; unde in Proverbiis de cerva: ubera,

inquit, eius inebrient te omni tempore; unde uberosus, a, um ·i· habundans, et uberose adverb. et haec uberositas, et hic et haec uber, ris ·i· habundans; unde ubertim adverb. et haec ubertas, tis, et ubertuosus, a, um ·i· fertilis; unde Iosephus in primo: dum placuisset Isaac, ut iret in Aegyptum ubertuosam valde provinciam. Et ubero, as, quod non est in usu, sed componitur inubero, as ·i· lactare, et exubero, as ·i· habundare, et exuberanter adverb. et haec exuberantia, ae ·i· habundantia. Et per compositionem exuberes ·i· infantes qui extracti sunt ab ubere, et sububeres qui adhuc sunt sub ubere.

Vulgus, gi; inde vulgosus, a, um ·i· vulgo habundans, et hic et haec vulgaris, et hoc re; unde vulgariter adverb. et vulgo, as ·i· publicare. Et componitur provulgo, divulgo, as, ambo pro publicare, et ab istis verbalia.

Unda, ae, undosus, a, um ·i· unda plenus, et undose adverb. et haec undositas, et undatim adverb. et undo, as ·i· multiplicari, undanter ·i· affluenter adverb. Et componitur inundo, as ·i· exuberare; unde inundanter adverb. et haec inundantia, ae ·i· copia, et inundatus, a, um, et haec inundatio, nis. Isaias ad Ecclesiam: inundatio camelorum operiet te. Componitur quoque undo, habundo; unde habundanter adverb. et haec habundantia, ae, et habundus, a, um; unde habunde adverb. Redundo, as ·i· habundare, similiter et exundo, as, et ab istis verbalia.

Verro, is ·i· trahere; inde hoc verriculum, li ·i· quoddam genus navis piscatoriae, et hic verris, is ·i· porcus bellicosus, et verrito, as ·i· frequenter verrere, et haec verruca, ae ·i· papula in corpore ali-

cuius infirmi; et dicitur quandoque pro quodam vehiculo; et inde verricosus, a, um ·i· inaequalis, et tuberosus; unde Persius: sunt quos Pacuvius, et verrucosa morentur.

Ultra, praepositio; et comparatur ulterior, ultimus; unde ulterius, ultime adverb. Et ultro etiam adverb.; unde ultroneus, a, um ·i· spontaneus. Ultimus componitur penultimus, ·i· pene ultimus; et illud componitur antepenultimus ·i· ante illum qui pene ultimus.

Vergo, is ·i· declinare; inde vergenter adverb. et vergito, as ·i· vergere, et haec vergilia, ae ·i· stella quae paulo ante lucem occidit. Plautus: neque iugulae, neque vesperugo, neque vergiliae occidunt. Vergo componitur divergo, is.

Vates, is ·i· poëta; inde vaticinor, ris ·i· divinare; unde vaticinator, vaticinatus, vaticinatio, et hoc vaticinium, et hic Vaticanus ·i· paganorum Deus. Vates componitur vaticanus, et vatidicus; unde vatidice adverbium.

Vilis comparatur vilior, vilissimus; unde viliter, vilius, vilissime adverb. et haec vilitas, tis; et vileo, es, ui, et caret supinis; inde vilesco, is, quod componitur advilesco, is. Vilis componitur quamvilis ·i· valde vilis, et vilifacio, cis, et vilifico, as, et vilipendo, is ·i· parvipendo, et ab istis verbalia.

Vindico, as; inde vindicatus, vindicatio, et hoc vindicamen, nis, et hic et haec vindex, cis, et haec vindicta, ae, quae aliquando pro quadam virga iudiciariae potestatis dicitur, qua servi percussi liberabantur. Persius: an dominum ignoras nisi quem vindicta relaxet?

Venenum, ni; inde venenosus, a, um; et com-

ponitur hic et haec venefex *, cis ; unde in Psalmis : et venefici incantantis sapienter ; et inde hoc veneficium, et venefico, as ; unde verbalia, et haec veneficina, ae ·i· locus in quo veneficia exercentur.

* ita cod.

Viscus, eris, hoc tantum dicitur in singulari ; unde quidam : o quantum scelus est in viscere viscera mergi ! Et per compositionem inviscero, as ·i· aliquid intra viscera ponere, et ab his verbalia. Dicitur etiam viscus pro glutino ; inde viscosus, a, um ·i· visco plenus, et visco, as ·i· visco inplicare ; unde viscatus, viscatio, et visculentus, a, um ·i· visco inplicatus. Et componitur invisco, as ·i· per viscum aliquid capere ; inde inviscatus, inviscatio.

Ulciscor, eris, ultus sum ; inde ultor, oris, ultrix, cis, et ultus, a, um, et haec ultio, nis, et haec ulna, ae ·i· brachium. Ultus componitur inultus.

Vello, is, evulsi, sum, su ; inde vellerosus, a, um ·i· vellere plenus, et vellico, as ·i· vellere ; unde Propheta : non ego sum propheta, neque filius prophetae, sed pastor vellicans sycomoros ; inde vellicatus, vellicatio. Vello componitur divello, is, divulsus, et divulsio. Avello, avulsus, et avulsio. Convello, evello, revello.

Voveo, es, vovi, votum, tu, verb. neut. ; inde votus, a, um, et voto, as ·i· vovere, et votum, ti, et votio, nis. Plautus : votavi te ego quicquam hodie falsa proloqui ; et votito, as ·i· saepe vovere, et votivus, a, um ·i· voto plenus. Votus componitur convotus, a, um ·i· eisdem votis astrictus. Voveo componitur devoveo, es ; unde devotus, a, um, et haec devotio.

Vomo, is, ui, verb. neut ; inde vomitus, a, um, et haec vomicio, nis, et hic vomitus, us, et haec vo-

Digitized by Google

mica, ae, et hoc vomicium, cii ·i· vomica; unde Marcianus: tunc vero illa vomicio, atque nausia laborata; et hic vomer, eris, quod etiam dicitur vomis, is. Vomo componitur evomo, is; et inde evomitus, et evomicio. Revomo, is; divomo, is, et ab istis verbalia.

Vescor, eris ·i· edere; inde vescitus, a, um, et vescus, a, um ·i· deliciosus; unde vesculentus, a, um ·i· deliciis plenus, vel aptus ad vescendum. Dicunt autem quod vescus dicitur quasi parum comedens; unde et vesculus dicitur homo gracilis, et deliciosus. Et antiqui dicebant Veiovi ·i· parvo Iovi, et vefabam ·i· parvam fabam. Vescor componitur convescor, eris, et evescor.

Veneo, is, ivi, itum, tu, et habet litteraturam activam, et sensum passivum; unde hoc venum, ni ·i· venditio. Ambrosius: veno et empto vivitur; et hic et haec venalis, et hoc le; unde venaliter adverb. et haec venalitas, is. Et per compositionem venundo, as ·i· vendere; unde venundator, venundatus, venundatio: hinc etiam, secundum quosdam, dicitur vendo, is, verb. activ. venditor, venditus, venditio, et vendito, as ·i· frequenter vendere. Augustinus: quibus se Romani colendos mendacissima fallacia venditabant. Vendo componitur revendo, is.

Vulnus, eris; inde hoc vulnusculum, li ·i· parvum vulnus, et vulnerosus ·i· vulneribus plenus, et vulnero, as; unde vulneratus, vulneratio. Et componitur convulnero, as; et vulnus componitur vulnificus.

Vago, as; inde vagatus, vagatio, vagabilis, vagabundus, a, um, et vagus, a, um, et vage adv. et componitur pervagus ·i· valde vagus: hinc etiam tractum est vagio, is, quod proprium est infantum;

Digitized by Google

et inde hic vagitus, us. Vago componitur evago, as, pervago, as, divago, as; inde verbalia.

Universus, a, um; inde haec universitas, tis, et hic et haec universalis, et hoc le; unde universaliter adverb.

Vestigium, ii; inde per compositionem evestigio ·i· cito adverb. et investigo, as; unde investigator, investigatus, investigatio.

Uter, ra, um, componitur uterque; unde utrinque, et utrubique, ambo pro in utraque parte. Componitur etiam alterutrum ·i· alter, ex utroque, et neuter ·i· nullus; et inde neutrubi ·i· in neutra parte, quod etiam neutrubique dicitur. Plautus: neutrubi habeo stabile stabulum. Et sciendum quod omnia nomina composita ex duobus integris declinantur ex ambabus partibus, ut iusiurandum, excepto alteruter; non enim dicimus alterutera, sed alterutra, trum.

Ver, eris; inde vernus, a, um ·i· clarus, et hic et haec vernalis, et hoc le ·i· clarus, et delectabilis; unde vernaliter adverb. et hoc verculum, li, diminut. Plautus: ego sum liber meum corculum, meum melculum, meum verculum; et verno, as ·i· clarescere vel delectari, et vernanter adverb. et cetera verbalia.

Ululo, as; inde ululatus, ululatio, et hic ululatus, us, et haec ulula, ae, pro quadam ave.

Vigeo, ges, vigui; inde hic vigor, oris, et vigorosus, a, um, et vigorose adv. et vigesco, cis.

Viduo, as ·i· calamitate afficere; inde viduatús, viduatio, et haec vidua, ae; dicitur etiam viduus, sed raro.

Velox, cis, comparatur velocior, velocissimus; unde velociter, velocius, velocissime adverb. et haec velocitas, tis.

REPETITIONES.

V

Visere, visitare.
Vietus, vita detritus.
Vitabundus, vitabilis.
Vitellus, moillus * ovi, quod et meditullium dicitur.
Victitare, multum vivere.
Victuarius, qui ad vitam pertinet.
Victualis, vitam sustentans.
Veredarius, equus cursor, acupedius, graleator.
Vagulus, anulus quia vagat in digito.
Vitulari, laetari, exultare, tripudiare, hilarescere, ovare, gratulari.
Vitulatio, exultatio.
Vitula, victoria, vel festum deae victoriae, vel laetitiae.
Vimen, minuta virga.
Viridarium, virgultum.
Virectum, locus viriditatis, quod et viretum dicitur.
Viridium, virgultum.
Viminetum, locus ubi vimen crescit.
Vibex, virga.
Vibrare, iaculari.
Viburnum, minuta virga.
Virguncula, parva virgo.
Viratus, fortis et animosus, vel uxoratus.
Vagor, vagitus puerorum.
Virginare, caste vivere.
Virginal, locus uteri ubi fit conceptio.
Vitiligo, macula alba in corpore.
Valetudinarius, qui frequenter aegrotat.
Ulva, herba palustris. Alcuinus: glaucaque exponit in ulva.
Uligo, terrae crassitudo; inde uliginosus, crassus.
Virus, virtuosum venenum.
Virosus, veneno plenus.
Virulentia, veneni infectio.
Virulentus, veneno infectus.
Virbius, bis existens maritus, vel prius * hominibus natus.
Valor, valitudo.
Valentulus, aliquantulum validus.
Venalicius, venditicius.
Uniculus, unius uxoris vir.
Verosus, verus.
Verose, vere.
Veru, specium.
Veruntamen, sed, porro, adquid, attamen.
Versatilis, quod facile versatur.
Versare, vertere.

* retro *moiellus*.

* ita cod.

Vigilax, vigilans.
Vertex, extrema pars capitis.
Vertibulum, illud unde carbones vertuntur.
Versutus, cautus, gnarus, etc.
Versutia, prudentia.
Vertiginosus, qui vertiginem patitur.
Vertigo, capitis infirmitas, vel rotae volubilitas.
Vetulus, aliquantulum vetus.
Veterator, malorum inventor.
Veterosus, vetus, vetustus, priscus, antiquus.
Veternosus, senex, vel infirmus.
Veteranus, senex, et detritus.
Veternum, infirmitas senum.
Vagax, vagus, inutiliter loquens.
Utitare, saepe uti.
Usitatim, usitate, usualiter.
Uter, vas cuius os largum et expansum est.
Voluptuosus, voluptate plenus.
Vultuosus, tristis.
Volupe, secundum voluptatem.
Vopiscus, qui nobiliter natus ex matre; cui contrarium est spurius ·i· nobilis ex patre, qui etiam moechus et nothus dicitur.
Venustare, ornare.
Venustulus, aliquantulum venustus.
Venericpeta, luxuriosus.
Vascus, inanis.
Ventulus, parvus ventus.
Ventuosus, ventosus, vento plenus.
Ventilabrum, vas in quo frumentum purgatur.
Ventilare, dispergere, dilapidare.
Ventrale, zona circa ventrem.
Ventricosus, grossus.
Ventruosus, grossus.
Venterina, bestia quae fert onus supra ventrem.
Uncus, curvus, obuncus, reduncus, aduncus, subuncus.
Vaquulus, lunatus, camerus, cameratus.
Uncare, curvare, lunare, camerare.
Uncinus, ferrum curvatum.
Venosus, venis plenus.
Unguen, unguentum.
Venilia, maris exaestuatio.
Vanidus, vanus, evanidus, effluus, nebulus, vanidicus ·i· vana dicens.
Va dulum, parvum vadum.
Vadosus, vado plenus.
Vatillum, parvum vas.
Vasatus, amplus, expansus, dilatatus, pansus, sinuosus, latus, amplificatus, diffusus.
Vades, obsides.
Vadimonium, arrha, arrhabona.
Vicarius, vicem domini agens.

Vicissitudinarius, vicarius.
Vicatim, vicissim.
Vispilio, sepulchrorum violator.
Vispillo, raptor, qui aliis violentiam ingerit.
Vespa, volatile inquietum et violentissimum.
Vestibulum, vestiarium.
Vestiplica, mulier quae vestes plicat.
Vesticeps, iuvenis qui barba vestitur; sicut et investiceps dicitur qui barbam non habet.
Ustulare, saepe urere.
Ustulamen, combustio.
Urus, bos agrestis.
Vicanus, vicinus, convicaneus, affinis, conterminus, anterminus, collateralis.
Villicus, villam colens, villanus, colonus, ruricola, ruricolanus, agrarius, agricola.
Villicare, villam colere.
Varex, vel varica, vena in poplite.
Varicosus, labilis, reciduus.
Variatim, varie, varianter, diverse.
Varificare, variare, diversificare, divaricare.
Vafer, cautus, callidus, astutus, varus, catus.
Varus, tortus.
Vagitare, saepe vagire.
Victimare, inmolare, sacrificare.
Vincire ligare, vinculari, nectere, nodare, fasciare, illaqueare, irretiri.
Vineus, vinosus, vinolentus, vino inbutus.
Victima, hostia.
Vituligines, parvae virgae unde vites ligantur.
Vinolentia, ebrietas.
Vinulus, ut vinum coloratus.
Vinitor, vini custos.
Villum, parvum vinum.
Vindemiare, vineam putare.
Vinacium, faex vini.
Vinalium, festum vini.
Vittatus, vitta ornatus.
Vitta, infula, mappa.
Uniones, lapides pretiosi, vel pro stellis, vel pro caepe.
Unire, congregare, adunare, colligere.
Usquam, ad aliquem locum, quod etiam uspiam dicitur.
Verbitare, saepe verberare.
Verberones, verberatores.
Verbosus verbis plenus.
Verbosari, verbose loqui.
Vola, medietas palmae
Volemus, genus magnorum pyrorum.
Vorago, locus devorationi patens.
Viaticum, cibus in via.
Viaticatus, in via adiutus.
Volucer, velox, citus, celer,

alipes, praepes, cursatilis, currax, percitus, concitus, pernix, citatus, ocissimus.

Ursacius, ursarius, ursi custos.

Urceus, vas strictum superius, quod et orca, et obba dicitur.

Urceolus, parvus urceus.

Ulcus, vulnus hians.

Ulcerosus, ulcere plenus.

Ulcerare, vulnerare, sauciare, plagiare.

Valva, porta, ianua.

Vallestris, vallosus, valle plenus.

Vallum, collis.

Vallis, depressus locus.

Vesperum, extrema pars diei, quae et vespera, et vespere dicitur.

Vesperus, stella quae et stella lucifer, et vesper, et vesperugo dicitur.

Vespertilio, avis in vespere volans.

Vesperascere, prope vesperam esse.

Vesperna, caena in vespere.

Vicia, quoddam genus leguminis.

Vectigal, tributum.

Veha, vehiculum, quoddam genus carri.

Vecticularius, qui vivit ex furto, et rapina.

Vectare, portare, gerere, vehere, ferre, asportare.

Vaporus, vapore plenus.

Vappa, vinum marcidum, vel garcifer.

Vapidus, sine vapore.

Vapulare, verberari. In Evangelio; qui non facit voluntatem domini, plagis vapulabit.

Umbella, parva umbra.

Umbraculum, umbrae habitaculum.

Umbraticus, umbratilis, umbrosus, umbra plenus.

Umbo ideo dicitur quia dat scuto umbram.

Umbilicus dicitur quia est iliorum umbra.

Volutare, saepe volvere.

Volutabrum, involutio luti.

Velabrum, vas in quo frumentum purgatur, vel in quo oleum contunditur.

Velitare, certare, altercare, pugnare, bellari, belligerare, dimicare, depunire.

Vocitare, vocare, ciere, nuncupare, kalare.

Unces, quaedam mensurae quae et unciae dicuntur.

Unciatim, minutim per uncias.

Vastitare, saepe vastare.

Vascus, nugax, nugatorius, nugigerulus, gerroneus, vaniloquus.

Vastus, magnus, grandis,

inmensus, inmanis, ingens, dans *.

* ita cod.

Ubertuosus, uber, uberosus, habundans, affluens, opiparus, redundans, exuberans, exundans, copiosus.

Vulgare, publicare, promulgare, divulgare.

Vulgaris, popularis, publicus.

Vulgosus, vulgo plenus, populosus.

Undanter, habundanter, affatim, opipare, copiose, affluenter, exuberanter, undatim, ubertim, ubertuose, uberose, inundanter.

Verrere, trahere.

Verrucosus, inaequalis, tuberosus.

Verris, aper, porcus bellicosus.

Verruca, papula in corpore alicuius infirmi.

Verritare, frequenter verrere.

Ultroneus, spontaneus.

Vergiliae, quaedam stellae quae cito vergunt.

Vagabundus, vagus, vagabilis.

Vergere, declinare.

Vergitare, saepe declinare.

Vaticanus, paganorum Deus.

Vilipendere, parvipendere, vilificare.

Veneficina, locus ubi veneficia exercentur.

Venefex, mulier veneficiis intendens.

Viscus, glutinum.

Viscosus, visco plenus.

Vindicta, pro quadam virga.

Visculentus, visco inplicatus.

Viscare, inplicare, quod etiam inviscare dicitur.

Vellicare, vellere, eradicare, extirpare, erruncare.

Votus, votivus.

Votare, vovere.

Votitare, saepe vovere.

Vomica, nausia, orexis, ocetum, vomicium

Vescus, deliciosus, delicatus.

Vesculentus, deliciis plenus.

Vesculentia, deliciarum copia.

Vesculus, deliciosus et gracilis.

Venditor, mercator, institor, mango.

Venditare, saepe vendere.

Venire, vendere, neutrum passivum.

Venum, venditio.

Vulnusculum, parvum vulnus.

Vulnerosus, vulneribus plenus.

Vagire, clamare infantium.

Utrubique, utrinque, ex utraque parte.

Vernare, fulgere, coruscare, cluere etc.

Vernalis, vernus, clarus, coruscus.

Verculum, parvum ver.

Veractus, verno tempore aratus.

Vecors, furiosus, quasi vehens in corde.

Vecordia, furor, rabies, phrenesis.

Vecorditer, irascibiliter.

Vadator, fideiussor.

Valgius, qui genibus vinctis ambulat per campum.

Vagula, bucula, iuvenca, quia vagat per campum.

Valgire, retorquere, sicut Petronius ait: obtorto valgitur labello. Hinc etiam dicimus valgia i labiorum obtorsiones, sicut facimus cum aliquem deridemus.

Vector, portitor, gestor, lator, baiulus.

Vectitare, gestitare, portitare.

Venaliciarius, venditor, mercator, mango, institor, negotiator, agilimanus.

Venalicius, venalis, venditicius.

Vertibulum, illud cum quo coenum vertitur.

Vervina, lancea.

Vesperum est ab hora nona usque ad occasum solis; vespera est ab initio noctis usque ad horam mediae noctis; usque ad galli cantum nox; ab hora galli cantus usque ad ortum solis vesper dicitur, vel vespere indeclinabile. Vesperae vero horae quae cantantur in vespera.

Vinarius, vini venditor, vel portator.

Vinnus, vinosus, vinulentus, ebrius, bibulus, bibax, absortor, helluo.

Vinnulo, vino plenus.

Vistilia, non tantum intestina sunt, sed etiam quicquid est sub corio

Vitularius, vitulorum custos.

Vovelones, edaces, voratores.

Valenter, potenter, efficaciter, virtuose.

Vanga, besca, fossorium.

Vaticanus, locus ubi vates sedebant.

Vatinus, poëticus, poëtricus, divinus.

Va, vae, heu, hei, heheu.

Vau, admirando, vel vitando.

Vegetior, vivacior, potior, valentior.

Veusica, vesica, quia non est sine vento.

Ventinula, musca.

Verrucae, inaequales crepidines montium.

Vesperugo, stella in vespere exorta.

Veterrimus, antiquissimus.

Veterator, callidus, strophosus, tegnosus.

Vibrabundus, facilis ad vibrandum.

Vigenus, vicesimus.

Victimare, sacrificare, inmo-

lare, turificare.
Viduus, divisus, vel viduatus.
Villicare, villam colere.
Virissare, viriliter facere.
Virulus, priapus, veretrum,
Vitrosus, vitreus.
Vitreabilis, fragilis cordo, et mobilis animo.
Vividus, vivax, vitalis.
Vietus, vulgatus, famosus.
Uberare, habundare.

Secundum inceptionem vigesimae primae litterae, quae est X, paucissimae partes proferuntur, sicut sunt itae, quae subiunguntur.

X

Xristus *, ti ·i· chrismate unctus; inde xristianus, a, um, et haec xristianitas, tis, et hoc xristianismum, mi ·i· cultus et ritus xristianorum. Et componitur hic xristicola, ae, et hic Antixristus, ti ·i· contra Xristum, et hic pseudoxristus, ti ·i· deceptor Xristi, vel falsus xristianus.

Xenodochium, ii ·i· domus pauperum, vel collectio pauperum, quod quidam propter absonantiam inceptionis scribunt per C et non per X; et inde hôc xenodochiolum, li, diminut. et hic xenodochiarius, rii ·i· custos xenodochii.

Xenium, nii ·i· parvum munus, et componitur exenium, nii, quod idem significat.

Xanthus, thi ·i· quidam fluvius.

Xeromyrrha, ae ·i· equus Apollinis.

Xyrobalsamum, mi ·i· cortex balsami, vel ut alii volunt, fructus balsami.

* Auctor confundit graecam litteram χ cum latina X. Heic enim scribi debuit Ch.

Xcrophagi ·i· fructus tantum comedentes.

Has partes in latinitate secundum huius litterae inceptionem, quae est X, et non ampliores, repperi. Idcirco, ut arbitror, secundum huius litterae inceptionem tam rarae partes formantur, quia turpem et inconcinnum reddit sonum, quotiens in aliqua parte praeponitur. Est autem haec littera duplex consonans, vel quia sola vim et efficaciam duorum retinet consonantium, vel quia a C littera, et ab S formationem suam suscipit, quia ut ait Marcianus, quicquid C atque S formatur, X sola sibilat, et in sono suo utrasque litteras repraesentat. Cum ceteris etiam consonantibus pariter sonat, et latinitatem plurimum adiuvat.

Y

Secundum inceptionem vigesimae secundae litterae, quae est fix * ·i· Y graecum, et in hunc modum scribitur Y, multa proferuntur ab eis maxime qui orthographiam ·i· rectissimam scribendi normam didicerunt: verum quia in nulla omnino parte proprium sonum retinet, qui est fix, sed mutuat sonum huius litterae, quae est Y, et in partibus sonat ut I littera, cum tamen ita non scribatur; voluere quidam non litteram eam dici, nec in ordine alphabeti ponere, quod et Marciano placet, qui nullam de hac littera facit mentionem. Sed ut eis etiam satisfaciamus qui hanc litteram in orthographia recipiunt, aliqua secundum huius litterae inceptionem, licet perpauca, depromamus.

* Apuleius Minutianus orthographus a me editus scribit *hya*. Attamen in aliquot adhuc Italiae locis haec littera appellatur *fia*.

Ymnus (1), ni, laus ; inde hic ymnista, ae ·i· laudator, et ymnizo, as, et ymnio, is, ambo pro laudare ; inde ymnicus. Ymnus componitur ymnidicus, et hic ymnisista *, ae, qui facit ymnos, haec ymnologia, ae ·i· laus de ymno, et hic ymnigraphus ·i· scriptor ymnorum.

* ita cod.

Ypodorus gravis sonus in musica.

Yppus equus.

Yppopotamus, equus fluvialis.

Yperbita, gens yperborea, quae et rhiphaea dicitur.

Yperbaton, vel yperbole, transcensio ; inde yperbolicus ·i· ultra mensuram evectus, et yperbolice adv. ·i· altissime.

Ypocentaurus, monstrum ex parte homo, et ex parte equus.

Ydra, serpens aquaticus, ab ὕδωρ ·i· ab aqua.

Ydrops, pis, morbus aquosus.

Ydromellum, aqua mellita.

Ypotheticus, conditionalis, vel subpositivus.

Ymenaeus, dormiens.

Ysagoga *, inductio, instructio.

* corr. *isag*.

Ydraula, genus organi.

Yperboreus, aquilonarius.

Ypimenia, alimonia.

Ypodromus (2), obscurus locus, vel tormentum ad similitudinem equi.

Ypallage, conversio casuum vel constructionis.

Ypersocia *, supergrediens sapientiam.

* ita cod.

(1) Emendate scribi *hymn.*, cum *h*, nemo ignorat. Et sic reliqua omnia.

(2) Scribe *hippodromus*, et aliter explica.

Ypothesis, disputatio.

Ypolydius, gravis sonus in musica, qui et sublydius dicitur.

Yperlydius, acutus sonus, qui et lydius dicitur.

Ypathesiapaton, novissimus et gravissimus sonus.

Ypapanti, susceptio obviantis, vel oblatio.

Z

Secundum inceptionem vigesimae tertiae litterae, quae Z nominatur, hic zabulus, li ·i· contrarius; inde zabulinus, a, um; et componitur hic zabuligenus, ni ·i· a zabulo genitus: hoc zizanium, nii, vel zizania ·i· seges perversa; et ponitur quandoque pro sorde omnium segetum: haec zeta, ae ·i· camera, conclavis, secessus; unde in vitae beati Thomae invenies: zetas hiemales, et zetas aestivales.

Item hoc zelum, li; unde zelor, ris ·i· aemulari, verb. depon. inde verbalia. Et componitur zelotypus, a, um ·i· zelo plenus, vel invidiosus, et suspiciosus; Iuvenalis: si tibi zelotype retegantur scrinia moechae.

Item haec zona, ae; unde haec zonula, ae, et haec zonella, ae, ambo diminut. et hic zonarius, rii, qui facit zonas. Et componitur hoc zonifragium, gii ·i· fractio zonae. Et haec zamia, ae ·i· genus monstri pilosi; et dicitur quandoque pro fraude, et pro qualibet deceptione; Plautus: ubi manum inicit, benigne onerat, ibi aliquam * zamiam. Hic zodiacus, ci ·i· siderealis, quia syzodis * graece, sidus latine.

Zalata * grando; unde et zalaciam gemmam dicimus, quae ad instar grandinis magna est.

* cod. *aliquem*.

* ita cod.

* γάλαζα.

Digitized by Google

Zinzinnare, proprium pardorum est.
Zelosus, de quo potest haberi zelus.
Zabolicus, diabolicus.
Zabulon, habitaculum, vel fortis.
Zebedaeus, donatus.
Zachaeus, iustificatus.
Zacharias, memoria Domini.

Haec autem littera, quae est Z, inter duos * posita vocales, vim et efficaciam duorum retinet consonantium; quam etiam, ut Marcianus ait, Appius Claudius detestatur, eo quod dentes mortuorum, dum exprimitur, imitatur.

* ita cod.

Istas igitur, inquit Grammatica, dirivationes secundum veram totius latinitatis normam prolatas, quas vestra, o filioli, in audientia deposui, secundum singulas alphabeti litteras pure, ut audistis, et expresse digestas, sic intente suscipite, et memoriter recolite, ut ad vestram proficiant et aliorum informationem; competentes dictiones, et proprias nominum formas, naturales verborum analogias, et quaeque diversiclinia, singulasque, prout singulae partes exigunt, compositiones, et distinctas etymologias, secundum quod in singulis singularum litterarum locis authentice sunt prolatae, diligenter ad memoriam revocate, et memoriter ceteris commendate. Deo gratias.

Scriba fui Thomae, conduxit enim precio me.

EXPLICIT OPUS.

AUCTORES CITATI

IN LEXICO.

ACCIUS pag. 178.
ACTUS APOSTOLORUM pag. 9. 486.
ADELMUS in libro de virginitate pag. 26. 302.
AFRANIUS pag. 31. 67. 515. 517.
ALCUINUS pag. 599. 622.
ALEXANDRI papae decreta pag. 56.
AMBROSIUS pag 150. 277. 451. 508. 530. 598. 599. 604. 620., De officiis p. 134 Super Hegesippum p. 57. 94. 95. 108. 126. 127. 134. 141. 185. 204. 209. 210. 220. 227. 233. 266. 298. 314. 351. 355. 371. 379. 387. 413. 418. 448. 454. 489. 496, bis. 511, bis. 579. 581. 586. 598.
AMBROSIUS AUTPERTUS pag. 60.
AMOS propheta pag. 605. 619.
ANIANUS pag. 57. 150. In expositione super Matthaeum pag. 31.
APOCALYPSIS. pag. 20.
APULEIUS pag. 35. 534.
ARISTOTELES pag. 190.
ARUNTIUS pag. 124.
AUGUSTINUS pag. 55. 138. 178. 291. 323. 615. 620. De civitate Dei p. 6. 62. 85. 86. 101. 102. 124. 126. 158. 183. 186. 188. 208. 238. 255. 260. 273. 285, bis. 286. 297. 298. 344. 371 390. 411. 433. 442. 496. 512 513. 532. 534. 544. 577. 581. 607. In commentario super psalterium p. 29. 218. De doctrina christiana p. 129. De vera religione p. 293, bis. 387.
BEDA in expositione super parabolas pag. 497.
BOETHIUS pag. 230. 293. 323. 497. 583. De consolatione philosophiae p. 90. 299. 436.
CAECILIUS pag. 72. 107. 142. 274. 360. 372. 390. 407.
CANTICA CANTICORUM pag. 185. 340.

CANTICON MOYSIS pag. 356.
CATO pag. 21. 54. 116, bis. 120. 125. 133. 294. 353. 389 401.
CICERO pag. 14. 21. 34. 117. 165. 255. 371. 393. 425. 497. 519. Ad Herennium p 425. In rhetoricis p. 465. In topicis p. 312.
CLAUDIANUS pag. 24. 100. 158. 402.
CONSTANTINUS imperator pag. 228.
DANIEL propheta pag. 479.
DECRETA pag. 187. 578. 591. Concilii romani p. 128.
ENNIUS pag. 131 148. 151. 534.
ESDRAE liber pag. 345.
EVANGELIUM pag. 16. 32. 38. 65. 343. 349. 375. 421. 511. 522. 549. 608, bis. 613. 625.
EXODI liber pag. 13. 422. 500.
EZECHIEL propheta pag. 23.
FELICIS papae epistola pag. 445.
FORTUNATUS pag. 248.
FULGENTIUS pag. 195.
GALENUS (script. Galienus.) pag. 227.
GENESEOS liber pag. 431. 518. 521.
GREGORIUS nazianzenus pag. 12. 517.
HAYMO in expositione super epistolas Pauli pag. 76. 216. 346.
HESTERIS liber pag. 339.
HIEREMIAS propheta pag. 34. 235. Eius threnae p. 589. 592.
HIERONYMUS pag. 562. In epistolis p. 88. 104. 109. In expositione super Matthaeum p. 297. In Isaiam p. 84. 95. 318. 423. 456. 572. In psalterio p. 331.
Historia pag. 482. (Perperam, ut puto, dicitur Cicero apud Isidorum etym. XIX. 1.) Historia p. 174. 418. 428. 541. Historiae p. 411. 442.
HOMERUS pag. 85. 95. 178. 195 287. 301. 314. 317. 344. 448. 519.
HORATIUS pag. 54. 55, bis. 80. 106. 117. 124. 130. 131. 134. 148. 149. 159. 173. 174. 177. 196, bis. 269. 306. 338. 340. 362. 372. 373. 391. 394. 395. 400. 417, bis. 435. 436. 458. 522. 548 550. 562. 578. 580. 584. 598. 602. 604. 606. 614, bis. In epistolis p. 15. 23. 25. 102. 255. 303. 334 349. 353. 371. 381. 417. 419. 421, bis. 487. 494. 496. 501. 519. 525. 526. 528. 557. 582. In odis p. 14. 47. 64. 103. 123. 153. 167. 183.

309. 314, bis. 336. 350. 401. 432. 490. 529. 530. 549. 551. 583. In sermonibus p. 15. 28. 35. 44. 65. 68. 69. 73. 88, bis 108. 186. 230. 235. 274. 302. 318. 338. 341. 375. 424. 432, bis. 435. 439. 459. 461. 535. 553. 579. 597. bis.

HYMNI pag. 431.

IACOBUS apostolus pag. 33.

INNOCENTII papae decreta pag. 143.

INTERPRETUM LXX. translatio pag. 213. 215.

IOBI liber pag. 101. 125. 160. 252.

IOANNES CASSIANUS pag. 95.

IOHANNES CHRYSOSTOMUS pag. 193. 195. 599. Super Matthaeum p. 166. 283. 457.

IOSEPHUS in annalibus, seu antiquitatibus pag. 8. 13. 14. 15. 17. 25. 29. 56. 84. 85. 87. 92. 96, bis. 114, bis. 131. 159. 161. 163. 177. 218. 253. 258, bis. 272. 279. 282. 287. 288. 298. 311. 316. 333, bis. 344, bis. 345. 347. 371. 372. 375. 387. 420. 441, bis. 445. 449. 460. 473. 517. 519. 544. 579. 580. 590. 597. 617.

ISAIAS propheta pag. 213. 392. 574. 617.

ISIDORUS pag. 20. 73. 84. 95. 101. 104. 109. 118. 119. 131. 132. 188. 209. 210. 213. 219. 227. 230. 237. 255. 299, bis. 306. 310. 312. 320. 333. 334. 340. 343. 369 370, bis. 374. 378. 392. 422. 428. 459 462. 569. 610. 612. 613.

IUDICUM liber pag. 170. 251. 336.

IUVENALIS pag. 9. 11. 19. 24. 31. 38. 55, ter. 70. 71. 80. 87. 91. 92. 93. 95 97, bis. 100. 102. 103, bis. 104, bis. 115. 117. 118. 121. 126. 133, bis. 135. 136. 147. 148. 149. 178. 184. 188. 193. 195. 196, bis. 212. 213. 217. 218. 223. 224. 240. 248. 249. 255. 270. 280. 294. 304. 306. 309. 310. 311. 312. 314. 317. 318. 319. 321. 324. 336. 341, ter. 345. 346. 352. 354. 369. 371. 387. 388. 391. 400. 401. 402. 408. 409. 412. 419. 420. 424. 428. 438. 440. 443. 445, ter. 449. 452. 455. 481. 500, bis. 503, bis. 506. 513. 522. 525. 529, bis. 531, ter. 534. 544. 548. 559. 561. 562. 572. 574. 580. 582. 584. 616. 631.

LEX (mosaica) pag. 408. 524.
LIVIUS Andronicus pag. 26. 54. 214. 305. 355. 416.
LUCANUS pag. 21. 51. 57. 72. 77. 101. 103. 109. 112. 141. 150. 163. 174, bis. 193. 194. 195. 217. 226. 233. 271. 282. 285. 312. 318. 337. 354. 369. 410, bis. 426. 459. 514. 518. 546. 573. 589. 609.
LUCILIUS pag. 80. 132. 433. 507. 518.
LUCRETIUS pag. 70. 515.
MACER de viribus herbarum pag. 8. 16, bis. 56, bis. 79. 113. 121. 191. 227. 244. 321. 345. 378. 423. 427. 494. 512.
Machabaeorum liber pag. 25.
MACROBIUS de Saturnalibus pag. 23 25. 29. 38. 62. 64. 115. 117, bis 123. 127. 131. 135. 153. 158, bis. 160. 167; bis. 173. 196. 205. 206. 209. 213. 228. 230, bis. 235. 241. 244. 251, bis. 273. 283. 284. 289. 298. 220. 303. 309. 313. 314. 318. 321. 340. 342. 350. 357. 370. 388. 389. 390. 396. 406. 414. 419. 424, bis. 430, 438. 448. 451. 489. 501. 528. 543. 583. 598. 607. 609. 610.
MARBODUS pag. 87. 211. 231. 509. 606.
MARCIANUS CAPELLA pag. 5. 8. 10, bis. 12. 17. 24, 26. 27. 33. 37, bis. 39. 44. 48. 51. 54. 58. 69. 77. 80. 83. 85, bis. 86. 87, bis. 93. 94. 96. 98. 106. 108. 111. 112. 122. 126. 130. 140. 143. 144. 148. 151. 152. 157. 159. 161. 165, bis. 171. 182. 193. 194. 208. 210. 211. 213. 231. 233. 239. 242. 247. 251. 255. 257. 265. 266, bis. 267, bis. 268. 277. 278. 279. 284. 286, bis. 296. 299. 314. 315. 320. 330. 346, bis. 347. 349. 353, bis. 355. 357. 368. 370, bis. 372, bis. 381. 386. 392. 393. 405. 408. 419. 428. 429. 431. 434. 439. 440. 445. 449. 451. 452. 464. 467. 470. 485. 493. 495. 510. 512. 513, bis. 514. 518. 520. 522. 523, bis. 530. 532. 538. 547. 550. 551. 555. 557. 568. 575. 576. 577. 579. 596. 600. 601. 610. 612. 620. 629, bis. 632.
MARTIALIS COQUUS pag. 67. 77. 231. 419.
MOYSES pag. 431.
NAEVIUS pag. 30. 54. 67. 116. 133. 165. 175. 190. 310. 313.
NUMERORUM liber pag. 453.
OPIUS vir doctus p. 279.

ORTHOGRAPHI pag. 629.
OVIDIUS pag. 45. 53. 57. 70. 89. 105. 145. 163. 178, bis. 183. 193, bis. 194, bis. 209. 242. 293, bis. 294. ter. 302. 305. 335. 337. 349. 385, bis. 388. 402. 438. 439. 458. 460. 464. 507. 509. 511. 514. 520. 525. 563. 566. 587. 590. 606, bis. 616. In epistolarum libro p. 272. 392. Fastorum libri appellantur p. 233. In metamorph. p. 10. 12. 22. 28. 29. 31. 33. 36. 46. 54. 56. 65. 68. 69. 70. 84. 88, bis. 90. 98. 103. 118. 124. 149. 150. 151. 153. 189. 204. 207. 218. 221. 222. 224. 248. 268. 299. 311, bis. 317. 339. 355. 380, bis. 389. 406. 409. 418. 423. 425. 428. 438. 442. 494. 495. 530. 536, ter. 577. 585. 600. In tristibus p. 37. 119. 314. 316. 347. 488. 597. De remediis p. 31. 164. 299. 331. 381. 441. 522.
PASSIO Christophori martyris pag. 27. 49.
PASSIO Vincentii martyris pag. 352.
PASSIONES martyrum pag. 263.
PAULINUS pag. 15.
PAULUS apostolus pag. 17. 121. 216 391.
PERSIUS pag. 7. 9. 11. 21, bis. 34. 35, bis. 38. 62. 64. 65. 68. 69. 71, bis. 75. 76. 85. 86. 91, bis. 93. 99. 106. 113. 115. 117. 119. 120. 124. 128. 130. 132. 139. 143. 147. 151. 159. 161, bis. 162, bis. 164. 178, ter. 184. 194. 206. 208. 215. 248. 252. 263. 270. 274. 279. 300, bis. 302, bis. 304. 311. 312. 313. 315, bis. 320. 331. 342. 343. 344. 351. 355. 356. 374. 376. 377. 387, bis. 390. 392. 395. 396. 397. 402, quater. 412. 420. 421. 422. 424. 426. 427, bis. 435. 443. 444. 445. 446. 452. 453. 454. 455. 457. 459. 460. 461, bis. 462. 467. 482. 500, bis. 503. 504. 512. 518. 521, bis. 525. 526. 533. 538. 540. 544. 547. 558. 560. 566. 572. 580. 586. 598. 604. 608. 609, bis. 612. 616, bis. 618, bis.
PETRONIUS pag. 627.
PISO pag. 53.
PLATO pag. 113. 558. In quadam epistola p. 526. 527. In Timaeo. p. 178. 304.
PLAUTUS. pag. 11. 37. 41. 48. 55. 56. 58. 68. 71. 73. 80. 85 88. 89. 92,

bis. 94. 101. 106. 110, bis. 111. 115. 118, 119. 121. 127. 129. 131. 149, ter. 150, bis. 151. 158. 160, ter. 170. 176. 178, bis. 193. 194. 195. 196. 197. 202. 208. 217. 219. 220. 222. 224. 234. 237, bis. 245. 250. 251, bis. 253, bis. 258. 261. 263. 268. 272, bis. 273. 275, bis. 279. 285. 290. 291. 292. 301 304. 305. 309. 324. 328. 329. 332. 339. 342. 352. 359. 372. 376. 381. 389. 390. 400. 418. 426. 432, bis. 434. 438, bis. 456. 459. 465. 479. 498. 509. 515. 521. 526. 527. 530. 536. 540. 541, bis. 542. 549. 561, quater. 563. 573. 579. 603. 604, bis. 610, bis. 611, bis. 615, bis. 618. 619. 621, bis. 632. In Amphitrione pag. 68. 70. 125. 158. 167. 168. 189. 225. 257. 274. 320. 379. 388, quater. 393. 412, bis. 458. 497. 549. 572. 575. 585. 588. 613. In Asinaria p. 85. 89. 97. 123. 183. 258. 311. 377. 420. 429. 460, bis. In Aularia (Aulularia) p. 9. 13. 22. 24. 27. 30. 49. 68. 71. 94. 125. 159. 256. 267. 310. 335. 338. 387. 486. 586. In Captivis p. 8. 33. 64. 115. 119. 130. 160. 162. 189. 232. 303. 341. 348 376. 388. 390. 433. 442. 450. 513, bis. 530. 537. 538. 586. In Cassia (Casina) pag. 6. 62. 115. 183. 228. 236. 284. 301. 311. 340 518. 522. 523. 526. 599. In Cistellaria p. 251. 308. In Epidico p. 80. 254. 282. 325. 335. 342. 345. 346. 414. 465. 493. In Gurgulione (Curculione) p. 25. 28. 67. 162. 168. 317. 486, bis. 503. 513. 577. In Lenonibus p. 407. In Medico p. 392. in Milite glorioso p 521. In Poenulo p. 6, bis. 10. 13. 19. 304, bis. 334. In Rudente. p. 18. 252. 525. 529.

POMPINIUS pag. 152. 584.

PRISCIANUS pag. 6. 94. 116. 122. 407 489. 563.

PROPHETA pag. 443.

PROPHETAE pag. 453.

PROSPER pag. 351.

PROVERBIA Salomonis pag. 373. 430, bis. 616.

PROVERBIUM antiquum pag. 320.

PRUDENTIUS pag. 135. 153. 194, bis. 201. 242. 361. 501. 553. 559, bis. 564. 611. 615. Contra haereses (est Hamartigenia) p. 249.

403. 416. 418. 432. 452. 457. In libro hymnorum p. 6. 8. 25. 33. 35. 46. 57. 64. 76. 103. 162, bis. 167. 191. 196. 205. 207. 212. 215. 217 223. 230. 251. 254. 281. 282. 287 290. 313. 317, bis. 335. 341. 354. 358. 361. 375 387. 392. 393. 394. 398. 420. 425. 431. 459. 497. 540. 599. In Psychomachia p. 70. 71. 103. 124. 128. 159. 190. 207. 209. 219. 223. 227. 231. 232. 268. 300. 377. 414. 425. 429. 455. 512. 580. 582.

PSALMI pag. 95. 372. 413. 434. 459. 619.

QUIDAM pag. 57. 100. 102. 105. 158. 218. 257. 259. 356. 382. 410. 416. 513. 577. 619.

QUINTILIANUS pag. 178. 193. 395. De causis p. 27. 90. 107. 229. 358. 359. 394, bis. 608

QUINTILIUS pag. 104.

RABANUS pag. 10. 23. 25. 29. 40. 66. 89. 93. 120. 122. 132. 220.

REGUM libri pag. 13. 106. 124. 177. 340. 341. 343. 351. 354. 434. 537. 581. 589.

SALOMON pag. 57. 290.

SALUSTIUS pag. 34. 58. 73. 86. 188. 195. 225 418.

SAPIENTIAE liber pag. 23. 32. 537.

SIDONIUS pag. 81, ter. 101. 149. 150, bis. 219. 234. 235. 276. 291. 295. 305. 407. 438. 447. 480. 492. 583. 601. 612. In libro ad Rusticum pag. 132.

SIRACIDES pag. 481.

SIRICII papae decreta pag. 51.

SMARAGDUS pag. 167.

SOLINUS pag. 422.

STATIUS pag. 54. 135. 177. 195. 201. In Thebaide p. 24. 50 63. 70. 90. 96. 97. 113. 114, bis. 119. 120. 148. 149. 152. 162. 165. 170. 193. 252. 291. 294. 307. 336. 378. 387. 428. 430. 446. 462. 507. 541. In Achilleide p. 333. 430.

TERENTIUS pag. 13. 28. 46. 53. 54. 56 58. 62. 63. 95. 99. 112. 113. 120. 121, bis. 125. 148 152. 153. 172. 182. 241. 289. 291, bis. 294, ter. 304. 307. 347. 349. 395. 396. 401. 402, bis. 408 413. 436. 437. 452 495. 502. 513. 519. 520, bis. 521. 528. 540. 541. 556. 596. 601. 602, bis. 603. 604. 610. 614. 616. In Andria p. 21. 104. 204. 214. 219. 256. 269. 396. 419. 545. In Eunucho. p. 16. 108, bis.

129. 166. 188. 189. 206. 208. 238. 267. 281. 300. 312. 319. 320. 333. 334. 354. 427. 430. 433. 435. 445, bis. 451. 499. 514. 528. 574. 597. In tertia Comoedia p. 19. 28. 105. 119. 188. 256. 284. 301. 394. 397. 447. 456. 528. In Adelphis p. 125. 170. 205. 225, bis. 256. 280. 302. 307. 316. 374. 406. 415. 416. 437. 438. 532. 573. In Hecyra p. 297. 354. 576. In Phormione. p. 32. 117. 442. 533.

THEODOLUS pag. 72. 158. 159 165. 291. 521. 587.

THEOPHRATUM pag. 388.

THOMAS auctor vel dominus huius Lexici pag. 632.

TITIUS. pag. 397.

TOBIAE historia pag. 66.

VARRO pag. 7. 12. 62. 119. 134. 470. 604.

VIRGILIUS grammaticus innuitur pag. 427.

VIRGILIUS Maro pag. 20. 26. 36, bis. 46. 51. 65. 69. 79. 80. 92. 98. 99. 103. 149. 150. 155. 204. 205, bis. 207. 214. 222. 227. 241. 271. 274. 284. 293. 297. 302. 311. 316. 328. 357. 376. 410. 421. 426. 428. 438. 449. 456. 458. 469. 478. 491. 514. 522. 525. 526. 532, bis. 544. 546. 549. 552. 559. 560. 561. 575 592. 597. 598. 602. 613.

VITA beati Alexii. pag. 458.
beati Benedicti p. 436.
sancti Etmundi p. 607.
beati Iohannis eleumonis p. 496.
sancti Martini p. 163. 185. 602.
beati Nicolai p. 444.
Patrum p. 441.
sancti Samsonis p. 417.
sancti Silvestri p. 356. 365.
beati Thomae p. 631.

ZACHARIAS propheta pag. 587.



Digitized by Google